& Caprium delatores & causidicos fuisse:& ideo raucos appellatos:ꝙ contentione iudiciorum clamaret. Et pro eo cui uox sit oblisa & contusa nimio clamore.Quin.Et raucas fauces:ac latus fatigatum deformi cantico reficere.Soli.de gruibus loquens.Volatus desidia castigat:uoceq; cogit agmen:ea ubi ob raucata est:succedit alia.⁋Impune ergo mihi:Ergo inquit alius mihi recitauerit togatas:& alius elegias:& alius alia:& ego non repanam:Sic enim uerbum reponam repetendū est usq; ad illud:Nota magis nulli domus est sua.⁋Impune:passim:& quum uoluit.Nam impune dicitur sine punitione:& quæ sine punitione fuit:passim aguntur.Vnde Ora.in ultima epistola.Sed mēte recepta.Obturem patulas ipune legentibus aures.Et in arte poetica:Ne spissæ risum tollāt impune coronæ:nam poetæ dicunt passim scribere:quū diuersi diuersa scribūt:unde illud Oratianū:Scribimus indocti:doctiq; poemata passim.⁋Ille.i.alius.⁋Togatas.s.comœdias.Erāt enī togatæ:& palliatæ:togatæ romanæ erāt ab abitu togæ:q̄ romana est:palliatæ uero græce a pallio:qđ græcoꝝ ē.Togataꝝ aūt q̄ttuor sūt genera:sūt.n.togatæ:q̄ p̄textæ dicunt:ī qbus īperatores negocia agebāt publica:& reges romani:uel duces inducunt:psonaꝝ dignitate:& sublimitate tragœdiis similes.Prætextatæ autē dicunt:qa fere regū:uel magistratuū in eiusmodi fabulis acta cōprahendunt.Scđm genus togataꝝ tabernariæ dicunt:humilitate psonaꝝ:& argumētoꝝ similitudie comœdiis pares:ī qbus nō magistratus: regesue:sed humiles hoīes:& priuatæ domus īducunt:q̄ qa olim tabulis tegerentur:cōiter tabernariæ sūt appellatæ.Tertiū genus Attellanæ ab Attella ciuitate Oscoꝝ:ī q̄ primū cœptæ:argumentis:dictisq; iocularibus similes satyricis fabulis græcis.Quartū planipediæ:q̄ græce dicunt mimi:dictæ ob humilitatē argumēti:ac uilitatē actoꝝ:q nō cothurno:aut socco utunt ī scæna:aut pulpito:sed plano pede:uel iō:ꝙ nō ea negocia cōtinēt:q̄ in psonaꝝ turribus:aut ī cenaculis habitātiū sūt:sed ī plano & humili loco.lege Diomedē grāmaticū:& Dona.in Terē.⁋Hic:alius.⁋Elegos:elegi uersus sūt īpariter iūcti:exametro.n.& pētametro cōstāt.Quis āt eoꝝ inuētor fuerit:grāmatici auctore Ora.Certāt:& adhuc sub iudice lis ē.Instituti āt prīo fuerūt deflēdo desiderio mortuoꝝ:mox ad amores traducti:sed tamē nomē retinuerūt a miserabili cātu:quo olim mortuos deplorabāt:nā ελεω idē ē ꝙ misereor:unde Sapho.Elegi flebile carmē.⁋Ingēs telephus:ingēs tragœdia de Telepho:Qui(ut auctor ē Dio.in.v.)Herculis & Auges filius fuit:Hūc Teutrātus rex mysiæ successorē regni īstituit:q̄ quū bello troiāo auidius græcos a Mysia arceret:uite īplicitus ab Achille pcussus ī fœmore sinistro: cōsulto oraculo accepit:nullo mō posse sanari:nisi ab eodē repcuteret:a quo uulnus accepisset.Ad Achillē pfectus nouo genere medicīæ:& tūc primū excogitatæ:hoc ē rubigine:siue ab ærea:siue a ferrea cuspide fuerit:senatus ē.Ita.n.auctore Pli.li.xxxiiii.ca.xv.depingebat:eā decutiēs ex gladio.hīc nata ē fabula:ꝙ eadē repcussus ē cuspide:q̄ fuerat ab Achille uulneratus.Oui.Vulnus Achilleo:quæ quondā fecerat hosti.Vulneris auxilium pelias hasta tulit.Alii uero tradiderūt sanatū fuisse nō rubigine:sed herbaꝝ remedio p Achillem:unde Claudianus ad Adrianū.Sanus Achilleis remeauit Telephus herbis.Notat igit sui temporis poetas:qui lōgo uerboꝝ amfractu & Telephi & Orestis tragœdias scripsere.⁋Orestes scriptus.i.tragœdia de Oreste: cuius magnitudinem tantā fuisse satyrice ostendit:ut ne uolumine quidē ipso : quis extrema paginæ parte:& a tergo scripto contineret.Orestes.n.Agamēnonis mycenaꝝ regis filius.& Clytemnestræ:quum accepisset patrē ab expeditione iliaca reuersum:ab Aegisto adultero:& Clytemnestra interemptū:sibiq; ab eiusdē insidias tendi capta opportunitate utrunq; necauit.Cuius parricidii cōsciētia exagitatus in īsaniā & furorē uersus:uidere sibi uidebat matrē se ardētibus facibus & serpētibus atris īsequētē:unde Virg.Armatā facibus matrē & serpētibus atris.Quū fugit:ultricesq; sedent in limine diræ.Cæteꝝ quū monitu Pyladæ:ut furiis liberaret:Apollinis tēplū ingressus eēt:& inde exire uellet:ei furias occurrisse tradit Pacuuius:ad qđ respexit Verg.Vltricesq; sedēt in limine diræ.Omitto qūo in tauricā regionē:ubi iphigenia erat sacerdos:Dianæ puenerit : indeq; abrepto palladio cū sorore sua ī italiā cōfugerit.de Oreste multæ scriptæ fuerūt tragœdiæ:unde Verg.Aut Agamēnonius scænis agitatus Orestes.Orestē tragœdiā cātauit in scæna Nero:auctore tranquillo.Orestem aūt:sic dixit tragœdiā de oreste:ut alibi Atteū.i.tragœdiā de Atreo:Cuius & alueolos:& lenam pignerat Atreus.⁋Plena iam margine:plena ēt exteriore parte paginæ:q̄ solet ad ornamētū libri relinq uacua.Margo aūt capitur pro extremitate oīum reꝝ:unde dicimus in margine ripæ.Pli.loquens de testudinibus.Sed rostri margines acuti.Apule.lib.iiii.met.Ripæ fluuialis marginē dēsis arboribus septā uideo:genere aūt muliebri enunciauit uocabulū:quū & masculino inueniat Ouid.Longo margine terrarū porrexerat amphitrites.⁋Sūmi libri.i.magni.⁋Et ī tergo:Ostēdit Pli.iunior in ea epi.q̄ īcipit:pgratū ē mihi.ad Macrū.ea uolumia q̄ ēt ī tergo scripta fuissent Opistographa fuisse appellata:ab οπισθεν.i.retro & γραφω.scribo.sic enī scribit.Electoꝝ quoq; cōmentarios centū sexaginta reliquit:opistographos quidem:& minutissime scriptos.Vlpianus de bonorū possessione scđm tabulas sic ait.Carthæ appellatio:& ad nouā carthā defert:& deleticiam:proinde & si opistropho qs testatus sit:hinc peti pōt bonoꝝ possessio.Quod ergo scriptū dicit poeta in tergo : græci Opistographon appellauere.Quod ostendit: & Porphyrio apud Orat.in epistolis his uerbis . Nemo te ornabit:atq; describet:sed aut carie cōsumeris:aut fient ex te opistographæ epistolæ.Nā apud ueteres libri in uolumina cōplicabant:ita ut īteriori tātū pte scriberet dicebāturq; uolumia:ꝙ īuoluerent: unde Iuue. Quæ psalteria penem.Maiorem q̄ sint duo Cæsaris anticatones:ex quo apparet libros solitos colligi in uolumina:unde cōtra dicebant euolui:quū explicabant.Carpens ergo poeta longas poetaꝝ ambages:in scribēdis fabulis ostendit:nō solū tota uolumina interiore parte:sed etiā exteriore cōtra cōsuetudinē scribi.quū libri(ut dixi)in uolumina colligerent:nec scriberent in tergo.Quod & Martia.ostēdit alloquēs librū.Ad salariorū curras scrinia:protinus licebit inuersa pueris arande charta.In tergo igit.i.exteriore parte mēbranæ.Inde illud est Sidonii.Apollinaris ad Constantinum:iā copiosum te:ni fallor:pulsat exemplar.Iam uenitur ad marginem umbilicoꝝ.Iā tēpus est(ut satyricus ait)orestē nostrū:uel supra terga finiri.Nota magis nulli: tam multi.inquit

Impune

Comœdiarum genera q̄ttuor

elegi uersus

Telephus

Orestes

Opistographū

uolumē

temporibus nostris existunt scriptores:q̄ quotidie opa sua mihi recitēt:ut nulli magis nota sit domus sua:q̄ mihi ē lucus martis:& alia hmōi fabulamēta p eos sæpe recitata.ut hoc totū ad multitudinē recitātiū referat quos audiuerat:simulq; ostēdat:se ēt posse scribere:q̄do docti & īdocti passim scribāt.⁋Lucus martis:hoc est historia de origine urbis.Nā in luco martis sacro ad Albā īclusa Rhea ab Amulio patruo:tanq̄ p speciē honoris sacerdos electa:Romulū & Remū urbis cōditores:incertū stupro:an ex Marte cōceptos enixa est.De hoc multa Iusti.li.xiiii.Liui.prīo ab urbe cōdita.& Diony.prīo.Lucus itē fuit Martis in ponto : ubi uellus aureū seruabat.Mart.Custodē scythici fuisse luci.Qui aūt Athenis appellatus est Areopagus: nō lucus:sed Martis uilla dr.Et æoliis uicinū rupibus antrū.Multi hoc loco dubitāt:de quo antro uulcani poeta ītellexerit.Nōnulli.n.Hierā putant unā ex septē insulis Aeoliis intelligi:q̄s itali uno uocabulo uulcanias appellant.Nā existimat natura solis ignea:p occulta cōmertia aut mutuari Aetnæ īcēdia:aut subministrare.Sed quū oēs deo ignium sacratæ sint.Hieram uolūt uulcano p̄cipue sacratā:quū plurimū colle eminētissimo nocte ardeat:de hacq; poeta ītellexisse:ueꝝ hoc nō pcederet:quū.n.dicit antrū uicinū rupibus æoliis:ostēdit antrū ip̄m:īter septē īsulas non numerari:sed segregari ab eis:uicinūq; & pximū eē:ita ut de Hiera neq̄q̄ sit ītelligēdū:unde nos exponimus antrū uulcani:uicinū rupibus æoliis:Aetnā mōtē Siciliæ:q uulcano sacer ē:& ex quo īsulæ(ut diximus)aut accipiūt īcēdia:aut ei subministrāt.Estq; uicinus rupibus Aeoliis:q ēt Cyclopes tulit:nūc assiduis ignibus flagrat.Sacrū fuisse uulcano docet Soli.his uerbis.Vulcano Aetnā sacer ē.in Aetnæ uertice hiatus duo sūt crateres noīati:p quos eructatus erūpit uapor:p̄misso prius fremitu:p æstuātes cabernaꝝ latebras &c.Sic & Vale.flaccus ī scđo Argonauticō.Accipe ait bellis mediæq; ut puluere pugnæ.Sit comes Aetnei genitor:q̄ flāmea gessit.Dona dei:hoc ē Vulcani:nā nō minus Aetnæ mons dictus ē a poetis domus Vulcani:q̄ Lemnos & īsulæ Aeoliæ.unde Vale.flaccus.Lemnos chara deo:nec fama notior Aetnæ:Aut Lipares domus.Mōtē āt Aetnā uicinū eē aeoliis testat sic Stra.Imminet āt aetna Littori catanēsi:& liparitanis insulis:q̄s pleriq; aeolias uocāt:ita ut oīno de aetna ītelligēdū sit:de cuius īcēdio:rōnibusq; īcēdii multi scripserāt ante iuuenalē: sicut Virg.Cuius carmē licet multū mēdosum adhuc extat:ī quo ppetui ignis multas ostēdit rōnes:docetq; a poetis falso traditū sedē eē Vulcani:his uersibus.Principio:ne quē capiat fallacia uatum.Sedes eē dei:tumidisq; e faucibus ignē.Vulcani ruere:& clausis resonare cauernis.Poetæ.n.cecinere uulcanū ī antro aetnæ habitare:& ex faucibus suis iginē euomere:unde Iuue.aetnā appellauit antrū uulcani:ait ergo nulli domū suā magis eē notā:q̄ sibi:ē descriptio ætnæ:& eius īcendii qđ ē uicinū rupibus aeoliis:Insulæ āt æoliæ septē sūt numero in freto siculo Ephestiæ noīatæ.i.uulcāiæ.Lipare:Hiera:Strōgile:Didyme:Eriphusa:Phœnicusa: Euonymos dictæ ab æolio:q ibi tpibus iliacis regnauit.Quid agāt uēti:q̄ natura sit uētoꝝ.Hoꝝ.n.alii sūt frigidissimi:q̄les a septētrione spirāt.hi.n.& reliquos corrupescūt:& nubes abigūt:alii humidi:ut auster:aphricus:& p̄cipue auster italiæ.alii sicci:ut Corus.& Vulturnus.alii niuales:ut aqlo:& Septētrio.Grādines septētrio īportat:& Corus æstuosus auster.Tepidi Vulturnus & Fauonius.Saluberrimus aūt oīum aqlo:noxius auster:& magis siccus.Vētus āt est(ut qdā diffiniūt)auctore Sene.aer fluens in unā ptē:qa nunq̄ aer tā īmobilis ē:ut nō aliq̄ sit agitatiōe.De uētis igit multi scripserāt:ut Sene.in naturalibus.Veteres q̄ttuor tantū seruauere p totidē mundi ptes.Iō nec homerus plures noīat:mox āt posterior ætas octo addidit:rōne nimis subtili & cōscissa. Sūt ergo bini ī q̄ttuor cœli ptibus de qbus.abūde li.i.Pli.Victru.& Geli.&(ut dixius) Sene.in natu.Ordo āt talis ē:ut potius īferioribus:q̄ supioribus cōiungant.Platani Frōtonis clamant:qd agāt uenti &c.Sicq; ostēdit ī ædibus Frōtonis uaria quotidie a poetis recitari.Quas torqueat umbras Aeacus.Aliq hūc locū simpliciter accipiūt.i.q̄ de inferis scribant:apud quos æacus iudex sit cōstitutus.Cæteꝝ ad id poeta respicit : qđ scri. Plato in Gorgia suo.sic.n.īducit iouē loquentē.Cōstitui tres alios meos iudices:duos qdē ex asia Minoē.s.& Rhadamantū:unū uero ex Europa Aeacū:q mortuos iudicabūt in triuio:ex quo portāt uiæ:altera ad beatoꝝ īsulas altera ad tartaꝝ:& Asiaticos qdē Rhadamātus iudicabit.ab Europa igit q uenerint Aeacus.Minoi āt cōmittam:ut iudicet:si qd aliis occultū existat:ut sic iustissime pcedat iudiciū:rectaq; sit aīaꝝ transmissio.Ait ergo poeta sibi notū eē ex frequēti poetaꝝ recitatiōe.Aeacū iudicē eē apud īferos : qui aīas europeas iudicet tantū.⁋Torqueat:iudicet:& puniat.Oui.Noxia mile modis lacerabit umbra:tuasq; Aeacus in pœnas ingeniosus erit.Vnde alius furtiuæ deuehat auꝝ Pelliculæ.i.expeditionē argonautaꝝ:uidelicet:unde Iason aureū uellus sustulerit.Cuius rei historia nota ē ex Diodo.ī qnto .Stra.aūt li.xi.aurei uelleris fabulā sic interpretat. Apud Colchos torrētes deferre aurū:qđ barbari pforatis tabulis:pellibusq; uillosis excipiunt:unde fabulæ ortū est figmētū.De argonautis āt apud latinos scripsit Valerius flac.apud græcos uero Orpheus prius.mox Apollonius.⁋Furtiuæ:hoc ē q̄ furtim & inscio Oeta subrepta fuit.Quātas iaculet Monychus ornos:pugnā dicit:q̄ fuit inter Lapytas & Cētauros populos thessaliæ:q̄ historia ita se hēt.Quū.n.(ut diximus in Achilleida)Perithous Hippodamiā duxisset uxorē:circūuicinos populos:oēsq; deos cōuocauit ad nuptias p̄ter Martē.Quare īdignatus cētauros iā mero calefactos ad rapiendā Hippodamiā cōcitauit aduersus Lapythas:eo certamine ferūt Cētauros delectos fuisse.Sed hoc ueritas hēt Centauros (ut scribit Stra.)aut funditus a Perithoo deletos fuisse:illoꝝ agro prsus desolato:aut ipsaꝝ noīe gentiū nusq̄ amplius existente:nec tali eoꝝ conuentu perdurante:si quid tamen adhuc restat adunatum:mentione non insigniri.⁋Monychus:nomen est proprium Centauri.Ouidi.Fecerat attonitos noua res:heu dedecus ingens.Monychus exclamat.Lucanus aut te iactantem Monychon ornos : dictio est composita μονος enim solus dicitur & ονυξ unguis.equinos enim pedes Centauri habuisse feruntur.Home.autem sæpe dat hoc epitheton equis : ꝙ solidis sint ungulis & non fissis.

⁋ **Nota magis nulli domus est sua:q̄ mihi lucus**
Martis:& æoliis uicinum rupibus antrum
Vulcani.qđ agat uenti:quas torqueat umbras
Aeacus:unde alius furtiuæ deuehat aurum

Lucus martis

antrum uulcani

Vulcaniæ

Insulæ æoliæ

Vētorū natura

Ventus

Cētauri

Pelliculæ:quantas iaculetur monycus ornos.
Frontonis platani:conuulſaq; marmora clamant
Semper:& aſſiduo ruptæ lectore columnæ.
Expectes eadem a ſummo minimoq; poeta.
Et nos ergo manum ferulæ ſubduximus:& nos
Conſilium dedimus Syllæ:priuatus ut altum
Dormiret:ſtulta eſt clementia:quum tot ubiq;
Vatibus occurras:perituræ parcere chartæ.

Orni ☞Ornos:Orni arbores ſunt:quæ maximæ in montibus proueniunt.Virg.Cantando rigidas deducere mon
tibus ornos.Frontonis platani:partem poſuit pro toto.i.ædes frontonis.Hic eſt ille Fronto de quo & Mar.
Vota tui breuiter ſi uis cognoſcere marci.Clarū militiæ Fronto:togæq; decus.Frontonū cognomina a fron
te ſunt dicta:ſicut Capitonū a capite:auctor eſt Cice.in primo de natura deoꝝ.Eſt āt ſenſus.In ædibus Fron
tonis quottidie poetæ aliqd recitant:ita ut tota domus quottidie aſſiduis clamoribus reſonet:ac ꝑ hoc ſciat:
q̃ a uariis poetis tractent̃.Nā nobiles romani ædes ſuas recitātibus cōmodabāt:unde & alibi.Maculonus cō/
modat ædes.Et Cor.Tacitus de Claris Oratori/
bus loquens de poetis ſic ſcribit.Nā & domū mu
tuat̃:& auditoriū extruit:& ſubſellia cōducit:&
libellos diſpergit &c.Per platanos aūt ædiū luxū
& magnificentiā oſtēdit.Platanus.n.umbræ gra
tia ex alieno petebat̃ orbe.tam late.n.rami uaga/
bant̃ ut ēt in ſcānis patulis arboris epularent̃ qn/
decim cōuiuæ abſiſtētibus etiā miniſtris.Tātūq;
honoris poſtea increuit:ut uino infuſo enutri/
ret̃:compertū maxime id prodeſſe radicibus:qđ
primus excogitauit Hortenſius.Lege Pli.lib.xii.
ca.i.Marmora conuulſa:q̃ aſſiduo recitantiū cla/
more ex parietibus cōueli:& labefactari uidētur.
Nā potentioꝝ parietes marmoꝝ cruſtis integebant̃.Seneca ad Lucil.Vt parietes adiectis trāſmaria marmo/
ribus fulgeant:& alibi ad eundē.Quid loquar marmora:qbus templa:qbus domus fulgent.Primus aūt fuit
Mamurra Formianus præfectus fabroꝝ Cæſaris ī Gallia:qui romæ cruſtis marmoreis parietes domus ſuæ
in monte Celio operuit:auctor Pli.☞Clamāt:reſonant:reboant.☞Columnæ ruptæ:ita dictū:ut illud Virgi.
Et cantu quærulæ rumpunt arbuſta cicadæ:& illud Fregit ſubſelia uerſu.☞Aſſiduo lectore:aſſiduo lectoris
& recitatoris clamore.☞Expectes eadem:cū indignatione legendū:q; non ſolū docti ſcribant:ſed etiam indo
cti:iuxta illud oratii.Scribimus indocti:doctiq; poemata paſſim.☞Et nos ergo manū:Senſus eſt:quū docti
inquit & indocti ſcribant:poſſumus ergo & nos ſcribere:quū & grāmaticē & Rhetoricen didicerimus.Erit
aūt ordo.ergo & nos ſcribemus:manū enim ferule ſubduximus:& conſiliū dedimus Syllæ:pōt etiā alius eē
ſenſus & melior ut ſit.Ergo & nos iam grāmaticen & Rhetoricē didicimus:ut ſileamus:& nihil ſcribamus
quū oēs & docti & indocti pariter ſcribant:ut oīno ſenſus ſit nimia indignatione ītercíſus.Eſtq; legendū ea
interrogatione:qua contrariū uidemur uelle facere.q.d.nū didici grāmaticē & Rhetoricē:ut ſileam:& nihil
ſcribam ut oīno hæc extrinſecus ſubaudiamus.Et ita dictū eſt.Et nos ergo manū:ſicut illud:īpune ergo mi/
Ferula hi.☞Ferulæ ſubduximus.i.ſubtraximus:ac ꝑ hoc iā a grāmaticis eruditi receſſimus.Ferulæ:uirgæ:qua ma/
nus pueroꝝ feriunt̃:de qua Colu.Nec manibus mitis ferulas:nec cruribus æque:& infra Capparis:& triſtes
hinulæ:ferulæq; minaces.Mart.ſic ī apophoretis.Ingrate nimiū pueris:grataeq; magiſtris.Eſt aūt infirmiſ/
ſimū uirgultū fœniculo per q̃ ſimile:unde Pli.foliis fœniculo:Inani caule:natura eadem:q̃ anetho & fructu
ſimilis.De hac multa & Theophra.nulli autore Pli.fruticū leuitas maior q̃ ferulæ:ob id geſtata baculorum
uſum ſenectuti præbet.☞Conſiliū dedimus Scyllæ:Oſtendit(ut diximus)artē oratoriā ſe etiā didiciſſe:in q̃
cum uerſaret̃.ſæpe exercitationis gratia ſuaſorias declamauit.Nam in ſcholis ſuaſoriæ tractandæ propone/
bant̃ adoleſcentibus.Deliberat Agamēnon:an iphigeniā imolet:negante:Calcante nauigari poſſe.Itē delibe
rant Athenienſes:an trophæa perſica tollāt:Xerſe minitante redituꝝ ſe:niſi tollerent̃.Deliberat Cicero:an ꝓ
mittente ſalutē Antonio:orationes ſuas cōburat.Item deliberat Sylla an deponat dictaturā:promittente Se/
natu impunitatē.Ait igit̃ Iuue.talem declamando ſuaſoriam ſuaſiſſe Syllæ:ut dictaturā deponeret:nā dare
conſiliū Syllæ eſt ſuadere Quintil.Quū Ciceroni dabimus conſiliū:ut Antoniū roget.☞Priuatus ut al.dor.
Hæc erat ratio ſuaſiōis:ut depoſita dictatura:quā ſibi ipſe ad cētū & uiginti annos aſciuerat:tanq̃ grauiſſimis
ſolutus curis altius dormiret.Nā ſylla:quū imperiū eius rogatiōe Sulpitia trāſferret̃ ad Mariū:īdignatus ex
Aſia in Italiā reuerſus eſt:& ante urbē aduerſarioꝝ ſeptuaginta amplius milia ad portā collinā occidit:īgreſ/
ſus urbē q̃ttuor milia inermiū:nulla ſeruata fide:in uilla publica interfici iuſſit.Marii cineres erutos in Tybe
rim proiecit Poſt tantā hanc crudelitatē:per ſūmū animi & corporis cruciatū expirauit Puteolis:quū dictatu
Phthiriaſis ram depoſuiſſet.morbus aūt:quo cōſumptus eſt:phthiriaſis eſt appellatus.i.pedicularis απο των φθειρων
quos pedes:& pediculos uocamus:corpore.ſeipſum erodente:& ſuppliciū ſibi gignente.unde eſt illud Sere/
ni.Sylla quoq; infelix tali langore pereſus.Corruit:& miſero ſe uidit ab agmine paſci.Quam fœditatem:
ne uiſentes intelligerent:ſomno diſſimulabat.De quo Pli.ita ſcri.lib.vii.Age non exitus uitæ eius omnium
proſcriptoꝝ ab illo:calamitate crudelior fuit:erodente ſeipſo corpore:& ſupplicia ſibi gignente:quod ut diſ/
ſimulauerit:& ſupremo ſomno eius:cui mortuus quodāmodo eſt:credamus ab uno illo inuidiam gloria ui
ctam:ad quod poeta uidet̃ alludere:quū ait:ut altū dormiret:eo genere morbi oſtendit Pli.lib.vii.& Apule.
tertio Floridoꝝ pherecidem orationis proſaice autorem conſumptū eſſe.☞Priuatus:depoſito īperio.☞Dor
miret altū.i.ꝓfundo ſomno.Ora.Ter uncti trāſnando tyberim ſomno:qbus ē opus alto.☞Stulta ē clemētia:
Antipophora eſt:q̃ ſi aliqs dixerit carthā nō eē ꝑdēdā:& ipſe reſpōdeat.Stulta ē hæc clemētia.i.ſtulta & ridicu
la ē benignitas tāti facere tā modicā chartæ iacturā:& ita extenuat nō ſine ſūma aī modeſtia uires īgenii ſui q̃/
Clementia ſi ſciat paucos fore:a qbus opus ſuū legat̃.Mar.Scribere uerſiculos miſeras & ꝑdere chartas.Clemētia āt ꝓprie
ē lenitas ſupioris aduerſus īferiorē:& tēperātiā aī in ꝑtāte ulciſcēdi:auctor Sene.☞Perituræ:quā ſcio perituram
quū nemo lecturus ſit carmē meū.☞Quū tot ubiq; uatibus occurras:quū tam multi poetæ paſſim ſcribant.

Cur tamen hoc potius libeat diſcurrere campo.
Per quem magnus equos aruncæ flexit alumnus
Si uacat:& placidi rationem admittitis edam.
Quum tener uxorem ducat ſpado:neuia tuſcū
Figat aprum:& nuda teneat uenabula mamma:
Patricios omnes opibus:quum prouocet unus.
Quo tōdēte:graui iuueni:mihi barba ſonabat:
Quum pars niliacæ plebis:quum uerna canopi

☞Cur tamen hoc potius:rationē affert q̃re potius Satyrā:q̃ aliud poematis genus ſit ſcripturus:ordo aūt erit
& ſenſus.☞Edā.i.dicā & manifeſtabo.Cur tamē potius libeat mihi decurrere.☞Hoc campo:hoc genere poe
matis ſatyrici:ſūpta metaphora ab iis:q equos:& currus agūt ꝑ ſpacioſos cāpos.☞Magnus alūnus:periphra/
ſis eſt Lucilii:q ex Arunca Rutuloꝝ ciuitate natus:primus apud latinos ſcripſit ſatyrā.In eo mira fuit:ut do/ **Lucilius**
cet Quinti.eruditio & libertas:atq; inde acerbitas:& abunde ſalis:natus aūt eſt anno anteq̃ Carthago inditio
nē romanoꝝ ꝑ Scipionē redacta eſt:mortuus:quo anno Furius Bibaculus poeta natus ē Cræmonæ:& Cym
bri ſuperati ſūt a Mario.☞Alūnus:is ꝓprie dicit̃:
qui alitur.Pli.Italia alūna oīum terraꝝ:eadem &
parēs.Oui.Pax nutrit cererē:pacis alumna ceres.
Nō ignoro ab Diuo Auguſtio noīari Iouē alūnū:
q̃ſi qui oīa alat.Verum apud alios auctores tali ſi
gnificatione:aut nunq̃:aut rarenter īuenies:unde
fallunt̃:qui putant Italiam dictā Alumnā a Pli.q; **Alūnus**
alat:quū hoc dicat Italiā.ſ.tanq̃ filiā ab oibus ter/
ris alimēta accipere:eandēq; tanq̃ matrem oibus
ꝓbere:ſed quū hoc longe clarius ſit:q̃ a nobis īdi/
geat explicari:plura nō addemus.☞Flexit equos:
ꝑſtat in tranſlatione:qa dixit cāpo:equos ergo.i.
ſtilū ſuū.☞Si uacat:ſi ociū eſt ad audiendū.Dici/ **Vacat**
mus.n.mihi nō uacat:ꝑ īperſonale.i.ociū nō eſt.Et ego uaco.i.ocioſus ſum:& hēo ociū.Sene.Nō uacat mihi **Vaco**
uerba dubie cadētia cōſectari.Et paulo īferius.Nō uaco ad iſtas īeptias:īgēs negociū ī manibus ē.Vaco itē ca/
pit̃ ꝓ operādo:ut Cic.uacat diligēter ſtudiis liberalibus:itē uſurpat̃ ꝓ careo:ut ego uaco culpa.☞Quū tener
uxo.una ē ex rōnibus:q̃re potius ſatyrā q̃ aliud genus carminis ſit ſcripturus:ē.n.ſenſus & ordo.Difficile eſt
nō ſcribere ſatyrā:quū tener ſpado ducat uxorē &c.i.difficulter te cōtineas:qn ſatyrā ſcribas:ſequit̃.n.Nā qs
tā patiens:& illud facit īdignatio uerſum.Quaſi dicat ēt ſi nolis nō poſſis tibi tēperare:quominus ſatyrā ſcri
bas.☞Ducat ſpado:Indignatio ē in libidinē mulieꝝ:q̃ quū a Domiciano:autore Tranql.reuocata eēt:lex iu/
lia in adulteros:mœchis ſuis nubebāt:ne ſupplicio afficerent̃.Inter mœchos aūt erāt & ſpadones.Mar.qđ nu
bis ꝓculina cōcubino.Ne lex iulia te notare poſſit.Nō nubis ꝓculina:ſed fateris:& alibi.Cur tātū Eunuchos
hēat tua Gelia q̃ris Pāniche:uult futuri Gelia:nō parere.Alibi.At prius o mores & ſpado mœchus erat:Alibi
Cū ſene cōem uexat̃ ſpado:Didimus æglen.Simul ēt poeta ridet legē ipſam:cui iā excogitata ē fraus.Nā quū
reuocata ſit ad pudoris ſanctitatē tuendā:mulieres īpudenter ſpadonibus:nā diximus nubebāt:qbus oblecta
tæ fuerāt.Spado āt & Eunuchus dictiones ſūt græcæ:ideq; ſignificāt:dr̃ āt Spado a σπαω qđ ē auello & auſe/ **Spado**
ro:q; ab eo teſticuli auellant̃.Vlpianus ait:Spadonū noīe eos ēt contineri:q natura ſpadones ſunt.Eunuchus **unde**
āt dr̃ απο τησ ευνασ.i.cubili & εχω cuſtodio:qa id genus hoīum adhibebat̃ ſeruādis cubilibus regū & prin
cipū.☞Tener:nā ſpadones molles ſūt & effœminati.☞Neuia tuſcū:Alia indignatio in mulierū impudentiā:q̃
tpibus Domitiani ī uenationes & pugnas theatrales deſcēdebāt.unde Mar.Hæc iam fœminea uidimus acta
manu.Statius ī ſyluis Stat ſexus rudis:inſciuſq; ferri.Et pugnas capit īprobus uiriles.Credas ad Thanaim fe
rūq; Phaſim Thermodontiacas mouere turmas.Neuia āt nomē eſt īpudicæ mulieris:& ꝓ q̃cunq; īpudenti
muliere ponit̃:q̃ in uenationes & pugnas theatrales deſcenderet.☞Aprū thuſcū:emphaſim hēt:q̃ſi q cæteris
eēt ferocior.Mar.Thuſcæ glādis aper populator:& ilice multa.Iā piger:Aetholæ fama ſecunda feræ.☞Nuda
māma:habitū expſſit ꝓcumbētis in uulnera feræ.ſic.n.māmæ e ſinu exerunt̃.Illud aūt eſt fatuū qđ aliq ad ri
tū amazonū referūt:q̃ ſibi dextrā mamillā adurebāt:ſimpliciter.n.locus eſt accipiēdus.☞Māma:eadē dicit̃ & **Māma**
mamilla:& papilla:& uber:Māmam itē ueteres ꝓ matre acceperūt:ſicut Tatā pro pr̃e.Mar.Māmas atq; tatas
hēt Afra:ſed ipſa tataꝝ.Dici & māmaꝝ maxia māma pōt.☞Patricios oēs:De Cinamo tonſore ſui tpis intelli
git:q muneribus mulieris locupletatus eſt:uſq; ad cenſum equæſtrē:mox dānatus in Sicilia exulauit:de quo
ſic Mar.Qui tonſor fueras tota notiſſimus urbe.Et poſt hæc dominæ munere factus eques.Sicanias urbes:
ætneaq; regna petiſti.Cíname:quum fugeres triſtia iura fori.Qua nunc arte graues tolerabis inutilis annos?
Quid facit īfœlix & fugitiua qes?Nō rhetor:nō grāmaticus:ludiue magiſter.Nō Cynicus:nō tu ſtoicus eſſe
potes.Vēdere nec uocē ſiculis plauſumq; theatris.Qđ ſupereſt iteꝝ Ciname tōſor eris.☞Patricios:nobiliores **Patres**
denoīatos a pr̃ibus.Nā cōdita urbe Romulus cētū elegit ſenatores:qbus reipu.curā demandauit:hos pr̃es ob
uenerationē appellauit.Aucta mox ciuitate reliq reges numeꝝ ſenatoꝝ ampliauerūt eoſq; pr̃es cōſcriptos ap **Patres**
pellauere:unde hoc poſtea ſeruatū eſt:ut ſenatores pr̃es conſcripti noiarentur.Qui ergo ex iis patribus naſce **conſcri/**
bant̃:patricii ſunt appellati.☞Prouocet:poſſit opibus ꝓuocare:& ſe ſuperiorē oſtēdere.☞Grauis:moleſta:& **pti**
minime grata:q̃lis ſolet eē iuuenibus.☞Sonabat:tondēdo.☞Quū ps:indignat̃ Iuue.Criſpinū hoīem Aegy/ **Patricii**
ptiū ex ſeruili cōditiōe ad cēſum æq̃ſtrē eē ꝓuectū.Nā Domitiano fuit gratiſſimus:eiuſq; cōſilioꝝ particeps:
eū Iuue.ubiq; inſectat̃:& ꝑcipue ea ſatyra.Ecce iterū Criſpinus adeſt ediuerſo.Mar.Laudat.Sic placitū uide/
as ſp Criſpine tonātē.Nec te Roma minus q̃ tua Memphis amet.☞Pars niliacæ plebis.i.ſeruus ex plebe.q.d.
ex īfimo loco apud Aegyptios natus:hincq; ē potiſſimū īdignatio.☞Niliacæ:ægyptiæ.Nilus.n.fluuius ē Ae
gypti.☞Verna:alūnus.Inter ſeruū & Vernā hoc ītereſt:q; ſerui appellant̃:q in ꝑtātē noſtrā uenerunt:aut iure
belli:aut ære cōparati.Vernæ uero:q domi ex ancillis naſcunt̃:nā & ii in ſeruitute ſūt oīs.n.Ancillæ fœtus do
mini eſt.Dicti autore Feſto:q; tpe ueris nati ſūt:q; id tps ad feturā ſit ualde aptū.Inde dicimus uernaculū oē:
qđ intra parietes domeſticos alitur:ut gallinā uernaculā:æquū uernaculum:& linguam uernaculam.☞Ca/
nopi:Canopus ciuitas eſt Aegypti dicta autore Strabo.a Canopo gubernatore Menelai:qui ibi ſepultus eſt.

¶Ventilet:hinc pendet omnis poetæ fremitus:q homo ægyptius:& seruili conditione:ea sit mollicie:ut annuli æstiui sint etiã ei ponderosi.¶Ventilet:quasi refrigeret annulũ eximendo illũ e digito:& in aera leuiter iactando.Nã uentilare est in aere aliqd iactare.Apu.in Asino aureo:Aureos refulgentes manu mea uẽtilabã.Inde dicimus uentilare frumentũ:& Ventilabrũ instrumentũ iactandi frumenti.Ventilare etiã est uentũ facere.Tranquillus in Augusto.Atq etiã aliquo uentilante cubabat.¶Aurum æstiuum.i.annulos:quos tempore æstatis gestabãt:nam eo delitiaꝝ peruenerant Romani:ut annulos haberẽt:alios æstiuos:alios hyemales:

Crispinus tyrias humero reuocante lacernas
Ventilet æstiuum digitis sudantibus aurum.
Nec sufferre queat maioris pondera gemmæ.
Difficile est satyram nõ scribere:nã quis iniquæ
Tam patiens urbis:tam ferreus ut teneat se:
Causidici noua quum ueniat lectica mathonis
Plena ipso:& post hunc magni delator amici.

ac si dicat leuẽ bratteã:& filũ aureũ:nam qđ tẽpore æstatis per leuitatẽ gestamus:æstiuum appellamus:ut uestes æstiuas. In annulis autẽ(ut scribit Plini.lib.xxxiii.ca.i.) Alii pondera & magnitudinem auri ostentabant. Aliis plures q̃ unum gestare labor erat. Alii bratteas inserebant leuiorẽ materiam:& pp casum gemmaꝝ totã sollicitudinẽ amputabant:quibus pro annulis utebant̃:per annulũ autem aureũ ostendit poeta.Crispinũ equestris fuisse:& cẽsus & dignitatis. Nam annuli(ut scri.Pli.)distinxere alterũ ordinem a plebe:ut semel cœperãt eẽ celebres:sicut tunica ab annulis senatũ tantũ.Sed annuli plene mediũ ordinẽ:tertiũq plebi & pribus iseruere.¶Humero re.la.i.reiectis lacernis i humeros:q̃si nimis põderosis:tali habitu fuisse & Collossum Domitiani ostẽdit Statius i pria Sylua.It tergo demissa Chlamys.Homeri autore Pli.hoĩs tãtũ sunt:armi q̃drupedũ.¶Tyrias purpureas:nã Tyrus ĩsula fuit Pheniciæ:palto mari septingẽtis passibus diuisa.Nunc uero(autoribus Pli.& Quinto Curio)Alexãdri oppugnãtis operibus cõtinẽs.Oĩs eius nobilitas:Conchylio
Lacerna atq purpura cõstat.¶Lacernas:Lacernæ cõficiebant̃ ex uariis coloribus:unde apud Mar.in distichis loquunt̃ lacernæ coccinæ.Si Veneto prasinoue faues:q coccina sumis.Ne fias ista transfuga sorte uide.Itẽ Lacernæ beticæ loquunt̃ sic.Nõ est lana mihi mendax:nec mutor aheno.Sic placeãt tyriæ me mea tinxit ouis. Lacernæ aũt tũ albæ:tũ purpureæ sumebant̃ ĩ spectaculis.Mar.Spectabat mõ solus ĩter oẽs.Nigris munus.Ora lacernis.Quũ plebs & minor ordo:maximusq.Sancto cũ duce cãdidus sederet.Toto nix cecidit repente cœlo.Albis spectat.Ora lacernis.Alibi indistichis:Amphitheatrales nos cõmẽdamur ad usus.Quũ tegit albentes nr̃a lacerna togas.Idẽ in.v.Edictũ domini deniq nr̃i.Dũ laudat mõ phasis in theatro.Phasis purpureis rubet la-
Gẽma cernis:& paulo infra.Illas purpureas & arrogantes iussit surgere lectius lacernas.¶Gẽme maioris.i.pgrandẽ gẽmã:ut sit descriptio annuli leuioris bratteæ:cui lapis pgrãdis sit ĩcertus.Appellatiõe gẽmæ ĩtelligimus oẽs lapillos pciosos.Sabinus tamẽ ad Vitelliũ ait.Gẽmas esse plucidæ materiæ:uelut Smaragdos:Chrysolitos:
Margarita Ametyssos:Lapyllos aũt cõtrariæ superioribus naturæ:ut Obsianos:Vedubientanos:Margaritas aũt nec gẽmis nec lapillis contineri.¶Nã quis tam pa.quis eni inquit possit pati tantã urbis iniquitatẽ:ut non moueat̃ ad scribendũ.Est aũt ratio quare sit difficile non scribere:quũ ẽt alia sint notatu grauiora.¶Vt teneat se:tẽperet sibi:ne scribat.¶Causidici noua:Hinc maxime mouetur poeta ad scribendam saty.q sub domitiano frequens:& pene publice accusandi rabies existeret:quæ oĩ bello ciuili grauius togatã ciuitatẽ cõficeret:adeo aures Imperator delationibus patefaciebat:ut nihil ppemodũ tutũ esse:ita ut delator delatorẽ timere.Vnde sic conquerit̃ Pli.in panegyrico de Domitiano.Vidimus delatorũ iudiciũ:quasi grassatoꝝ:quasi latronũ:nõ solitudinem illi nouerant:sed templũ:sed forũ insederant:nulla iam testamenta secura:nullus status certus:nõ orbitas:non liberi proderant.Multi igit̃:inter quos & Causidici:quũ in ea re questũ & principis gratiam esse cognoscerent:relictis actionibus forensibus:ad delationes se conferebãt:ut Matho & Põpeius Falco:qui iisdẽ temporibus accusabat ut alibi notatur a Iuuenale.Sæuior illo Pompeius tenui iugulos aperire susurro.Causidicum fuisse Pompeium ostendit Pli.epistola:quæ incipit.Consulis an existimẽ te in tribunatu causas agere decere. Notat igit̃ oẽs delatores sub psona Mathonis:quẽ ex paupere diuitem factum esse uideri uult questu delationũ.Pauperem fuisse ostendit alibi Iuue.Matho deficit Martialis.Parua rogas magnos:sed nõ dant hæc quoq magni.Vt leuius pudeat iã matho parua roga.¶Lectica:nõ tantũ ea dicebat̃ lectica:qua nocturno tempore quiescerent:sed qua ẽt gestarent̃:non tam primores uiri:q̃ matronæ.Instar cubiculi erat:& Lecticarii dicebantur serui:qui lecticã gestabãt humeris:græcæ exhaphoꝝ dixere lecticã:quæ a sex seruis:Octophorum uero:quæ ab octo gestaret̃.In ea erant & fenestræ.unde alibi.clausa lectica fenestra.Tranqllus in Augusto.A cœna in lecticulã se lucubratoriam recipiebat.Alibi Iuue.Latis specularibus antrũ:nam antrũ appellat lecticam:cui specularia adhibebant̃.Quẽadmodũ & nostra ætate uidimus fœminã quandã primariam gallicam gestari lectica ex corio cocto cum fenestris:adhibitis specularibus uitreis:ea autẽ gestabat̃ nõ a seruis:sed a duobus equis mediã lecticam intercipientibus.Lecticã aũt uelis auleisue circũseptã fuisse docent & Plutarchus in Eumene sic.Quo accepto Eumenes incitatis lecticariis cursu delatus:ex utraq lecticæ parte summouit auleum:magna lætitia manũ protendens.Et Mar.lib.ii.Quæ grex togatus sequit̃ & capillatus.Recensq sella linteisq loris:nã pro lectica sellã poni manifestũ est.¶Noua:nuper cõparata delationibus:quũ ante eẽt pauper.¶Plena ipso:q̃si qui cõmodius gestaret̃ solus:ut delicatus:& luxuriosus.¶Delator:de Marco Regulo intelligit qui(ut scri.Pli.in epistolis) omnium bipedum fuit nequissimus. Multoꝝ enim nobiliũ sub Domitiano cædes molitus fuerat.Cassios enim & Camerinos accusauit qui sub Nerone interempti sũt.Et hũc(ut ipse refert)tam Bebius Massa:q̃ Metius Carus ualde timebant.Nam Regulo intemperãter laceranti Herẽniũ Senetionẽ:respõdit Carus.Quid tibi cũ mortuis?Nũgd ego Cassio:aut Canerio molestus sum? quos ille sub Nerone accusauerat.¶Delator:occultus accusator:nã deferre ẽ occulte accusare.Mar.Ecce reũ Carus

te detulit adsit agellus.¶Magni amici.i.imperatorii:hoc est imperatoris amici & familiaris:nam magna amicitia appellatur imperatoris:ut alibi poeta.In quoꝝ facie miseræ magnæq sedebat.Pallor amicitiæ:ut ostendat ne amicos quidem imperatoris tutos fuisse a delationibus.¶Rapturus:absumpturus:nã partem bonoꝝ delationibus consequebant̃:nobilibus ipsis aut in exiliũ electis:aut trucidatis ab imperatore.¶Nobilitate comesa:nobilibus absumptis:& laceratis ab imperatore.Nã(autore Tranql.)nihil pensi habuit:qn prædaretur omni modo bona uiroꝝ ac mortuoꝝ:usq quaq & accusatore & crimine corripiebatur.Satis erat obiici qualecunq factũ:dictũ aduersus maiestatẽ principis.

Et cito rapturus de nobilitate comesa
Q uod superest:quẽ massa timet:quẽ munere palpat
Carus:& a trepido thymele summissa latino.
Q uũ te summoueant:qui testamenta merentur
Noctibus:in cælum:quos euehit optima summi
Nunc uia processus uetulæ uessica beatæ.
Vnciolam proculeius habet:sed gillo deuncem.
Partes quisq suas ad mensuram inguinis hæres

Hinc est:ut alibi cõquerat̃ poeta.Vnde fit ut malim fraterculus eẽ gigantũ.Eius crudelitatẽ in panegyrico Traiani sic taxat Pli.Quũ nup ĩmanissima bellua uelut quodã specu inclusa:nũc ppinquoꝝ sanguinem lamberet:nunc se ad clarissimorũ ciuiũ strages:cædesq proferret &c.¶Quod superest:qđ adhuc ab imperatore nõ est corrosum & correptum.¶Massa:Bebiũ Massam intelligit:& ipsum delatorẽ.Sensus est ãt.Bebius ipse Massa:qui delator erat:delatorẽ timebat:apud principem:q tãtope delatores fouebat.De Bebio Massa sic Pli.in epist.ad Macrinũ.Legati rursus inductũ:iterũ me iam presentẽ aduocatũ postulauerunt:implorantes fidẽ meã:quã erant contra Bebiũ Massam experti.¶Carus:delator & ipse fuit:de quo ut ante diximus:Mar.Ecce reum Carus te detulit:adsit agellus.Pli.lib.i.ad Voconiũ(ut paulo ante dictũ est)eius sic meminit.Agnoscis eloquentiã Reguli:lacerat Herenniũ Senetionẽ:tam intemperanter quidẽ ut dixerit ei Metius Carus:Quid tibi cũ mortuis?Nunqd aut Crasso:aut Camerino molestus sum.¶Palpat:cui munere blandit̃.Nam palpare:siue palpari idem est qđ blandiri.Ora. Palpo
Cui male si palpere recalcitrat:undiq tutus.Lucilius:Hic ubi me uidet sublandit̃:palpatur:caput scabit:Inde Thymele
dicuntur palpones adulatores.Persi.Ius habet ille sui palpo.¶Trepido latino:Latinus mimus fuit:cuius iocis & uxoris Thymeles mimæ plurimũ delectatus est Domitianus:unde Mar.Qua Thymelẽ spectas derisorẽq latinum:Illa fronte precor carmina nostra legas.¶Submissa:utrũ ad coitũ an ad placandũ.Ostendit autẽ poeta:ne personã qdem gratam imperatori fuisse tutam a delationibus.Nã latinus timens delatorẽ:ei clanculo submittebat uxorem ad placandũ.Non ignoro a nõnullis:q ætate nr̃a in liberalibus studiis postremas partes non ferunt:longa uerborũ cõtentione disputatũ.Thymelem mimã fuisse:quæ itidem:ut latinus a Domitiano populoq fauorabiliter spectaretur.Sed non uxorem latini:quæ oĩa:quũ friuolis fulciant̃ argumentis:nihil uideo:cur adhuc potius uxorem latini nõ credam:q̃ aliam mulierem.Quũ præsertim Iuuena.ostendat Zelotypum fuisse Thymeles. Credibilius enim ẽ latinum Zelotypum fuisse uxoris:q̃ alterius:quæ corpus uulgaret.Sed quum res non magni sit momenti unicuiq sua sit existimatio.Illud tamen constat:mulieri nomen inditum ab arte Scænica.θυμέλη enim pulpitum:siue scænam significat:& θυμελικοσ histrionem:nã & ipsa placuit theatris.Vnde Apule.in Apologia appellat.Choragium thymelicum.i.scænicum apparatum & instrumentum his uerbis.Quid enim si Choragiũ thymelicum possiderem?num ex eo argumentarere:ẽt uti me consueuisse Gragidii symathæ histrionis:ubi Choragiũ accipit̃:pro apparatu:siue ĩstrumento scænarum:non me fugit a Fulgentio:Choragium falso interprætari funus uirginale.¶Quũ te submoueant:Alia est scribendæ satyræ indignatio:q.s.multi uetularum consuetudine locupletarentur. Nam quum uetulis prurientibus officium suum præstitissent:ab eis postea:defraudatis liberis:heredes scribebantur.Mart. Insectaris anus:o quantum cogit egestas:quibus uerbis innuit:talia adulteria licet iocunda non fuissent:fructuosa tamen extitisse.¶Submoueant:a bonis tuis paternis.¶Noctibus:nocturno concubitu.¶Merentur te.i.bona:quæ per testamentũ assequuntur.¶Quos euehit:Ordo est quas uessica uetulæ beatæ:appositiue optima nunc uia summi processus euehit ĩ cœlum.¶Vessica:pruritus & libido.¶Vetulæ beatæ:diuitis & opulentæ Papinius in syluis:Iam se(quisqs is est)inops. Beatus conuiuã ducis esse gloriosum.Proper.Noli nobilibus:noli conferre beatis.¶Vehit in cœlum.i.ad excelsissimos opulentiæ gradus perducit & pinde tanq̃ dii habẽtur.¶Optima nunc uia:adiuuandũ gestu:ut sit per irrisionem dictum.¶Sũmi processus:summi progressus ad diuitias.¶Vnciolã pculeius:Antiq ut recitauimus apud Persi.Patrimoniũ in duodecim partes diuiserunt ita ut noĩe assis totũ cõtineret̃.unde dr̃ hæredẽ te reliqt ex asse.i.ex toto:as autem in duodecim partes diuiditur:sextantem:quæ sexta est pars assis.Quadrantem:quæ quarta.Trientem:quæ tertia.Quincunx a numero est unciaꝝ.Semis dimidiũ assis. Septunx a septẽ & uncia:Bes:dẽpto triẽte.Dodrans q̃drãte.Dextãs:sextãte dẽpto.Deunx:dẽpta una uncia.Vncia ãt erat minima ps & duodecia assis.Est ergo sensus.Adulteros p mẽbri sui q̃litate & laboribus accipe pmia.Proculeius:ergo tãq̃ male mẽtulatus unã tãtũ accipit unciã p̃imonii ex testõ.Gilo ãt ĩpense.Draucus reliquũ p̃imonii accipit.i.deuncẽ:qđ ẽ totũ:dẽpta una uncia:q̃ iã debet̃ pculeio:p pculeiũ ãt ĩtelligit uiꝝ bonũ:& paꝝ mẽtulatũ:p Gilionẽ ãt bene metulatũ.¶Quisq hæ. legẽdũ est irrisiõe Satyrica & adiuuãdũ gestu:æquũ inqt est:ut unusqsq pro q̃litate mẽbri:laboribusq suis accipiat ptes patrimonii.¶Mercedẽ:appositio est.¶Sanguinis:nã semẽ hoĩs(ut tradũt phisici)nihil aliud est q̃ sanguis cõctus:& iõ mutat colorẽ.¶Inguinis:Inguẽ ab auctoribus accipit̃ pro pte genitali tã in mare q̃ in fœmina:unde Mar.Accẽsi quotiẽs ad opus:mixtisq mouemur inguinibus.Tranqllus in Nerone.Viroruq ad fœminarũ ad stipitẽ delicatoꝝ inguina iuaderet.Cor.Celsus li.vii.dicit testiculos dependere ab iguinibus p singulos neruos.Oui.in fa.Et tumidũ cornudurius inguẽ erat.Idẽ in eodẽ. Quiq rubro pauidas inguine terret aues.

¶ Palleat:adulteri enim exhausti sanguine intẽperato coitu pallent nõ minus q̃ qui pedibus anguẽ calcauere. ¶ Vt nudis. Ordo est & sic paleat:ut pallet ille:q pressit anguẽ calcibus nudis:aut ut pallet Rhetor dicturus. ¶ Ad arã lugdunensem:hoc aũt ẽ ex historia. Nã Caligula edidit in gallia lugduni miscellos ludos:& hoc certamẽ quoq; græcæ:latinæq; facũdiæ:quo certamine ferunt uictoribus p̃mia uictos cõtulisse: eorũdem & laudes cõponere coactos. Eos ãt q maxime displicuissent:scripta sua spõgia linguaue delere iussos:nisi ferulis obiurgari:aut flumine ꝓximo mergi maluissent. Qui ergo in hoc certamẽ descendebãt:incerti euẽtus rei pallebant. Lugdunũ ãt ciuitas est Galliæ:quã nũc uulgo Leonũ appellãt quo ter & q̃ter ex Italia & Gallia mercatores singulis annis cõueniũt:mutua tractãtes mercimonia. Eã cõdidit Numatius Plãcus (ut tradit Euse.) ubi Arar Rhodano cõmiscetur. ¶ Rhetor:ꝓ oratore posuit. Nã rhetor appellat̃:q Rhetoricã docet. Orator uero:q scd̃m artis præcepta loquit̃. ¶ Quid referã quanta:alia indignationis cã in spoliatores eni cum pupillorum: tum prouinciarũ inuehitur. ¶ Quid referã?qd dicã: quantũ mihi æstuent p̃cordia:quũ uideam quẽdã:qui spoliis pupilli locupletatus:eo deliciarum peruenit: ut lectica magno grege comitũ seq̃nte ꝑ urbes gestet̃.

Lugdunum | Rhetor | Orator

Accipiat sane mercedem sanguinis:& sic
Palleat:ut nudis pressit:qui calcibus anguem.
Aut lugdunensem rhetor dicturus ad aram.
Q uid referam?quanta siccum iecur ardeat ira.
Q uũ populũ gregibus comitũ p̃mat hic spolia
Pupilli prostantis:at hic damnatus inani (tor
Iudicio:quid enim saluis infamia nummis?

Quẽ ãt poeta designet:nulla extat certa historia. Illudq; falsum ẽ:qd̃ de Cecilio Classico aliq tradiderũt in oẽs spoliatores nullo mõ dici posse uidet̃:quũ dicat hic spoliator:q̃ si q tpibus suis oĩbus esset notissimus. ¶ Prostantis:Dr̃ia est inter ꝓstare & ꝓstituere. Nam prostare uerbũ est neutrũ absolutũ:& significat turpitudine corporis quæstũ facere. Prostituere aũt est actiuũ:significatq;:qd̃ propriũ est Lenonis:marẽ uel fœminã publicæ libidini gr̃a q̃stus exponere:unde & scortũ ipsum appellamus ꝓstibulũ:uel q; p̃stet:uel q; ante stabula hæ sedebãt:quæ dicunt̃ cõi uocabulo prostibula: sicuti ante Alicariæ meretrices appellabant̃ in campania:solitæ ante pistrina Alicariorum uersari:quæstus gratia. ¶ Premat populũ:hinc maxime indignat̃ poeta:q; rapinis pupilli locupletatus:tãto ꝑ urbẽ fastu & pompa incedat:p̃mat ergo calcet:& urgeat populũ quũ gestat̃ lectica:unde & Alibi. Et igẽti curret sup ora liburno. ¶ Gregibus:comitũ:uel clientũ uel seruorum:nã comitẽ accipe debemus:inq̃t Vlpianus:de iniuriis:eũ q comitet̃ & seq̃tur. Et (ut ait Lebeo) siue liberorum:siue seruũ:siue masculũ:siue fœminã. Et ita cõitẽ diffinit:qui frequentãdi cuiuscũq; cã:ut seq̃ret̃ destinatus est. Inter comites utiq; & pædagogi erãt. ¶ At hic dã. indignatio in auariciã sui tpis:cũ publicã:tũ priuatã. Cõqueriturq; iudicia uana eẽ & iniqua. Hocq; maxime pp Marium priscũ hoiem Beticũ. Hic.n. quũ Aphricã ꝓuinciã:cui ꝓconsul p̃fuerat spoliasset:nã ob innocẽtes condẽnandos:interficiendos ẽt pecunias acceperat:accusantibus Aphris Cornutus Tertullus:septingẽta milia:quæ acceperat Marius:ærario inferenda censuit. Mario urbe Italiaq; interdicendũ. Notat igit̃ poeta iniquitatẽ sui tẽporis: detestans maxime auariciã (ut dixi) & priuatã pariter & publicã:quũ id:qd̃ prouincialibus restituendũ fuit in ærarium sit delatũ. ¶ At hic:Marius adiuuandũ gestu:& eo risu:quo solemus rem nefandã ĩprobare:ut sit sensus. Tantum abest:ut hic Marius:q condẽnatus est:sollicitudine angatur:ut ẽt hilare & splendide uiuat:q̃si:q talẽ condẽnationẽ paruifaciat. Sicq; innuit ex bonis ꝓuincialiũ apud eũ magnã partẽ esse relictã. Ordo autẽ est. At hic Marius dãnatus inani iudicio:ab octaua hora bibit exul:reliq̃ dicunt̃ per parẽthesim. At hic Marius ita dictũ a poeta:q̃si uiueret p̃sensq; eẽt. ¶ Inani iudicio:Inane iudiciũ appellat:qd̃ prouincialibus nihil ꝓfuerit:quum eis pecunia nõ sit restituta:sed in ærariũ delata. ¶ Quid.i. saluis ĩfamia nũmis. Antipophora est: quasi aliquis dixerit. Inane iudiciũ non est appellandũ o poeta:quãdo graui ĩfamia sit aspersus:& proinde respõdeat. Quid nocet ĩfamia saluis nũmis?Ironice ãt enũciandũ & uultuose:ut ostẽdat hoiem improbũ infamia a uitiis non abstereri. ¶ Exul:nã (ut dictũ ẽ) urbe & Italia ei interdictũ ẽ in bienniũ. ¶ Ab octaua.i. statim post octauã horam cõmedisse ante nonã horã:mensæ destinatã:hoĩs erat dissoluti & luxuriosi:post nonã igit̃ cõmedebant. Mar. Imperat extructos frangere nona toros.i. lectos discubitorios. ¶ Ab. A. &. Ab. plærũq; pro post ponunt̃ Pli. A cõceptu decimo die dolores capitis. A. itẽ eleganter usurpat̃:quũ inter partes dissidẽtes uolumus significare alterutrius ꝓpugnatores:& amicos:ut qui a Sylla erant:in Mariũ arma sumpserunt:& q a me nõ erunt ego cõtra illos ero. In alia ẽt significatione accipit̃:quũ in seruis munus:operamq; discernit. Nam quũ Romani ex seruis suis: aliis uterent̃ ad iter:ut mitterent eos:quo liberet:eos appellauere a pedibus ut ita dicerẽt:uoca a pedibus:trade hoc a pedibus. ¶ A pedibus uenerũt ita:ut semper extrinsecus intelligant̃ serui:ut sit:Serui a pedibus uenerunt:& uoca seruos.s. a pedibus & sic reliqua. Mar. Cur nõ mensa tibi ponitur a pedibus.i. cur a te mensa non ponit̃ a pedibus.i. seruis a pedibus:ut sit datiuus casus: Eosdẽ circũpedes appellat Ci. tertia actione in Verrem. Circũpedes autem homines formosos & litteratos suos esse docebat. Verres inquit Ci. quum dicebat suos eẽ circumpedes Maleoli fuisse negabat:unde & poeta in. vi. saty. Admotum a pedibus.i. seruis a pedibus. Aliis autem ad litteras exscribendas:quum dictarent̃:qui libellos a supplicibus datos exciperent:curamq; haberent:illos a manu:hos a libellis dixere. Sueto. in Cæsare:Philomonẽ a manu seruum: qui necem suam:per uenenũ inimicis promiserat:nõ grauius q̃ simplici morte punit:idẽ in Augusto. Gallo a manu q; pro epistola prodita denarios quingentos accepisset crura effregit. Amanuenses etiã eosdẽ appellauit in Nerone idẽ in Domitiano. Epaphroditũ a libellis capitali pœna cõdẽnauit. Idẽ ĩ Claudio. Suspexit Polybiũ a studiis:q sæpe ĩter duos cõsules ambulabat:sed ante oẽs Narcissum ab epistolis:& Pallantẽ a rõnibus: hoc est qbus uteret̃ ad studia sua:hoc ẽ qui legerẽt & ꝑcurrerent:quũ studiis uacaret:græci eos Anagnostas appellãt. ἀναγνώσκω enim idẽ est q; lego. & q scriberent epistolas:qq; oium regum rõnes colligerẽt:ut accepti & expẽsi.

Prostare | Prostituere | Prostibulum | alicariæ | Meretrices | Comes | A. & ab

¶ Fruitur diis iratis:ille dicitur frui diis iratis:qui licet eos infensos sibi ob scelera habeat:nullam tamẽ ab iis sentit punitionem:sed interim per oĩa uitã hilarẽ agit. Marius ergo licet deos haberet iratos ob flagitia summa hilaritate uiuebat:nullũ ab iis sentiens incõmodũ:idẽ dictum est a Iunone apud Sene. cõquerente:Herculem abuti ira sua. Superat inq̃t & crescit malis:iraq; nr̃a fruit̃:in latides suas mea uertit odia. q. d. licet ei irata sim:nullum tamen ex hoc sentit incõmodũ. ¶ Prouincia uictrix:quæ obstinuisti:ut Marius dãnaret̃. Prouincia dicit̃ quasi procul uicta ab italia. Nam italia prouincia nõ appellat̃:sed quæ extra italiã sunt:unde Plini. Iunior. Italicus ne es:an prouincialis. Pli. li. iii. de naturali historia scribens de Gallia narbonensi. Italia inq̃t uerius est:q̃ ꝓuincia:apud Colu. titulus ẽ de natura ꝓuincialiũ uinearum:ubi intelligit oẽs uineas p̃ter italicas. ¶ Ploras:pecunia nõ restituta tibi. Cõquerit̃ ẽt Sal. in Iugur. ꝓuinciales sæpe spoliari his uerbis. Nõ peculiatus ærarii factus ẽ:neq; ꝑ uim sociis ereptæ pecuniæ:quæ q̃q̃ grauia sunt:tamẽ ꝑ cõsuetudine iã pro nihilo habent̃. ¶ Hæc ego nõ credam:Sensus est:ego nõ credã hmõi sæ-

Exul ab octaua marius bibit:& fruitur diis
Iratis:at tu uictrix prouincia ploras.
V Hæc ego non credam uenusina digna lucerna?
Hæc ego nõ agitem?sed quid magis heracleas?
Aut diomedeas:aut mugitum labyrinthi:
Et mare percussum puero:fabruq; uolantem?

culi nostri scelera digna carmine satyrico quale Ora. multa lucubratione scripsit? ¶ Venusina lucerna.i. carmine satyrico:quo maxime Ora. uitia tpis sui est insectatus. Venusia ãt Ciuitas ẽ in confinio Apuliæ & Lucaniæ Patria Oratii:qd̃ ipse ostendit in sermonibus. Sequor hunc Luca. An Appulus anceps. Nã Venusinus arat finẽ sub utroq; colonus:ea sita est in uia Appia. ¶ Lucerna:carmine lucubrato. ¶ Agitem: insequar:notẽ. ¶ Sed qd magis:tacitam obiectionem diluit. Respondet eni iis q possent dicere:longe satius esse:si scribantur fabulæ. ¶ Quid magis:subaudi scribã & secter carmine. ¶ Heracleas.i. ærũnas & fabulas:de Hercule confictas. De qbus multa Diodo. in. v. Heracleas aũt legendũ est nõ autẽ Herculeas. ἡρακλεο enĩ græcæ dicit̃ Hercules latine & possessiuũ. Heracleus penultima ꝑducta:hac rõne:q; apud græ. Heracleus scribit̃ per diphthon. ει. sicut Aene. & Spondeus:& Medea:quæ diphthongus cõuertit̃ in e longa apud latinos. Heracles ãt iterprætat̃ Iunonis gloria. ἥρα.n. græcæ Iuno latinæ & κλεος gloria:q̃si Iunone ꝑsequẽte magnã sit gloriã adeptus. Aut Diome. fabulas:& q̃ de Diom. & sociis eis narrant̃:nã Diomedes Tidei & Deiphiles filius Aetoliæ rex:quum bello troiano Venerẽ transfixa manu uulnerasse conantẽ Aeneæ filio suo auxiliũ ferre:id passus est incõmodi ut Venus inultionẽ sui furorẽ libidinis Aegiale uxori eius ĩmiserit. Quæ correpta amore Stheneli cuiusdã calamistrati:quẽ Diom. doni tanq̃ bonorum suorum gubernatorẽ reliq̃rat:cũ eo cõcubuit:& ab eo adiuta maritũ e bello troiano redeuntẽ:nõ admisit:ille uero seu ab uxore fugatus:siue pudore uxoris adulteratæ in italiam nauigauit ad Daunum regem Appuliæ:ubi Arpos & Beneuentũ cõdidit. Mox eũ ferunt in ĩsulas cõtra italiã nauigasse:ibiq; nunq̃ uisum:socios in fluctibus submersos:in aues esse a pallade cõuersos:quæ Diomedeæ dicuntur. De qbus Pli. Oui. & Soli. ¶ Aut mugitũ laby.i. fabulã uulgatã de Theseo:de quo multa Diodo. in. v. & Plutar. in eius uita. Quæ fabula ita se habet. Androgeus Minois filius:quum Athenas cõsensu oium Atheniensiũ concessisset:regnante Aegeo:superaretq; Athletas oẽs:in amicitiam uenit filiorum Pallantis. At Aegeus ueritus:ne aliquãdo a Pallantis filiis pp amicitiam Androgei:auxilio Minois:pelleretur regno: Androgeum positis ĩsidiis proficiscentẽ Thebas obtruncat:minos:accepta iniuria:bellũ Atheniẽsibus indixit. Supatis ĩpetrauit:ut septẽ pueros totidẽq; uirgines singulis annis Minotauro quoad uiueret:uorãdos mitterẽt: ĩter hos quũ Theseus mitteret̃:p̃cepit Aegeus gubernatori:si Minotaurum superaret filius:ut albis uelis domũ rediret:nigris si perisset. Theseũ in Cretã delatũ Ariadne Minois filia eius:pulchritudine capta:occidendi Minotauri rõnẽ:Labyrinthiq; egressum docuit. Mugitũ igit̃ intellige Minotauri:q in labyrintho Cretensi custodiebat̃:quiq; a Theseo fuit interfectus:erat enim biformi specie. ¶ Labyrinthi:Labyrinthus ædificii genus fuit:quod itinerũ ambages:occursusq;:ac recursus inexplicabiles continebat:crebris iditis foribus: ad fallendos occursus:redeundũq; in errores eosdem. Labyrinthos quattuor docet fuisse Pli. Primũ in Aegypto. Hincq; tradũt Dedalum sumpsisse exemplar eius Labyrinthi:quem fecit ĩ Creta. Sed centesimã tantum portionẽ eius imitatum. Secundus hic fuit ab Aegyptio Labyrinthus. Tertius in Lẽno. Quartus in Italia oẽs lapide polito fornicibus tecti. ¶ Et mare percussum puero:hoc est fabulam conficta de Icaro & Dedalo eius patre. Dedalus. n. Atheniensis fuit (ut scri. Diodo.) Mitionis filius:præclarus architectus:qui a patria fugit:dãnatus ab Aeropagitis ab huiusmodi cædem. Talus enim sororis filius:quum ab eo erudiretur:ingenii acumine rotam primũ figularem adinuenit. Mox cum serpentis maxillam inuenisset:secuissetq; modicum ligni:imitatus serpẽtis dentium spissitudinem:serram ferream excogitauit. Inuenit præterea tornum. Quum igitur pluribus in rebus hoibus ꝓfuisset:& proinde celebris eius esset apud oẽs fama:ab Dædalo:inuidia urgente:interemptus est:quasi ei turpe esset gloria uinci ab adolescẽte. Dãnationẽ igitur fugiens in Cretam uenit. Minoi ob artem fuit gratus. Labyrinthũ eni autore Plinio ei (ut diximus) extruxit. Sed quum Pasiphae Minois uxor tauri pulcherrimi amore deperiret:ei Dædali arte supposita in boue lignea ĩclusa:decantatum fabulis Minotaurũ genuit. Fertur Minos iratus:quum eum ad supplicium quæreret:nec is ĩueniretur:præmia ĩueniẽtibus proposuisse. Dædalus desperata nauigatione:alas sibi a pasiphae abscõditus fabricauit:& Icaro filio suo. Sed quum Icarus altius iter:ut adolescens peteret:liquefacta calore solis cæra:laxatisq; alarum compagibus ĩ mare decidit. Pater uero in Siciliã ad regem Crocalum delatus est. Percussum igitur mare puero subaudi Icaro: a quo postea Icarium mare denoĩatum constat. ¶ Fabrũq; uo. Dædalũ. Sed hæc oĩa fabulosa sũt. Historia aũt hoc hẽt. Vela Icarũ:& malũ:antẽnãq; Dædalũ inuenisse & ꝑinde flictũ eos uolasse supra mare. Dædalus item autore. Pli. dicitur ĩuenisse fabricam materiariã:& in ea serrã. Asciã. Perpendiculũ. Terebrã. Glutinũ. Ichthiocollam.

Prouincia | Venusia

Prima salutantes atq; altera conterit hora
Exercet raucos tertia causidicos
In quintam varios extendit Roma labores
Sexta quies lassis septima finis erit
Sufficit in nonam nitidis octava palestris

Imperat extructos frangi nona thoros
Mart.

Quum leno accipiat: Foedá sui tpis auaricia notat: quo multi mariti pecuniae cupiditate ducti: uxores suas ab aliis tractari pmittebát: idé edocti dissimulare turpitudinis cóscientiá: suspiciédo. s. lacunaria: aut stertédo quú moechus ingrediebat. idé et ab Oratio notat. Sed iussa corá nó sine cóscio. Surgit marito: seu uocat institor: seu nauis hispaniae magister. Dedecorū pciosus emptor. i. q magno praecio emit adulteria. Sensus est. Ergo haec ego magis fabulaméta secter: quú mihi ad rephendendú tam multa obscoena occurrant: ut maritus uxoris suae pudicitiá uendat. Leno accipiat: Domitianus (autore Tranqllo) probrosis foeminis lecticarum usum ademit: iusq capiédi legata hereditatesq:

Quum leno accipiat moechi bona: si capiendi
Ius nullum uxori: doctus spectare lacunar.
Doctus & ad calicem uigilanti stertere naso.
Quum fas esse putet: curam sperare cohortis:
Qui bona donauit praesepibus: & caret omni
Maiorum censu: dum peruolat axe citato
Flaminiam puer automedon: nam lora tenebat
Ipse lacernatae quum se iactaret amicae.

ná multi adulteri plaerunq: pteritis liberis: bona sua relinqbát moechis suis. Sed quú postea p legé Domitiani moechae adulterorú suorú bona cape nó possent: ea bona maritis: q tanq uxorū suarū lenones erát: relinquebant. Ait ergo Iuue. inuentae legi inuentá fraudé. Leno. i. ipse maritus: q dissimulato uxoris adulterio eá tractari ab adulterio pmittit. Ná leno autore Vlpiano is dr: qui mulieres qstuarias pstituit: & is q alterius negociationis noíe hoc genus uitae exercet: utputa: si qs cauponá exercés: in ea corpora qstuaria héat: ut multi solét sub ptextu istruméti cauponii prostitutas mulieres hére. Si capiédi. i. qa ius capiédi legata & hrditates sublatú é uxoribus lege Domitiani. Lacunar: Appellatióe lacunaris & laqaris (ná utrúq accipimus in eadé significatióe) itelligimus tabulata pensilia coenationú: reliquorúq aedificiorū. Sene. li. xiiii. epi. Nec i húc usum pinus aut abies deferebat lógo uehiculorū ordine: uicis irremétibus: ut ex illa lacunaria auro grauia penderét. Idé in eadé. Hodie utrú tádé sapientioré putas: q uersatilia coenationú laquearia ita coagmentát: ut subíde alia facies: atq alia succedat: & totiés tecta: quotiens fercula mutent. Stertere: Dria est iter stertere & dormire: ut qcunq stertit dormiat: sed nó oís: q dormit stertat: est. n. stertere dormiendo strepitú per nares emittere. Naso uigiláti: qa reuera non dormiat: sed somnú simulet. Quú fas esse putet: Corneliú Fuscú designare uidet: q puer aurigae officiú pstiterit Neroni. Ná id in gratiá eius: qui eodé aurigádi studio tenebat: multi ex nobilibus faciebant. Putabat eni Nero pudore aurigatióis suae tolli posse: caeterorū nobiliú multitudine aurigantiú: téporibus postea Domitiani cohortú ptorianarū pfectus: bellú gessit aduersus Dacos: ubi occubuit. Vnde alibi. Et qui uulturibus seruabat uiscera Dacis. Fuscus marmorea meditatus plia uilla. Nobilé fuisse Fuscú ostendit tacitus his uerbis. Procurator aderat Cornelius Fuscus ingés aetate: clarus natalibus: post Neronis tpa: senatorio ordine deposito: se in ociú qetis cupiditate cótulit. Sicq poeta Fuscú notat nó sine súma indignatione: q quú foedá egerit adolescentiá: audeat: postea dignitatibus & honoribus se dignú putare: q si poeta innuat: hoies tantú uitiosos ad honores puehi & sublimari. Ná (ut dixius) Fuscus pfecturá cohortú ptorianarū adeptus est: quú indignus uideri posset iá foedata adolescentia aurigatione. Alii ét sút cómentatores: q nó de Fusco: sed de Tigillino intelligendú putent q Neroni gratissimus fuit: & pfectus cohortis ptorianae: is aetaté suam impudice & libidinosam aegit. De quo sic scri. tacitus. Ophonius Tigillinus: obscuris parentibus: foeda pueritia: ipudica senecta: pfecturá uigilú & ptorii: & alia pmia uirtutú: quae uel ocius erat uitiis adeptus: crudelitaté mox: deinde auaritiá: & uirilia scelera exercuit: corrupto ad oé facinus Nerone: qdá ignaro ausus postremo eiusdé desertor & pditor. Idé paulo inferius sic ait: Tigillinus accepto apud Sinuessanas aquas supraemae necessitatis nuncio: inter stupra cócubinarū & oscula: sectis faucibus cócidit. Idem alibi. Ne dum ille scaenicus Tigillino. s. cú pellicibus suis comitante arma contra cieret. Hinc ergo apparet Tigillinú gratissimú fuisse neroni & bona sua concubinis & pellicibus condonasse. potuit etiá in gratiá principis aurigare. Sed quú in ambiguo sit: de quo poeta potissimú itelligat. Vnusquisq si neutrú horū probabile uisum fuerit: aliqd per qd ad loci explanationem faciat: excogitet. Satis est hunc locú ex iis esse apud poetá: de qbus adhuc quaeredú sit. Cohortis: Cohors pars decima est legionis. Ná in legione decé cohortes esse debere tradunt: q de re militari scripsere. Cóstabatq equitibus & peditibus sed maiore semp peditú numero: lege Vegetiú & modestú. Praesepibus. i. eqs alédis: si ad aurigationé referras: si auté ad stupra concubinarū: psepibus expone Lupanaribus: & pellicibus ipsis. Cice. in Pisonem. Vtrú audis in psepibus: audis in stupris: audis in cibo: & uino: melius auté est raferas ad aurigationé: q bona impenderit alendis equis. Ná sequit dú puolat axe citato. Flaminiá puer Autumedon. Dú puolat: consumpsit inquit bona maiorú dum in gratiá Neronis aurigat: & aurigae officiú pstat ipsi Neroni. Qui (autore Tráquillo) Sporú suú augustarú ornamentis excultú: lecticaq uectú: & circa conuentus mercatusq graeciae: mox romae circa sigillaria comitatus est identidé exosculans. Et licet Tranqllus lectica uectú scribat: potuit tamen & curru gestari. Flaminiam. i. uiá: quá Caius Flaminius lepidi collega: deuictis liguribus ab Roma Ariminú usq strauit. Puer aut. i. ipe Fuscus auriga: siue Tigillinus: ut Autumedoné posuerit pro auriga: qui Diorei fuit filius: & auriga Achillis: unde a poetis usurpari solet p auriga. Oui. Tiphis & Autumedon dicar amoris ego. Ipse te. i. Fuscus seu Tigillinus. Quú se iactaret: hoc est cú ipse Nero p multa lasciuiae bládimenta cómittaret. Sporū: & saepe oscularet. Ná iactare se alicui: é seipsum illi dare: gerere: insinuare. Amicae lacer. i. Sporo qué ió appellat amicá lacernatá: qa quú pdite eú amaret: conatus est exectis testibus: ét in muliebré naturá trásfigurare: cú ét cú dote & flámeo p soléni: nuptiarū celeberrimo officio deductú: p uxore habuit: ergo amicá lacernatam genere foeminino poeta per cauillationem appellauit: ac si diceret amicae masculae: hoc est amicae: quae uir omnino erat. Nam lacerna uestis est uirilis: de qua antea. Tyrias humero reuocante lacernas.

Leno

Tigillinus

Cohors

Nonne libet me. cae. imple. ca. Aliam affer indignationis cám ad scribendá satyrá. Nóne inquit etiá in quadriuio: & p patulo libeat nihil scribere: q si loco minime scriptoribus cóuenienti: quú poetae secreta & secessus soleant qrere. Quú iá Regulus: q p falsa testamenta est locupletatus táto fastu uehat p urbé: ut petulátius nihil sit. Sicq poeta conquerit in pcio & honore dútaxat illos esse: q per scelera ad eximias opes peruenere: qlis fuit ipse Marcus Regulus: de quo supra diximus illic. Magni delator amici. De eo sic Plini. Iunior: Aspice Regulú: q ex paupere & tenui ad tantas opes p flagitia pcessit: ut ipse mihi dixerit: quú cósuleret: q cito sex

Nonne libet medio caeras implere capaces
Quadriuio: quum iam sexta ceruice feratur
Hinc atq inde patens: ac nuda pene cathedra.
Et multum referens de mecoenate supino
Signator falso: qui se lautum: atq beatum
Exiguis tabulis: & gemma fecerat uda.
Occurrit matrona potens: quae molle calenum
Porrectura uiro miscet sitiente rubetam.

centies sestertiú ipleturus esset: inuenisse exta duplicata: qbus portédi milies & sexcéties habiturū: & habebit: si mó: ut caepit: aliena testamenta (qd é improbissimú genus) falsis his: quorū sunt illa: dictauerit. Húc laudat Mar. Assentando: quú diues & potens esset: ut ét Plini. docet: eundem ét testamentorū captatoré ostédit oíumq bipedú neqssimú appellat. Nóne libet: nóne ipetus est: Sic alibi. Vltra Sauromatas fugere hinc libet. Caeras ca. tabellas caeratas: in qbus antiq scribere solebant. Capaces: amplas: & q multa capiant: quú & materia ampla sit. Quadriuio: Quadriuia dicunt spacia: unde quattuor uiae deflectant: sicut triuia unde tres. Quú se. hinc est oís indignatio. Sexta cer. i. Exaphoro: hoc est lectica gestata a sex seruis: qui lecticarii (ut diximus) appellabant. Hinc atq inde pa. i. cuius latus neutra ex parte sit stipatú: quú solus sit in lectica. Ná delicati erant & luxuriosi solú gestari: ut supra de Mathone causidico: aut reuera patens. i. q ab utraq parte pateret: & conspici posset. Cathedra. i. lectica: quá ét sellá appellant. Mar. lib. iiii. in Afrum salutanté. Nec ulla cathedra est. Cui nó mane feras irrequietus aue. Pene nu. pene uacua: quú in ea nemo eét pter eum. Nam & littus nudú in quo nulli sint habitatores appellamus. Papinius in syluis. Nec lra paup. Nuda tenes. i. uacua & sine aedificio. Alii át (qd oíno placet) intelligunt nudá. i. detracto uelamento: ut conspiat: nam lecticae ita se habebant: ut ab utroq latere possent aperiri. Multú re. multú deliciis mecoenaté reddés: ac si dicat mollis & delicatus: qlis fuit Mecoenas: eum eni delicatú fuisse ostédit Seneca. his uerbis. Qúo Mecoenas uixerit notius est: q ut narrari núc debeat: qúo ambulauerit: quomodo delicatus fuerit. Non Oratio eius aeq solutá est: q ipse discinctus. Item non statim haec quú legeris: hoc tibi occurret: hunc esse: qui solutis tunicis in urbe semper incesserit. Nam etiá quú absentis partibus Caesaris fungeretur: signú a discincto petebatur. Alibi. Iuue. Vestem purpuream teneris quoq mecoenatibus aptá. ab Oratio Malthinus appellat μαλθακὸσ eni mollem significat & delicatú. Demissis. Maltinus tunicis obambulat. Supino: molli & delicato. Mar. nusq delitiae superiores. i. molliores. Supinus item pro superbo & erecto ponit. Persius. Italo q honore supinus. Fregerit héinas areti aedilis iniquas: supinú etiá dicimus quú qs uersa facie ad caelú cubet. Signator: Signatores ait pedianus eos esse: q aut testamétis: aut causis se subsignabát: hi aút testes erant quos septem esse oportebat: qui testamentis signacula iponebant atq se subscribebát neq fraus fieri posset: possunt aút oés testes: ut tradit Iustinianus iperator: uno annulo signare testamétú. Falso: aduerbiú est. i. falso signator: ut sit falsarius signator. Lautú: delicatú: & diuité: ná Lauti appellant: qui in uictu delicatiora & electa sectátur: politioriq cultu domestico uiuunt. Exiguis tabulis: modicis testamétis. i. quae modico uerborum amfractu condita essent: & oía bona uni relinquerent: non adhibita multa scriptione: iuxta qd dictú est illud in Satyra. xii. Atq omnia soli. Forsan pacuuio breuiter dabit: idest paucis uerbis: quum eum relinquat haeredem ex asse. Gemma uda: idest annulo signatorio: qui saliua humectatus imprimitur cerae. Nam multi signauere gemma annulo inserta: multi & auro tantum: ut Claudii Caesaris principatu repertum. Occurrit matrona potens: Ita dictum quasi ei ambulanti occurrat matrona uenefica: uel occurrit in mentem mihi uenit: ut sit adest etiam matrona uenefica: quae reprehendenda est mihi. Et per hanc: quancunq ueneficam nónulli intelligi uolunt: quae temporibus poetae ueneficia misceret. Alii uero specialiter de Agrippina claudii uxore in qua opinione & nos sumus intelligi uolunt: quae (ut scribit Tranquillus) Claudium maritum medicato sustulit boleto post adoptatum Neronem. Nam poeta ita plaerunque de mortuis loquitur: ac si uiuerent: praesentesque essent: ut de Crispino: Mario: Prisco: Mathone causidico. Potens: utpote Claudii imperatoris uxor & mater Neronis. Nam matrona semper dicitur de nobilioribus: Suetonius in Vespasiano sic ait. Agrippinam timens potentem adhuc apud filium. Aut potens: q ut autor est Cornelius Tacitus: summam rerum ex arbitrio diu moderata fuerit. Porrectura molle calenum: idest uenenum uino inditum. Nam uenenum uino misceri temporibus Iuuenalis maxime in usu erat. Martialis. Diceris hac coelebs factus quater esset lagoena: idest ueneno lagoenae infuso. Molle: leue: & suaue. Virgilius. Tunc & mollissima uina. Calenum: uinum campanum a calibus ciuitate campaniae: de qua Virgilius libro septimo. Quique cales linquunt Tota enim campania (autore Plinio) optimi uini est feracissima. Rubetam: ueneficium ex rubeta. Raneae enim rubete (ut scribit Plinius libro octauo.) Et in terra & in humore uiuunt: plurimis refertae medicaminibus: quae deponere quottidie: & resumere pastu dicuntur: uenena tantum sibi reseruantes. Idem in undecimo. Et aqua & uinum interimit Salamandra ibi mortua: uel si omnino biberit unde potes. Item rana: quam uocant Rubetam: tantum insidiarum est uitae: dictae aút rubetae a rubis: in quibus maxime uersantur. Viro sitiente pro sitienti: ut sit casus p casu. sic Ouid. Et fas omne facit fratre marita soror: pro fratri. Et Virg. Haeret pede pes. i. pedi & alibi. Nec sospite dirum. Obtabis nato funus: pro sospiti nato.

Quadriuia

Exaphorum

Cales

rubeta

adoptato nerone agrippina medicato boleto claudium interfecit
Locusta pstantem venenum composuit quo gustato
Britannicus messaline et claudii filius statim cócidit

¶ Locusta.i.ipsa matrona tanq̃ locusta magistra.(Est.n.casus noiatiui.)Nam locusta mulier fuit ueneficii peritissima:quæ imperante Nerone uelocissimũ & præsentaneũ uenenum coxit:qđ Britannico cœnanti dedit quo gustato statim concidit. ¶ Melior:peritior cæteris. ¶ Instituit:docet. ¶ Rudes ꝓpinquas:rudes alias matronas uicinas. Alludit aũt ad historiam:Nam & Nero locustæ pro nauata opera impunitatem:prædiaq; ampla:sed & discipulos dedit. ¶ Efferre:uerbum est funebre. Terẽtius:Effertur:imus:ad sepulchrum uenimus. ¶ Nigros:propter uenenum. ¶ Per famá & populũ:Endiadis est.i.per famá populi:nã uarius solet eé populi rumor:orta ueneficii suspitione. ¶ Aude aliquid:

Instituitq; rudes melior locusta propinquas
Per famam : & populum nigros efferre maritos.
Aude aliquid breuibus gyaris:& carcere dignũ
Si uis esse aliquid:probitas laudatur: & alget.
Criminibus debent hortos:prætoria: mensas:
Argentum uetus:& stantem extra pocula caprũ.
Quem patitur dormire nurus corruptor auaræ.
Quem sponsæ turpes:& prætextatus adulter.

mira excandescentia hoc dictũ: adiuuandũq; est gestu:ut & rei indignitas:& indignatio dicẽtis exprimatur:non est inquit mirũ:si tam multa flagitia fiunt in urbe:quũ iam nullus sit in precio: nisi qui sit impẽse sceleratus:ut sit sensus. Si uis in urbe Roma in aliquo eé precio:aude aliquid dignũ carcere:aut exilio:unde Plinius iunior ad hác sententiá sic ait. In ea ciuitate:in qua iampridem non minora præmia:imo maiora nequitia & ĩprobitas:q̃ pudor & uirtus habent. sicq; poeta improbos temporis sui mores notat. ¶ Breuibus gyaris:hoc est paruis insulis:qualis é Gyarus : una ex Sporadibus : nam damnati in insulas modicas relegabantur tanquá ad pœnam grauioris exilii : unde illud in Satyra decima. Vt gyari clausus scopulis paruaque serypho. Titus (autore Tranquillo) delatores assidue in foro flagellis ac fustibus cæsos:ac nouissime traductos per amphiteatri harenam:partim subiici in seruos:ac uenire imperauit:partim in asperrima insularum aduehi. ¶ Criminibus debent hortos : dupliciter hic locus exponi potest:ut sit sensus Romani inquit debere uidentur.(ut recitauimus ex sententia Plinii)ingentia præmia improbis:& sceleratis:ut ex eo pendeat. Aude aliqd breuibus gyaris:uel sic:qđ magis placet:si inquit improbus & nefarius fueris:opes & dignitates adipisceris:nam alii scelerati:q hortos delicatos : magnifica p̃toria:& alia huiusmodi bona possident:debent ea omnia criminibus:quia adepti sunt illa per crimina & flagitia. Estq; translatio a debitore:qui creditori debet pecuniam mutuo acceptá. Sic enĩ dicimus industriæ magistri oẽm doctriná tuam debes. Et patriæ cõseruatio Ciceroni debeť. Vnde est etiá illud Plinianũ.i.vii. Versum heroicum pythio oraculo debemus:ut sit sensus. Agnoscimus beneficio oraculi pythii uersum heroicũ nos habere:& illud in octauo. Corporũ tutela pecori debeť:erit ergo sensus. Scelerati homines agnoscunt bona:quæ possidẽt:beneficio scelerũ se esse adeptos. ¶ Hortos:q ad amœnitaté tantũ & uoluptaté parantur

Horti Prætorium

uariis cõsiti arboribus:& numero tantũ pluratiuo. Hortos magnificẽtissimos habuit Mecenas in Exquiliis. Itẽ Lucullus:in qbus Messalina uxor claudii occisa fuit. Prætoria hoc loco magnifica in agris edificia ĩtelligit:unde tranqllus in Caligula:in extructione prætorioꝝ atq; uillaꝝ idem in Tito. Cuncta prætorioꝝ suoꝝ ornaméta:operibus:ac templis destinauit. Mar. Ad lapidem torquatus habet prætoria quartũ. Prætoriũ etiam appellamus imperatoris tabernaculũ in castris:unde p̃fectus p̃torii:& Cohors p̃toriana q̃ circa p̃toriũ uigilaret:atq; assideret. ¶ Mensas: citreas intelligit:quæ tantæ erant taxationis:ut tanto auro rependerenť. Marti. Accipe fœlices athlantica munera syluas. Aurea q dederit dona minora dabit: ex athlante enĩ monte mauritaniæ mittebantur:harum sumptus fœminæ:ut docet Pli. lib. xiii. uiris exprobrabant:quũ ipsis luxus margaritarũ exprobaretur a uiris:eæ præcipuo erant in præcio:quæ caudas pauonũ undatim imitarentur : unde Sene. de Tranquillitate placet mensa non uarietate macularũ conspicua. ¶ Argentum uetus.i.pocula argentea antiqs (ut ait Sene.)nominibus artificum nobilia:ea & Archetypa dicebantur αρχεοσ enim antiquum significat & τυπος formá. Plinius item scri. Subito aras celandi argenti exoleuit:sola iam uetustate censetur usq; attritis celaturis:ut ne figura quidem discerni possit. ¶ Et stantem extra pocula caprum:Nam uariæ in poculis figuræ excidebantur:maximeq; caper:quod animal sit infensum Baccho. Mar. in. xiii. Stat caper in phiala thebani uellera phrixi. Cultus ab hoc mallet uecta fuisse soror. ¶ Stantem extra.i.extantem & cælatura eminẽtem. Ouid. in meta. Sed altius extantem signis:multæq; in pondere massæ. Ingentem manibus tollit cratera duabus. ¶ Quem patitur:alia indignatio scribendæ satyræ:turpitudinem sui tẽporis notat. Duo enim repræhẽdit:& q soceri:ut libidinentur nurus suas:præcio corrumpant:& q nurus lucri cupiditate soceris suis nefando concubitu obsequantur. Alii uero(quod non placet)exponunt:q repræhẽdat soceros qui pecunia nurus corrumperent:ut pueris sui facerent copiam:quibus postea depræhensis ipsi soceri abuterẽtur. ¶ Corruptor:stuprator:nam corrumpere plerunq; accipitur pro adulterare & stuprare. Tranquillus in Cæsare. Constans opinio est plurimas & illustres fœminas corrupisse. idem in Domitiano Fratris filiam adhuc uirginem non multo post alii collocatam ultro corrupit. idem in eodem. Nec defuerunt: qui affirmarent corruptum Do-

Corrũpere

mitianum:& a Nerua successore mox suo:idest stupratum. Corrumpere item capitur: quũ aliquem præcio inducimus ad aliquid inhonestum faciendum. unde dicimus corruptum esse iudicem:corrumpere etiá dicimus:quũ aliqué a uirtute in uitia deflectimus:unde appellamus mores urbis esse corruptos.i.deprauatos:& a prioribus uestigiis obliquatos. ¶ Auaræ:q̃ magis lucro q̃ pudicitiæ cõsulat. ¶ Qué.s.poetaꝝ. ¶ Patiť dormire:silere & nõ moueri ad Satyrá scribendá. ¶ Qué sponsæ turpes:qué.s.poeta patiunť dormire: & nõ excitari ad satyrá:aliud.n.obscœnissimũ uitiũ sui tpis notat:hoc est uiros uiris nubentes:ná multi reperiebantur:qui solemni nuptiarum ritu nuberent:quod & a Nerone factũ fuisse scribit Tráquil. qui ita Doryphoro liberto:ut ipsi Sporus denupsit:uoces quoq; & eiulatus uim patientiũ uirginum imitatus. Alibi Iuue. Quadringéta

dedit Gracchus sestertia doté:& paulo infra. Quæ cá officii:qd quæris:nubit amicus: sponsas igitur turpes:intellige uiros:qui uiris nuberent. Adulter prætextatus illud etiá cõqueriť poeta:q pueri in ea ætate quæ ab oĩ turpitudine maxíe resilire debet:iam adulteria nouerint:qđ & ætate nr̃a nõ sine quadá naturæ iniuria fieri uidemus. ¶ Prætextatus.i.puer adhuc. Ná p̃texta uestis erat q̃ pueri:usq; ad q̃rtũ decimũ ætatis suæ annũ utebanť : dicta (autore Macro.) q ei purpura p̃texereť:amicitiá puerilé p̃textatá appellat Mar. Tu mihi simplicibus Manni dilectus ab annis. Et p̃textata cultus:amicitia:ut aũt prætexta utereť ætas puerilis ĩstitutum

Prætexta

Si natura negat:facit indignatio uersum
Qualemcumq; potest:quales ego:uel cluuienus.
Ex quo deucalion nymbis tollentibus æquor
Nauigio montem ascendit: sortesq; poposcit.
Paulatimq; anima caluerunt mollia saxa.
Et maribus nudas ostendit pyrrha puellas.
Quicqd agũt hoies:uotũ:timor:ira:uoluptas
Gaudia:discursus:nostri:est farrago libelli.

fuit Targnii Pris. qui deuictis Sabinis triumphũ egit:filiũq; suũ annos q̃tuordecim natũ : q hosté interfecisset:bulla aurea:& p̃texta donauit : unde hæc ingenuoꝝ pueroꝝ insigna eé cœperũt. Quũ antea instituto Tulli Hostilii tertii romanoꝝ regis p̃texta esset magistratuũ. Bulla uero gestamẽ triumphantiũ:sumpto usu ab ethruscis supatis:sed de hoc supra latius dictũ é ex auctoritate Macrobii. ¶ Si natura negat:Tá multis inqt : táq; uariis cõtaminata é ciuitas uitiis: ut si a natura negatũ sit:carmé ad ea exagitanda:ipsa tamen aĩ indignatio carminis faciendi rõnem subministret: bene aũt ait si natura negat. Ná ex sententia Democriti poetica natura magis q̃ arte cõstant:in q p̃suasione est & Cice. pro Archia:ubi ait:cæteraꝝ reꝝ studia : & doctrina & p̃ceptis:& arte cõstare:poetá natura ipsa ualere:& mẽtis uiribus excitari:& q̃si diuino quodá spiritu iflamari. Est aũt snia generalis:quá tamen sibi accõmodat:ut dicat ipsam indignationem posse uel facile unicuiq; ẽt rudi uersum subministrare. ¶ Qualẽcũq; põt.s.facere ẽt:si non sit decora elegantia. ¶ Quales ego uel cluuienus. Sensus est & ordo. ídignatio facit uersum q̃lẽcumq; põt:& talé qualé ego facio:uel Cluuienus facit. Satyrice auté meritũ suum se noiando extenuat:ut licẽtius Cluuienũ notet:ut malũ poetá sui temporis. Solẽt.n.poete breuiter & urbaniter per transitũ hoíes notare:ut alibi Lauseiá:ut mulieré bibacé & ebriosam notat. Quantũ Lauseia bibebat. Ora. Da mali. Nõ multi. Da malis meri. Bassum threicia uincat amysthide. ¶ Ex quo:Deu. Sẽsus est & ordo: Quæcũq; uitioꝝ genera ualuerũt inter mortales:ex quo genus humanũ restauratũ est a tpe Deucalionis:uotũ.s.ira. Timor & cæteri affectus sũt farrago & materia nr̃i libelli. Pollicetur se de oĩ generæ uitioꝝ esse dictuꝝ:q̃ inter mortales uiguerũt:usq; a tpibus Deucalionis. ¶ Deucalion:ascẽdit

Deucalionis & Pyrrhæ fabula

mõtes:nota est fabula carmine. Ouidi. tpibus.n. Deucalionis & pyrrhæ eius uxoris diluuiũ fuit:quo uniuersus orbis submersus est. Deucalion uero solus cũ Pyrrha in cacumẽ montis parnasi fugiens:illic tamdiu fuit:quo ad æquor descẽdit. Mox cessante diluuio in planũ descẽdentes oraculũ Themidis:de restauratiõe humani generis cõsuluerũt:acceperũtq; ossa mr̃is post terga iacẽda:sic.n.posse genus humanũ recupari. Quũ igiť diu anxii fuissent:ubi ná possent ossa mr̃is inuenire. Demũ intellexit. Deucalion:terrá matrẽ eé oium reꝝ:lapides uero ossa terræ dici. Itaq; quũ ab utrisq; lapides iacti essent post terga:q a uiro iacti sunt in uiros: qui a muliere in fœminas cõuersi sũt. Sicq; hũanũ genus é repatũ:ueritas uero alia est. Ná(ut scri. Iusti. lib. xi.) Amphit heonis athenaꝝ regis tpibus aquaꝝ illuuíes maiorem græciæ parté assumpsit:superfuere:quos refugia montiũ cœperunt:aut ad regé Thessaliæ Deucaliõé ratibus euecti sunt:a quo ꝓpterea genus humanũ cõditũ dr̃. ¶ Monté:Parna. ¶ Nymbis tol. hymbribus æquor augétibus. Nymbi sunt ꝓprie hymbres repentini:p̃cipites:& ĩprouisi:Pluuiæ uero sũt iuges. Sortes oracula Themidis. ¶ Caluerũt aĩa:scđm eos locutus est:qui igneá aíam esse dixerunt. ¶ Quicqd agunt hoíes:oẽs inquit aĩ effectus:qbus hoĩum mentes p̃turbãtur:& sic a rõne discedunt:sunt farrago & argumentũ operis nostri. ¶ Votũ:desideriũ & appetitio alicuius boni Poeta alibi. Quid tam dextro pede cõcipis ut te. Conatus nõ pœniteat:uotiq; peracti. ¶ Timor:opinio magni mali impendentis. ¶ Ira:ex philosophis qdá(ut scribit Sene. in.i.de ira)dixerunt:iram breuem insaniam esse:unde Ora. Ira breuis furor est. Alii uero(ut scri. Cice. in Tuscu.)Iram libidinem esse ulciscendi eius:q uideať læsisse iniuriá. Sene. lib. ii. de ira ita diffinit. Ira est cõcitatio animi ad ultionem uoluntatis iudicio pergentis. ¶ Voluptas:duplicẽ scimus esse uoluptaté:& honestá:& inhonestam. Honestam:quũ illam ponimus ad demonstrádam animi hilaré affectionem:ut si dicamus:ex lectione Plinii non solum fructum:sed & mirificá cœpi uoluptatem:ĩhonestam:quũ ex turpi aliqua re dicimus. nos uoluptaté sũmá cœpisse. ¶ Gaudia:scri. Sene. ad Luci. Gaudiũ nisi sapienti non contingere:est enim ut inquit animi elatio suis bonis : uiribusq; fidentis : uulgo tamen sic loquimur:ut dicamus magnum gaudiũ nos ex illius consulatu:aut ex nuptiis:aut ex partu uxoris p̃cepisse:quæ adeo non sunt gaudia:ut sæpe initia futuræ tristitiæ sint:gaudio auté iunctũ est non desinere:nec in contrariũ uerti. itaq; quũ dicit. Virg. & mala mentis gaudia:diserte qdem dicit:sed parũ proprie. Nullum enim malũ gaudiũ est uoluptatibus hoc nomen imposuit:& quod uoluit expræssit. ¶ Discursus : animi nostri uagationes:qbus ad uarias rapimur cupiditates. Nam hominũ mentes rationis oblitæ transuersæ feruntur:eaq; cupiũt & appetũt:quæ plærũq; magis nocent q̃ prosũt:potest etiam in rebus honestis:discursus existere. Discursus ergo ad animũ:non ad corpus referas:ut sit:ipsi affectus:& perturbationes animi:qbus quasi qbusdam furiis mens hois nũc huc:nũc illuc agitať:potest etiam referri ad labores matutinos salutandi potétiores:per urbé.n.discurrẽdo salutandi officiũ peragebant. Mar. lib. vii. Discursus uarios:uagũq; mane:& fastus & aue potẽtioꝝ. idé alibi. Et matutinũ portat ineptus aue:sed prior snia magis placet. ¶ Farrago:materia & argumentũ methaphoricos aũt dictũ. Ná Farrago ꝓprie est id qđ ex pluribus satis pabuli cá datur iumẽtis dicta scđm Varro. q primum in farracea segete seri cœpta:aut q ferro cæsa sit. ¶ Libelli nostri:operis nostri.

Nymbis · Pluuia · Votum · Timor · Ira · Voluptas · Gaudiũ · farrago

℣ Et quando uberior? subaudi fuit: q̃ nunc & ætate uestra? ac si dicat: nunq̃ fuere plura uitia ad reprehendendum. ℣ Vitiorũ. i. animi prauitatum. ℣ Maior sinus: methaphora sumpta a nauigantibus: quorum uela quanto maiorẽ explicãt sinũ: tanto maiorẽ uim uentorũ excipiũt. ℣ Alea quãdo: subaudi magis uexauit: uel habuit uel aliquid tale in alea sunt talus: Tessera: alueolus: & oĩa id genus: quæ in uarietatæ fortunæ cõsistant. Est. n. alea ipse casus siue euentus ludi. Plau. in Curculione. Talos poscit sibi in manũ, puocat me in aleã: ut ego ludã Ouid. de nuce. Quattuor in nucibus nõ amplius alea tota est. Mar. alea parua nuces: & nõ dánosa uf. unde & alea aliquãdo p fortuna & euẽtu ponit. Liui. Nec tã celebrẽ aleã uniuersi certaminis timens: sic etiã illud Pli. de Cic. extra oẽm aleã ingenii positus. i. extra oẽm sortẽ & euentũ ĩgenii: ut nõ possit euenire: ut qs̃q̃ sit Cicerone p̃stantior: ut sit methapho ra ab alea. i. ludis: qui oẽs sunt in fortuna & casu. Apule. i. iiii. meta. Ancipitis machinæ subiit aleã. i. fortunã & dubiũ euentũ. ℣ Neq;. n. loculis: tanta ingt studio aleæ tenent: ut in ludũ descendant nõ cũ modica pecunia: sed tota arca. Loculi. n. capsulæ sunt: & receptacula nũmoꝝ: & annuloꝝ: & id genus pciosaꝝ reꝝ. alibi. Gẽmaq; princeps Sardonycus: loculis q̃ custodit eburis. Ora. i sermonibus: ut hæres iam circum loculos & claues lætus q; ouansq; curreret. Apuleius in. iiii. me. Iubet decẽ aureos (ut ipse hẽbat) ex loculis annumerari. Fiebãt ex ebore & ligno. Mar. Hos nisi de flaua loculos ĩplere moneta. Nõ decet: argentũ uilia ligna ferãt. Ia aũt: ut modici in arca cõtinebant. ℣ Loculis: etiã alia seruari legimus: ut illud apud Pli. in. vii. Pollicẽ Pyrrhi in dextro pede: cũ reliquo corpore cremari nõ potuisse tradũt. Cõditũq; loculo in tẽplo. Loculo etiã efferri mortuos docet diuus Lucas in euangelio. Noli flere & accessit: & tetigit loculũ. i. ipsum pheretrũ. ℣ Casum tabulæ: ad dubiũ ludi euẽtũ: nam huiusmodi ludi fortunæ & casui (ut dixi mus) sunt subiecti. Casum autem a cadendo dicimus: q; in tabula iacti tali casu efficiant: aut uenerem: aut caniculam: aut aliud punctum: sicq; cadere dicitur punctum quod fortuito: non industria uenit: unde Terẽ. in Adel. Quasi quum ludas tesseris: si illud maxime: quod est opus: iactu non cadit: illud quod cadit forte: id arte: ut corrigas. i. quod euenit. Cicero lib. i. de diuinatione. Quattuor tali iacti: casu uenerem efficiunt: nõ etiã centum ueneres: si quadraginta talos ieceris casu futuros putas? Idem alibi. Dixi multa de casu: ut uenereum est. ℣ Tabulæ: lusoriæ. s. in qua iaciuntur tali fritillo: alio uocabulo ipsam tabulã alueolũ appellamus. ℣ Prælia quanta: an rixas & altercationes: quæ sæpe inter collusores oriuntur. Vnde est illud apud Tranquillum in Augusto. Nos mi Tiberi qnquatriis satis iucũde egimus. Lusimus. n. p oẽs dies: forũq; aleatoriũ calefecimus: frater tuus magnis clamoribus rẽ gessit. An assiduũ ludentiũ certamẽ: quẽadmodũ Verg. nocturnos cõcubitus p̃lia uocauit. ℣ Dispensatore armigero: existente illic armigero: hoc est seruo armigero: q officiũ p̃stat dispẽsatoris domino ludẽti. Nã armigeri serui erãt: q dominũ suũ sequẽtes scutũ: reliq̃ q; arma gerebãt. Plautus in Casina. potius q̃ illic seruo des armigero nihil atq; ĩprobo. Et paulopost eundẽ scutigerulum appellat sic. Qui (malũ) hoĩ scutigerulo dari iubet. Tranqllus in Augusto. Germanoꝝ manũ usq; ad cladẽ uatianã inter armigeros circa se habuerat. Ait nũc poeta: eum fungi officio dispẽsatoris: utpote q; ludenti domino nũmos subministret. Nã dispensator seruus erat: q æs dispensabat: curãq; habebat uniuersæ rei domesticæ: de quo illic sensit luue. Et q dispensat frãgit sibi: eũ græci Oeconomon appellant: unde ab ære dispendẽdo dictus est. Nã pecunia pendebat. unde & Stipendiũ æs: qđ dabat militibus dictũ: q; stipẽ pendebant: & sic dispendium: q; in dispendendo solet minus fieri dãnũ significat: cõtra Cõpendiũ est lucrũ: unde Dispendiosus dãnosum. Cõpendiosus lucrosum. ℣ Simplex ne furor? an nõ ingt ille censendus est: significat extra oẽs rõnis terminos qui centũ sustinet sestertia ludo aleæ pdere: & seruũ frigentẽ negligit: nec uestit? ℣ Sestertia: Sestertiũ primũ fuit q̃rta ps denarii: quo tpe qndeci decusses is ualebat: hoc é decẽ asses: fit ãt a semis & tertiũ: eo q; cõtineat ĩ se asses duos & dimidiũ tertii: dicius ẽt genere masculio sestertios. ℣ Horrẽti: frigẽti: Persi. Scis comitẽ horridum cõtẽti uilla plures extruebãt: marmoribusq; adornabãt. Villa, pprie ẽ ædificiũ erectũ ruri. Pli. Neq; fũdus uilla q̃rat: neq; uilla fũdũ. ℣ Quis fercula septẽ: ĩ luxũ ciboꝝ & lauticiã priuatã ĩsurgit. Sic Sene. Deide ad cœnas lauticias trãsferẽ: & illic cõmẽdatio ex nouitate: & sola ordinis cõmutatiõe captatur. Est ergo sensus & ordo. Quis auus fuit. i. antiquus tã luxuriosus: uel ĩ cibis: uel ædificiis: ut nũc pene oẽs sũt? ex frugalitate igit & simplicitate antiquoꝝ dãnat luxuriã: & ciboꝝ: & ædificioꝝ sui tporis. Nã frugalitas ãtiqs fuit (auctore Valerio) q̃ ris usu auersa. ℣ Cœnauit secreto? nõ conq̃rit q; ĩ ppatulo nõ cœnẽt qđ ab antiqs factitatũ ẽ: q; mos tpibus lucreto ergo in domo priuata. ℣ Septẽ fercula: uaria & diuersa ciboꝝ genera: numeꝝ posuit finitũ pro infinito. Cena cœna. Seneca detestans luxum sui temporis. Hodie utrũ tandẽ sapientiorẽ putas: qui uersatilia cœnationum laquearia ita coagmentant: ut subinde alia facies: atq; alia succedat: & totiens tecta: quotiens fercula mutentur: hoc est epulæ. Fercula ẽt appellant quæcunq; ferũtur in pompa triumphoꝝ: ludis: & sacris: unde Cic. in officiis. Cauendũ est: ne tarditatibus utamur ingressu mollioribus: ut similes pomparum ferculis esse uideamur. Tranqllus in Cæsare. põtico triũpho inter pompæ fercula triũ uerboꝝ ptulit titulũ: ueni: uidi: uici.

Et quando huberior uitiorum copia? quando
Maior auaritiæ patuit sinus? alea quando
Hos aĩos? neq; enim loculis comitantibus itur
Ad casum tabulæ: posita sed luditur arca.
Prælia quanta illic dispensatore uidebis
Armigero. simplex ne furor? sestertia centum
Perdere: & horrenti tunicam non reddere seruo?
Quis totidem erexit uillas? quis fercula septem

Loculi

Armiger

Dispensator

Stipendium

Dispendium

Cõpendium

Villa

Fercula

℣ Nunc sportula primo: Consueuerant diuites Romani: ut liberalitatẽ & munificentiam suam ostenderent: ad rectam cœnam admittere pauperes clientes: a quibus comitati fuissent. Rectam aũt cœnã intelligo: q; apud diuitem splendide & laute cœnarent. Sequit enim. Votaq; deponunt q̃q̃ longissima cœnæ: nã cũ dominis cœnare consueuerunt: unde Tranqllus in Nerone ait, publicæ cœnæ ad sportulas sunt redactæ. Sed quũ ea cõsuetudo forte fastidiosa uideretur: rectam cœnam reuocauit Nero ad sportulã. Postea uero Domitianus sportulã ad cœnam rectã: unde Mar. lib. viii. Promissa est nobis sportula: recta data est: uez; apparet: id non seruatũ mortuo Domitiano: quũ poeta hæc scripsit. Dabãtur igit obsonia plærunq; & pecuniæ ex sportula: unde Tranqllus in Domitiano ita scribit. Atq; inter spectacula muneris largissimũ epulũ septimõtiali sacroꝝ quidẽ die: senatui: equitiq; panariis: plebei sportellis: cũ obsonio: distributis. Mar. Dat Baiana mihi quadrantes sportula centũ. Cæteꝝ sportula non dabatur tantũ ex priuato: quantũ etiam ex publico uectigali clientibus & pauperibus: dabaturq; ẽt in nuptiis. Apuleius in fecunda Apologia. Quippe ita placuerat ĩ suburbana uilla potius: ut iungeremur: ne ciues denuo ad sportulas conuolarent. Quũ igitur hanc tantũ pauperes captarẽt: cõqueritur Iuue. nunc tantã esse Romanoꝝ auariciam: ut & nobiles: diuites: & magistratus: eã quoq; captare nõ pudeat: sportæ aũt: & sportellæ: & sportulæ nũmoꝝ (auctore Pediano) erãt receptacula: denominatæ a sparto herba hiberica: ex qua cõficiebant. Plautus ĩ Menechmis. Sportulã cape: atq; argentũ: eccos tris nũmos habes? Vez; sportula non tantũ pro receptaculo nũmoꝝ: quantũ etiam pro muneribus: quæ clientibus (ut diximus) darent: ponitur: ut sit cõtinens pro cõtento. ℣ Nunc: hoc tpe: hac ætate nostra auarissima. ℣ Parua: cõqueritur ĩminutam esse prioris sportulæ libertatẽ. ℣ Primo limine: Primo ædium ĩgressu. ℣ Turbæ togatæ. iquã uilliores & pauperes clientes deberent capere. Nam (ut scribit Asconius) Toga cõis habitus fuit: & marium & fœminarũ: iuxta qđ appellauit Verg. romanos gentẽ togatã. Sed postea p̃texta honestoꝝ tantũ fuit: toga uiliorum: unde pauperes clientes: ut uiles quũ ibant salutatũ: sumebãt togam. Mar. Mane uel a media nocte togatus ero. Eiusdem distichon est in Apophoretis: cui inscriptio est toga. Si matutinos facile est tibi rũpere somnos. Mẽtita ueniet sportula multa toga. ℣ Ille tamẽ: q sportulã dispartit. ℣ Faciẽ prius inspicit: Hinc apparet sportulã non oĩbus pauperibus: sed tantũ iis cõsueuisse dari: q in officio fuissent circa diuitẽ: faciẽ etiã intuetur: an ex clientibus sit: qui cũ domino salutauerit. ℣ Suppositus: subditicius: & loco alterius positus. ℣ Falso noĩe: expositio ẽ subditicii. ℣ Agnitus: ex clientibus domini. ℣ Iubet a p̃cone uocari: hinc est oĩs poetæ ĩdignatio: q; sportula nũc nobilioribus eroget: q antea dũtaxat dabat: ut diximus: pauperibus. ℣ A p̃cone: Præco is dr: q iubente magistratu: clara & elata uoce aliqd ad populũ enunciat a p̃cinendo: idẽ ẽt dicebat Curio. Mar. in epi. ii. lib. Epigrãmata curiõe nõ egẽt: ut sit epigrãmata nõ egẽt uoce aliena: quũ p seipsa se aperiãt & manifestẽt. Apul. i primo limine hoc eodẽ uocabulo utit. Nõ qdẽ curio sum: sed q ueli scire: uel cũcta: uel certe plurima: ut sit sensus. Nõ sum q; dẽ p̃co: q ueli: q; audiueri uulgare: quo more (ut dixi) clara uoce enũciat: iubẽte magistratu ad populũ. Ipsos troiugenas: satyrica ĩdignatiõe dixit ipsos: q̃si quos rei pudere deberet. ℣ Troiugenas: nobiliores: q̃si quoꝝ origo sit a troiãis: irõicos ãt dictũ. ℣ Vexãt: celebrãt & freq̃ntãt. ℣ Et ipi. q. d. & ipi: quos pudor rei absterrere deberet. ℣ Nobiscũ. s. cliẽtibus. ℣ Da p̃tori: uerba sũt dispẽsatoris. Veteres oẽm magistratũ: cui pareret exercitus p̃torẽ appellauerũt: q; p̃iret exercitui: teste Var. a quo & ĩ castris tabernaculũ ducis p̃toriũ ẽ appellatũ: & porta p̃toria in castris: q; exercitus in p̃liũ educit: qa initio p̃tores erãt: q nũc cõsules: & ii bella administrabãt. Eũ ẽt (ut tradit Liui. li. v.) p̃torẽ dixerunt: q ex p̃ibus creatus ius in urbe diceret: penes quẽ magistratũ oĩs publici: priuatiq; iuris p̃tas: ut & nouũ ius cõdere: & uetera abrogare facultas eẽt. Idq; ob magistratus honorẽ ius honorariũ ẽ uocatum: Quũ tamẽ regia illi essent ĩsignia: ut apparatu cõsulibus par uideret: lictores nõ amplius sex habuit: de quo Põpeius de origine iuris sic scribit. Prætor creatus ẽ: quũ cõsules auocarent bellis finitimis: neq; eẽt: q; iurbe ius redderet. Isq; urbanus ẽ dictus: q; in urbe ius diceret. Post aliquot deide annos: nõ sufficiente eo p̃tore: q; multa turba ẽt peregrinoꝝ ĩ ciuitatẽ ueniret: creatus ẽ & alius p̃tor: q peregrinus appellatus ẽ. Capta deide Sardinia: mox Sicilia & Hispania: deide Narbonẽsi, puincia: totidẽ p̃tores: quot, puinciæ in ditionẽ uenerãt: creati sũt. Cic. in. ii. de legibus iuris disceptator: q priuata iudicet: iudicariue iubeat: p̃tor esto: iuris ciuilis custos esto: huic p̃ãti parẽto. ℣ Tribuno: Tribunoꝝ duo extitere genera tribuni. s. plebis: & tribuni militũ. Tribuni militũ dicti sũt: q; terni ex tribus tribubus: Ramniũ: Luceꝝ: Ticiensum oli ad exercitũ mittebant. Tribunoꝝ ãt militũ officiũ ẽ: milites ĩ castris cõtinere: ad exercitationẽ, pducere: claues portaꝝ suscipe: uigilias interdũ circuire: frumẽtatiõibus cõmilitonũ itereẽse: frumẽtũ, pbare: mẽsuraꝝ fraudẽ coercere: delicta castigare: pricipiis frequẽter itereẽse: q̃relas cõmilitonũ audire: ualitudinarios ispicere: ex his ẽt erãt Tribuni: q dicebant ærarii: ab eo (ut scribit Var.) q; attributa illis erat pecunia: quã militibus redderẽt. Idq; qđ attributũ erat: dicebat æs militare. De tribunis ærariis sic Tranqllus ĩ Cæsare. Tribunos ærarios: qđ erat tertiũ. s. gẽus iudiciũ sustulit. Tribũi plebis ĩ mõte sacro a plebe creati sũt: q eã defenderẽt: quũ plebs a pribꝰ secessisset: ãno fere. xvii. post reges exactos. De tribũis multa leges apd iuris cõsultos: Liuiũ: Vegetiũ: Appianũ: Modestũ: Varro: Festũ: Geliũ: & Plu. ℣ Sed lib. pri. ẽ: uerba sũt luue. libertinũ more satyrico ridẽtis: q magistratui nõ solũ se æquet: sed ẽt p̃ponat: adiuuandũ ãt est, pnunciatiõe: libertinus ãt generaliter ẽ accipiẽdũ. i. ipsi libertini. ℣ Prior ẽ: se potiorẽ magistratu facit: seqẽ. n. prior ego adsum. Libertini dicunt (auctore Caio de statu hoium) q ex iusta seruitute manumissi sunt.

Secreto cœnauit auus? nunc sportulã primo
Limine parua sedet: turbæ rapienda togatæ.
Ille tamen faciem prius inspicit: & trepidat ne
Suppositus uenias: & falso nomine poscas.
Agnitus accipies: iubet a præcone uocari.
Ipsos troiugenas: nam uexant limen: & ipsi
Nobiscum: da prætori: da deinde tribuno.
Sed libertinus prior est: prior inquit ego adsum.

Præco

Curio

Prætor

Prætorium

Prætoria

Porta

Tribunus

Euphrates

Inauris

Cur timeam: dubitem ue locum defendere: quis
Natus ad euphrate: molles qđ in aure fenestræ
Arguerint: licet ipse negem: sed quinq; tabernæ
Quadringenta parant: qđ cofert purpura maius
Optandum: si laurenti custodit in agro
Conductas coruinus oues: ego possideo plus
Pallante: & licinis: expectent ergo tribuni.
Vincant diuitiæ: sacro nec cedat honori

℣ Defendere locum: tueri locum meum: sicq; poeta moraliter ostẽdit homines per diuitias efferri in superbiã. ℣ Natus: subaudi sim. ℣ Ad euphraten: in armenia. i. ex seruili sim conditione. Nam Euphrates fluuius est (auctore Stra.) qui ex Niphate monte armeniæ defluit in mare rubrum: prius tamen Babyloniam per mediũ diuidit: & Tygri cõiunctus Mesopotamiã facit: illinc serui multi mittebant. ℣ Molles quod in aure fenestræ. Arguerint. i. quã rẽ. sme natũ esse in Armenia: siue Cappadocia: quæ sunt cõterminæ: arguerint molles fenestræ. i. ostenderint & probauerint. i. mollia aurium foramina. Nã in oriente (ut scribit Pli. lib. xi. ca. xxxvii.) uiris aurum gestare ĩ auribus decus existimabatur. Idem in ꝓhœmio lib. xii. sic ait loquens de unionibus. Ad hoc excogitata sunt aurium uulnera: quæ aũt ad ornamenta aurium gestabantur inaures appellatæ fũt. Pli. lib. ix. cap. lv. Antonia Drusi murenæ: quã diligebat inaures addidit. Plautus ĩ pœnulo. Quia incedũt cũ annulatis auribus. Vnde & in pẽtateucho Mosæ sic scriptũ é. Dixitq; ad eos Aarõ Tollite inaures aureas de uxore: filiorũq; : & filiarũ uestrarum auribus: & afferte ad me. ℣ Licet ipe negem: ẽt si uelim ipse negare. me ex seruili cõditione esse & armenũ. ℣ Sed qnq; taberne: hinc stultam hois elationem ostendit: qui diuitiis & bonis tantum fortunæ gloriatur. Quinq; ĩquit sunt mihi tabernæ: quæ parant mihi quadrigẽta. i. quæ ex uectigali & prouentu reddunt mihi quadringenta. s. sestertia: quæ summa era cẽsus equestris: qui enim eam summam habebant inter equites romanos numerabantur Tiberii edicto: ut scribit Plinius lib. xxxiii. cap. ii. Qui constituit: ne cuius gestandi annuli aurei esset: nisi cui ingenuo: ipsi patri auoq; paterno sestertia quadringenta census fuissent: & lege Iulia theatrali i. xiiii. ordinibus sedẽdi. Romæ autem quædam ædificia quinq; tabernæ appellantur iuxta forum: eædem septem dictæ sunt. Liuius ab urbe condita lib. xxvi. Pluribus simul locis circa forum incendium ortum. Eodẽ tẽpore septem tabernæ: quæ postea quinq; & argentariæ: quæ nunc nouẽ appellantur arsere. ℣ Quid confert purpura maius? Sẽsus est. Nobilis ipse: qui ꝓ prætextam designatur. (Nã ut diximus: ex auctoritate Pediani: ꝓtexta erat honestoꝝ. i. nobiliũ: toga uilioꝝ. Et ut ostẽdit Pli. pro maiestate pueritiæ erat ꝓtexta: & curiã. i. senatores distinguebat ab eqte.) ℣ Quid cõfert? qđ affert? qđ iuenit? qđ maius optet? q qđ ego possideo: si ipse nobilis: qui per Coruinũ designat: ad paupertatẽ redigatur? ideſt qđ iuenit ipse nobilis & senator: si pauper sit: qđ maius possit sibi optare: q quod ego possideo: q si ostendat non solum se censum equestrẽ: sed ẽt senatoriũ suis opibus superare: nã quũ census equester esset: quadringentoꝝ miliũ: ut diximus: senatorius erat: auctore Tranquillo in Augusto: octingentoꝝ: quã tum summã quũ Augustus ampliasset: duo decies centies sestertiũ taxauit. Videturq; poeta alludere ad. M. Valeriũ Coruinũ: q ad centesimũ annũ uitam produxit: exactaq; iam ætate in agris: eos coluit. ℣ Purpura. i. ꝓtexta: quæ ideo ꝓtexta dicebat: q; purpura: auctore Macrobio: ꝓtexeretur. Purpura ãt piscis est ex genere concaꝝ: ex cuius faucibus liquor: ut scribit Pli. elicitur: aptus ad tingendas uestes. Murex item eiusdem generis est: & conchylium: ostrũ ẽt in eadẽ significatione accipimus. Vir. Tirioq; ardebat murice lena. Idẽ. Vt gẽma bibat: & Sarrano dormiat ostro. Iuue. Horum ego nõ fugiam conchylia: ideſt uestes purpura tinctas. ℣ Si custodit oues: si in paupertatẽ prolapsus est. Vt pascendæ sint sibi oues alienæ. ℣ In agro laurenti. Laurentum oppidum fuit prope lauinium in antiquo latio. ℣ Coruinus: nobilis: qualis fuit familia Coruinorum: quæ cognomen sumpsit a Valerio coruino: qui Consule Camillo Furii Camilli filio singulari dimicans certamine aduersus præferocem gallum eum confecit: adiuuante coruo: qui galeæ Valerii insidens: unguibus & rostro in gallũ insiliebat: ita ut parta uictoria Valerius Coruinus sit cognominatus. ℣ Pallante: pallas ex arcadia fuit: auctore Tacito: libertinæ cõditionis: quem unum & Narcissum aliũ libertum adeo dilexit Claudius: auctore Tranquillo: ut decreto quoq; senatus non præmiis modo ingentibus sed & quæstoriis: prætoriisq; ornamentis ornari libenter passus sit: tantũ præterea acquirere & rapere: ut quererente eo quondam defisci exiguitate: non absurde sit dictum: abundaturum: si a duobus libertis in consortiũ reciperetur: eum postea Nero ueneno sustulisse creditus est: q; immẽsam pecuniam longa senecta teneret. ℣ Et licinis. Licinum diuitem fuisse ostendit Persius illic. Nunc licini in campos: nunc Crassi mittit in ædes: Iuuenalis alibi. Dispositis ꝓdiues armis uigilare cohortem. Seruorũ noctu Licinus iubet atonitus. Pro electro: significq; suis: phrygiaq; columna. Eiusdem sic meminit Seneca in epistolis: ubi notat eos: qui assidue suum statum uariant. Licinum diuitiis. Apicium cœnis. Mœcenatem diuitiis prouocat. Eum unum: ut diximus apud Persiũ fuisse ex augusti Libertis principis indulgẽtia prædiuitem placet intelligere. Scribit enim Tranquillus sic. Multos libertorum in honore & usu maxime habuit: ut Licinũ: Enceladum: alioscq; Non ignoro Crassum: auctoribus Valerio & Plinio: cognomento diuitem primum omnium romanorum diuitẽ fuisse. Sed nunc de diuitibus: qui pauloante fuissent loquitur. ℣ Expectent ergo Tribuni: uerba sunt Iuuenalis indignantis. Impudentẽ & petulantem superbiam in homine seruili. ℣ Vincant diuitiæ: adiuuandum pronunciatiõe & irrisione. Nimirum inquit diuitiæ præferri debent. ℣ Honori sacro: ideſt tribuno. Nã ueteres lata lege sanxerũt: ut tribuni inuiolabiles: sacrosanctiq; haberentur: statuendo: ut qui tribunum lesisset: eius caput Ioui sacrum esset: familia ad ædem Cereris uenum iret: eum autem hominem sacrum appellauere: quem populus iudicauit ob maleficium: & qui eum occidit parricidii non damnatur. Nam lege tribunitia cauetur: si quis eum: qui sacer sit: occiderit: parricida ne sit. Si qs ergo tribunũ: ut sacrosanctum uiolasset: morte pœnas pendebat. Sacrosanctum dicebatur: auctore Festo: quod iureiurando interposito erat institutum: ut si qs uiolasset morte pœnas penderet.

Nuper: in hãc urbẽ pedibus: qui uenerat albis.
Quandoquidẽ inter nos sanctissima diuitiarũ
Maiestas: & si funesta pecunia templo
Nõdum habitas: nullas numerũ ereximus aras.
Vt collitur pax: atq; fides: uictoria: uirtus:

℣ Nuper. i. quĩ non diu uenit in urbem. Nã Nuper dicitur de longiori tempore: ut illud Liuianum in epistola. Nuper diuitiæ auariciã: & abundantis opes: desiderium per luxum atq; libidinẽ: pereundi: perdendiq; oĩa inuexere. Hoc. n. potuit esse supra cẽtum annos: ex quo luxus & libido urbẽ inuasere. De breuiore etiã tempore dicimus: ut de anno: uel mẽse: uel diebus paucis: ut si dicã Cremonæ: quæ nuper in ditionẽ Venetoꝝ uenit studia uirtutũ maxime coluẽ. Pli. M. perpẽna & nuper. L. Volusius Saturnius oĩum: quos in consulatu sua rogauerãt supstites fuerũt. Itẽ Cic. in rethoricis ad Herẽnium: & quoniã nupime dictũ facile memoriæ mãdaẽ. ℣ Pedibus albis: pedibus gypsatis & cretatis. Nã ut scribit Pli. libro. xxxv. cap. xvi. Est quoddã genus cretæ: quæ argẽtaria appellatur: nitorẽ argenteũ reddens est: & uilissima: & qua pedes uenaliũ seruoꝝ transmare aduectoꝝ denotare instituerunt maiores. Vnde Tibullus Barbara gypsatos ferre cataſta pedes. Oui. in amoribus. Nec tu si quis erit capitis mercede retentus. Despice gypsati nomẽ inane pedis. ℣ Quãdoqdem: adiuuadũ ꝓnũciatione. i. quãdoquidẽ diuites ꝓ diis ipsis habent. ℣ Maiestas sanctissima: subaudi est. i. colit: & in maxima est ueneratiõe. ℣ Maiestas: appellat secũdum Valeriũ honor sine honore magna. n. erat Catonis maiestas: etiã sine honore. i. sine dignitate aliqua. Ergo maiestas honor est: siue amplitudo: & dignitas q̃dam: per quam hoĩem ipsum in ueneratione habemus. ℣ Pecunia: uocatiuus est casus dicta a pecude: q; nota pecudis ferret: autor est Plinius. ℣ Funesta: exitiosa. Nã multis exitio est: dũ aut parat ꝑ pericula: aut custodit domi. Vnde poeta alibi. Sed plures nimia cogesta pecunia cura. Strãgulat. Vnde & Plinius ait: augẽ ad pernicie uitæ repertũ. ℣ Vt colit pax: paci tẽplum erexit magnificentissimũ Vespesianus & Titus filius. Autor est Plin. & Trãquillus: Domitianus auxit: Papinius in Syluis. Et pacẽ ꝓpria domo reponit: In eo uasa tẽpli hierosolymitani: & uniuersa donaria cõstituere. ℣ Atq; fides: Numa Põpilius fidei solẽne instituit ad id sacrarium flamines bigis: curru arcuato uehi iussit: manuq; usq; ad digitos iuoluta rẽ diuinã facere: ad quod Virg. respexisse uidet. Illic Cana fides. significãtes fidem tutandã: sedẽq; eius: etiã in dextris sacratã esse. Fides: ut scribit Cicero in partitionibus: est firma opinio. Vnde dicimus fidẽ christianam. i. firmã opinionẽ de xpo: fides itẽ est fida mãdatorum executio: fidẽ etiam dicimus: quũ corde ea credimus: quæ oculis nõ cernimus. dicta ut idẽ Cic. est autor in officiis a fio: quod id fieri debeat: q̃ ꝓmissum est. Tẽplũ fidei fuisse in capitolio ostẽdit Cic. in. iii. officioꝝ his uerbis. Qui igit iusiurandũ uiolat: is fidem uiolat: quã in capitolio uicinã Iouis optimi maximi: ut in Catonis oratione est: maiores nri esse uoluerũt. ℣ Victoria: Tẽplum in honore uictoriæ extructũ fuisse ab Arcadibus in colle auẽtino docet Dionysius in primo lib. a qbus & sacrificia eidẽ sunt cõstituta. Eã. n. filiam. ℣ Virtus: uirtuti & honori. M. Marcellus tẽplum cõdidit: autor est Plutarchus: Valerius: & Liui. ℣ Cõcordia. Nonnulli in hac ꝑsuasione fuerũt. Cõcordiã sub imagine Ciconiæ coli: Inter quos fuit Georgius Merula præceptor meus uir erudẽtissimus: q; in Cõmentariis suis sic scriptũ reliqt. Ciconia auis est: quæ ut Diuus Ambrosius scribit Romano usu pia uocat: ob hãc uidelicet causam: q; ciconiaꝝ pulli parẽtibus iã senio cõfectis: & lõga ætate invalidis: & opem & alimẽta ministrant in mutuã recõpensationem. Nam & græci antipelargosin retributionem appellãt deducto uocabulo a ciconia: quã illi pelargõ dicũt. Prouerbiũ græcum est: antipelargin ꝓ referre gratiã. Vnde in regũ scæptris superne ciconiã figurabant: inferne uero hippopotamũ: quippe significantes uim iustitiæ parere: quando hippopotamus animal sit uiolentissimũ: Ciconiã aũt esse auem piã his uerbis indicat petronius Satyricus. Ciconia etiã grata: peregrina: hospita: pietatis cultrix: quod & Solinus cõfirmat his uerbis. Eximia illis inest pietas. Etenim quantũ temporis ipenderit fœtibus educandis: tantũ & ipsæ a pullis suis inuicẽ alunt. Angelus uero Politianus in miscelãcis suis scribit: Cornicem eã esse: qua concordiæ effigies repræsentaret: cuius uerba hæc sunt Cornices inqt Helianus græcus scriptor: q libro de aĩalibus tertio de hac aue scribit inter se fidissime sunt: & quũ societatem inierit: maximo se opere diligũt. Neq; id genus aĩalia uideat quisquã licenter miseri: & temere: qn hoc quoq; dictitant: q res istiusmodi callent: altera extincta cõparẽ uiduam degere. Cæteꝝ id quoq; audio ueteres in nuptiis: post hymeneũ cornicẽ inuocare: signumq; id concordiæ dari iis consuesse: qui liberoꝝ quærendoꝝ gratia cõuenissent: tum qui sedes auiũ: & uolatus obseruant: inauspicatũ esse captantibus auguria: dicũt unius tantũ cornicis obsequm. Sic ille: additq; sed in numismatis aureis duobus Faustinæ augustæ manifestã prorsus imagũculam nup mihi Laurẽtius medices ostẽdit cũ titulo ipso cõcordiæ: non possem huic opinioni nõ suffragari: nisi id obstaret: q; cornix rostro nõ crepitat qđ facit ciconia. Nam ut scribit Plinius fuere: qui ciconiis liguas nõ esse cõfirmarent. Vnde rostro tantũ crepitãt. Solinus Pliniũ secutus sic scribit: Aues istas ferũt ligũas non habere: sonũ aũt quo crepitant: oris potius q uocis esse. Vnde Ouidius in metamor. Ipsa sibi plaudat crepitãte ciconia rostro: qd de hac istoria sentiendũ sit alii diiudicẽt. ego adhuc quærendũ censeo. Cõcordiæ aũt ædem a diuersis Romanoꝝ extructã fuisse constat: eam. n. uouit Camillus: ut scribit Plutarchus in uita eius: his uerbis. Postridie aũt cõgregati decreta tulere: ut cõcordiæ: quẽadmodũ Camillus nouerat: in foro & in cõcione ingẽs: pro rebus bene gestis tẽplum moliret. De quo Oui. prio fastoꝝ. Cãdida te niueo posuit lux ꝓxima tẽplo. Qua fert sublimes alta moneta gradus. & paulo ifra. Furius antiquũ populi supator etrusci. Vouerat & uoti fecerat ille fidẽ. Postea uero Gn. ille Flauius scriba Appii Cæci Annio libertino patre genitus: q dies fastos publicauit: æreã facit in græco stasi: q tũc supra comitiũ erat. Inciditq; in tabula ærea eã ædẽ. ccciiii. ãnis post capitoliã dedicatã. Hæc Pli. li. xxxiii. ex qua apparet ædẽ illam concordiæ capitoliã fuisse eam: quã iuxta templũ Iunonis monete: ut dictũ est: testimonio Ouidii Camillus uouerat. Tertium templum concordie Tiberius dedicauit: autor est Tranquillus.

¶ Salutato nido: quũ ad nidum uolat: strepit enim rostro: uideturq; aduenientes pullos salutare. ¶ Sed quũ summus honor: Auariciã sui tẽporis taxat. Sensus enim est. Si diuites inquit & magistratus: qui sportulam capta uere: finito anno: cõputãt quãtũ lucri sibi attulerit sportulæ ratio: qd facient comites. q. d. in hoc comites magis occupati esse debebunt: utpote: quibus tota uita inde pẽdeat. ¶ Súmus honor: prætor tribunus: pp illud: da prætori: da deinde tribuno. ¶ Computet: dinumeret: & subducat. ¶ Quid referat: quid emolumenti afferat. ¶ Comites: clientes & togati. Nã ut diximus comites ii dicuntur secundũ Labeonẽ: q frequentandi cuiuscũq; causa: ut sequerentur destinati sunt. ¶ Hinc: ex ratione sportulæ. ¶ Toga est & calceus: ex sportula enim omnia sibi coemebant: quæ & ad uictum: & cultum pertinerent. Vnde Marti. lib. iii. Sportula nulla datur: gratis cõuiua recumbis. Dic mihi quid romæ Gargilianæ facis? Vnde tibi toga est? & fuscæ pensio cellæ: Vnde datur quadrans: unde uir es chiones. ¶ Fumusq; domi: satyrice fumũ dixit ligna uiridia: ex quibus magna uis exit fumi: nam talia pauperi emenda sunt. ¶ Densissima lectica: nouam captandæ sportulæ notat arte multi enim mariti collocatas in lecticis uxores suas: aut languidas: aut prægnantes circunducebãt multi etiam lecticas uacuas simulantes in iis esse coniuges ægrotas: eoq; modo sportulam captabant. ¶ Densissima: idest frequens lectica: ut ostẽdat id fieri a multis: non ãt multis stipata. ¶ Centum quadrantes. i. sportulam ipsam ex qua: ut diximus: dabãtur iterdum nummi. Martialis Dat Baiana mihi quadrantes sportula centum. Interdum obsonia: ut diximus ex testimonio tranqlli.

Quæq; salutato crepitat concordia nido.
Sed quum summus honor finito computet anno
Sportula qd referat: quantũ rationibus addat.
Quid faciẽt comites: qbus hic toga: calceus hic ẽ.
Et panis: fumusq; domi: densissima centum
Quadrantes lectica petit: sequiturq; maritum
Languida: uel prægnans: & circunducitur uxor.
Hic petit absenti nota iam callidus arte.
Ostendens uacuam: & clausam p cõiuge sellam.
Galla mea est inquit: citius dimitte: moraris.
Proser galla caput: noli uexare: quiescit.
Ipse dies pulchro distinguitur ordine rerum.
Sportula: deinde forum: iurisq; peritus apollo.
Atq; triumphales: inter quas ausus habere

¶ Sequiturq; maritum. s. existens in lectica. ¶ Maritum: pedibus præcedentem. ¶ Hic: alius. ¶ Absenti: uxori. ¶ Arte nota: fraude iam omnibus manifesta. ¶ Sellam: lecticam Tranquillus in Nerone. Interdiu quoq; clam gestatoria sella delatus in theatrum. Idem in othone. Tũc abditus propere muliebri sella in castra contendit: ac deficientibus lecticariis laxato calceo restitit. Nam instar: ut diximus: cubiculi erat: ut alibi. Nãq; facit somnum clausa lectica fenestra. Trãquillus in Augusto A cœna in lecticulam se lucubratoriam recipiebat. ¶ Inqt: scilicet maritus. ¶ Galla mea est: scilicet uxor. Galla item est arbor glandifera. Galla etiam instrumentũ est sutorium: cuius ita meminit sutor quidam apud Macrobium: quum interrogaretur: quo artificio se tueretur: urbane respondit. Gallam subigo. Galla item nominatus est pater Masinissæ regis Massiliorum. ¶ Citius dimitte: uerba mariti: ut cito dimittatur erogata sportula. ¶ Moraris: idest si moraris ad dandam sportulam: ait citius dimitte nos: uel moraris: cum interrogatione: & leni increpatione: ut sit maritus: qui leniter increpet dispensatorem q; nimis cunctetur ad dandam sportulam. ¶ Profer Galla caput: uerba dispensatoris uolentis uidere an sit intus galla. ¶ Noli uexare: dicit maritus: noli uexare: noli inquietare: dormit enim lassa. ¶ Ipse dies: ignauiam pariter & auariciam diuitum romanorum carpit: qui hoc modo diem consumerent: ut clientibus semper comitantibus primo sportulam captarent: mox in forum: ut ociosi trãsirent. Vbi statua fuit apollinis eborea: unde sequitur: iurisq; peritus Apollo. Et statue omnium triumphales: quæ per multum ocium uiserentur: ut per Apollinem & statuas triumphales solum forũ intelligas Augusti: in quo omnia hæc erant. Sicque per summam indignationem diuitum: ut diximus: notat auariciam: qui circumductis per uaria urbis loca clientibus: tam ingrati sint: ut ne quidem eos in cœnam: quã sumimis uotis: sperauerant: inuitent: sed eos omni spe cœne destitutos a se mittant. ¶ Distinguitur: diuiditur. ¶ Pulchro ordine: ironicos. ¶ Sportula: scilicet petitur. ¶ Deinde forum: scilicet Augusti: quod is inter publica & plurima opera extruxit cum æde martis ultoris. Fori extruendi causa fuit homini & iudiciorum multitudo: quæ uidebatur non sufficientibus duobus: etiam tertio indigere. Itaque festinantius necdum perfecta. Martis æde publicatum est: cautumq; ut separatim in eo publica iudicia: & sortiones iudicum fierent. Hæc Suetonius. ¶ Iurisque peritus Apollo: forum ipsum Augusti: ut dixi: intelligit. Nam ibi statua apollinis eborea fuit: ut docet Plinius libro septimo capitulo. liii. Vnde facete poeta peritum iuris Apollinem nominauit: quasi qui assidue lites audiendo: iuris factus esset peritus. Non placet ut intelligas de templo Apollinis: quod extructum fuit autore Tranquillo in ea parte paratii: quæ a fulmine disiecta fuerat. Vbi colossus erat Apollinis æreus quinquaginta pedum in bibliotheca templi: se de foro: ut diximus: Augusti: ibi enim: & non in templo Apollinis iura reddebantur. Et illic erat statua: ut dictum est: Apollinis eburnea: ita ut uideretur potuisse iura ciuilia discere. Ad quod etiam respexit Oratius loquens de Bolano garrulo tracto in ius. Sic me seruauit Apollo: idest iudices sedentes in foro Augusti. ¶ Atque triumphales: scilicet imagines petuntur: ac per hoc ipsum forum Augusti. Nam ibi autore Tranquillo statuas omnium triumphali effigie: in utraq; fori sui porticu dedicauit. Legimus tamẽ & in aliis foris ante Augustum statuas poni solitas: unde Scipio Nasica: autore Plinio: statuas: quas sibi quisq; per ambitionem in foro ponebat: sustulit. ¶ Inter quas: indignatur poeta: q; inter statuas triumphales: quæ non solum in foro: sed etiam passim per totam urbem erectæ erant Crispinus ægyptius: & conditionis libertinæ statuã triũphalẽ habuerit. Nã de Crispino intelligere oino uidet: quũ sequat ægyptius atq; arabarches.

¶ Nescio quis: satis contumeliose dictum nescio quis: quasi uilis & ignobilis. ¶ Aegyptius aut arabarches: bene aũt dixit ægyptius: aut arabarches. Nã ægyptus & arabia conterminæ sunt: ita ut poeta uideatur nescire recte discernere patriã eius: dictũq; est cũ conteptu patriæ. q. d. undecũq; fuerit patria ei fuit barbara: & ipse uir barbarus. ¶ Arabarches: arabũ princeps: risorie dictũ: aut princeps arabũ: hoc ẽ seruoꝝ: q esſent romæ ex arabia. ¶ Titulos: imagines cũ titulis: & iscriptionibus suis. ¶ Nõ tantũ meiere fas ẽ: hinc maxie apparet poetæ indignatio: est. n. sensus Adeo inqt statua illa crispini cõtẽnẽda est: ut nõ solũ urina respergẽda sit: sed ẽt spurcori re. Tali. n. nota affici solẽt: quæ maxime contemnuntur. unde Tarentini alteꝝ ex legatis romanorũ urina resperserũt. Nero itẽ: autore Tranqllo: in ludibriũ religionis: Deã Syriam urina: cõtaminauit. ¶ Meiere: dicimus & meiere & mingere. Persi. extra meite. Discedo: Iuuenalis: & fusco iam micturiẽte a mingo Orati. ueniant mictũ atq; cacatũ. ¶ Vestibulis: a domo diuitis recedunt: quos comitati sunt p multos labores: hincq; est oĩs poetæ indignatio. Vestibulũ aũt quid fuerit docet sic Gellius in noctibus atticis. Qui domos amplas antiqtus faciebant: locum ante ianuam relinquebant: q inter fores domus & uiã medius esset. In eo loco: q dominũ eius domus salutatum uenerant priusq; admitterentur: consistebant: & neq; in uia stabant: neq; intra ædes erant. Ab illa grandis loci consistione: & quasi quãdam stabulatione uestibula appellata sũt spatia grãdia ante fores ædiũ relicta: in qbus starent: q uenissent: priusq; in domũ intromitterent: ut ne i cõpositiõe ualde significet. Vt illud Ora. Ve pallida lecto desilit: at mulier. Et apud Varronẽ in re rustica. Qd quæ postea concipiunt fiũt uegrãdes: atq; ibecillæ Persi. Vt ramale uetus uegrãdi subere coctũ: alii uero a uestiendo dictũ putant uestibulũ: q primas partes ædiũ uestiat uel a uesta dea: cui oĩs ædiũ itroitus sit consecratus: de uestibulis ẽt sic meminit Vitruuius in. vi. Cõia aũt sunt qbus ẽt inuocati suo iure de populo possũt uenire Vir. Vestibulum ante ipm: primoq; in limine pyrrhus. ¶ Lassi: lõga erratione dũ cõmittant diuitem. ¶ Clientes: dicũtur q̃si collentes: q patricios colant: a qbus defenduntur: patroni aũt dicti q̃si patres. Clientelas & patrocinia istituit Romulus. ¶ Veteres: hinc conquerit maxime Iuue. q; in ueteri clientẽ: & familiarẽ sint tam ingrati. ¶ Deponunt: abiiciunt. ¶ Cœnæ. s. rectæ. ¶ Quãq; longissima. i. quæ sibi in aĩo diu aluerunt. ¶ Spes hoĩum: Acclamatio poetæ in miseriã clientũ: q diu sperauerãt: se apud diuitẽ cœnaturos. ¶ Caules: caulẽ accipimus sæpenumero p Brassica: sed generale ẽ uocabulũ: significat. n. scapũ ipm in herbis & leguminibus: dicimus. n. caulẽ cicoris: caulẽ fabæ: & caulẽ betæ. i. scapũ ciceris: fabæ: & betæ. ¶ Interea: dũ pauperes clientes infœliciter cœnãt domi suæ. ¶ Optima syl. i sordidã gulã romanoꝝ ifurgit: qui opiparas sibi solis cœnas pararẽt: nullo prorsus adhibito: nec cliente: nec parasito. ¶ Vorabit: in dignatiõe satyrica dictũ: q̃si magnus: Helluo. ¶ Rex horum: rex alias regnatorẽ: alias diuitẽ significat: alias nomen habet: ut hoc loco ad aliqd dictum: ad significandos clientes q æque ac parasiti dominũ sequunt: ut cœnent. Nã sicut parasitus est regis: & libertus patroni: ita rex est parasiti: & patronus liberti. Vnde Teren. Nemo pro merito gratiã regi refert. Parasitus apud Plautum in captiuis ita loqtur. Nam posteã meus est rex potitus hostium appellat eni parasitus philopolemũ regem suum: apud quem sæpe cœnabat Teren. alibi: regem pro diuite posuit. Regem me esse oportuit. i. diuitem. ¶ Vacuis thoris: lectis discubitoriis. Nam ãtiq tribus stratis lectis epulabãtur. Ora. Sæpe tribus uideas lectis cœnare quaternos. Teren. Dedit lectulos pedibus iligneis faciendos: ubi poteris uos. Mar. Imperat extructos frãgere noua thoros. ¶ Vacuis: qa solus cœnat: ut sordidus. ¶ Nam de tot pulchris: hoc dictum est ĩ profundam gulam: & luxuriam ciborũ: est eni sensus tã laute: tantoq; ipendio epulant diuites romani: ut una cœna absumãt patrimonia. Vnde Sene. ideteſtationẽ gulæ sic clamat. Nunc cõiuioꝝ uigebit furor & fœdissimũ patrimoniorum exitiũ culina. ¶ Vna mẽsa: una cœna. ¶ Orbibus latis: mensis citreis orbiculatis: de qbus supra illic. Prætoria mensas. ¶ Antiqs. i. quæ fuissent multorum per successionem dominoꝝ. unde Sene. Placet mẽsa nõ uarietate masculaꝝ conspicua: nec p multas elegantiũ dominoꝝ succesiões ciuitati nota. ¶ Nullus iã parasitus erit: Ita inqt diuitum auaritia doleuit: ut soli tantũ cœnẽt: & laute & delicate: neq; ullo adhibito parasito: q sæpe iocũ causa a diuitibus ĩ cœnã admittebat: fit aũt parasitus ἀπαρὰ quod est iuxta & σῖτον cibus est. n. is qui nobiles: & potẽtes sectat gratia gulæ: paratusq; ad oĩa assentari: unde apud Terẽ. de gnatone parasito. Quicqd dicunt laudo. Si negãt nego: aiunt aio. Inde est parasitor uerbũ. Plau. in Amphytrione. Amãti parasitor hortor: asto: admoneo: gaudeo. Et ante supparasitabor pri. ¶ Sed qs ferat istas? Nõ cessat conqueri poeta: diuites romanos auaros pariter eẽ: & luxuriosos: auari inqt sunt pauperibus clientibus: qbus nihil dant: luxuriosi uero sibi: q tam delicatis: tanq; pciosis epulis saginant: monet aũt poeta nihil magis eẽ uitandũ q̃ istã luxuriæ: & sordiũ turpẽ societatẽ. ¶ Sordes: auariciã: quũ nihil dant clientibus. Sordidi appellant auari. Sũpta metaphora a sordibus uestiũ: q nõ minus hoĩum uita auaritiæ morbo cõmaculetur q̃ uestimẽta maculis & sordibus. Nã sordes, pprie opponunt mundiciis: & lauticiæ. unde Teren. Harũ uidere in gluuiẽ: sordes: & inopiã: salus est adolescentulis: unde ẽt sordere apud ueteres usurpatũ est: p sordidũ eẽ. Actius in ægystho. Cuius manus materno sordet sanguĩe sparso. Sordere ẽt capit, p eo: qd ẽ putere: & male olere: ut illud Virg. Sordẽt tibi munera nostra. i. tibi putent: & sordida uident. i. fœda & imũda: poni aũt sordidos p auaris docet sic Cice. ad Aciliũ.

Crudū incocti cibus crudus et homo crudus q̄ nō concoxit
unde cruditas uentris

Propter: quosdā sordidos hoīes: qui beneficia Cæsaris uendunt. Ora. Sordidus a tenui distabit uictus osella. & Alibi. Sordidus ac diues populi contēnere uoces. Luxuriæ: tantæ lauticiæ & tanti apparatus: quū uentrem suū præciosis: & multiiugis cibis optimet. Quāta est gula: acclamatio in derisionē gulæ: q̄si diues nō possit sibi uentre īplere: quū oīno modicæ rei sit capax: nisi integrū aprum sibi apponat. Seruilius Rullus: ut scri. Pli. lib. viii. pr̄ eius Rulli: q in Cice. cōsulatu legē agrariā ꝓmulgauit primus Romanoꝝ solidū aprū epulis apposuit. Totos īegros: Tiberius tamen: autore Tranqllo: ut ꝑsimoniā publicā exemplo quoqꝫ iuuaret: dimidiatū aprum apposuit. Aīal ꝓ. con. na. ueluti acclamatio ī detestationē gulæ: quo uno uitio nihil putat hoī turpius: & iō multo carmine id īsectaē: q̄si inqt aper ob nullā aliā sit natus rē: q̄ ut delicata de se præbeat pulpamenta. Videē ad id respexisse: quod scribit Varro. in. ii. de rustica. Suillum pecus donatum a natura dicunt ad epulandum. Natum: quasi ad hoc spāliter genitum & inuentū Orati. Natis in usum leticiæ scyphis: pugnare thracū est. Pœna tamen ꝑsens: quasi punitionē desideret poeta tātæ gulæ: sed pœna inqt ab eis non abest: nā ex nimia repletione cōtrahunt morbos: qbus ēt moriunē. Tale ēt est dictū apud Pli. loquentē de ebrietate. Hic pallor & genæ pēdulæ: oculoꝝ ulcera: tremulæ manus effundentes plena uasa. Et q̄ sit pœna ꝑsens: furiales somni: & inqes nocturna Sene. ad Luciliū Multos morbos multa fercula fecerunt.

Ponit apros: animal propter conuiuia natum.
Pena tamen presens: cum tu deponis amictum
Turgidus: & crudum pauone ī balnea portas.
Hinc subitæ mortes: atqꝫ intestata senectus.
It noua: nec tristis per cunctas fabula cœnas
Ducitur iratis plaudendum funus amicis.
Nil erit ulterius: quod nostris moribus addat
Posteritas: eadem cupient: facientqꝫ minores.
Omne in præcipiti uitium stetit: utere uelis.

Præsens Præsens: subita & ꝑsentanea: q̄ nō diu sit expectanda. Vnde ꝑsentissimū piculū: ꝑsentissimū uenenū. i. subitū & ꝑsentaneū: qđ statim. s. occidat: ꝑsens ēt significat non mō: qđ est huius tpis: sed ēt alterius. Quinti. loquens de Cice. iam mortuo ait. Postea uero q̄ triūuirali proscriptione cōsumptus est: passim q oderāt: q iuidebāt: q emulabanē: adulatores ēt ꝑsentis potētiæ nō respōsuꝝ īuaserūt: ergo ꝑsentis potentiæ: q̄ tunc erat ꝑsens: ut ꝑteritū respiciat. Quū tu depo. ami. quū in balnea descendis. Nā tūc ex nimia repletione: & cibo crudo: in balneis uis morbi īopinata obrepit: iuxta autē balnea locus erat: q græcæ **Apodyterium** Apodyteriū: latinæ uero spoliatoriū uocabaē ἀπολύω. n. idē est qđ exuo: ubi: q balnea īgressuri erant: uestes deponebant apud Capsariū: q ut scribit Vulpianus. Mercede seruanda in balneis uestimenta suscipiebat. **Crudū** Turgidus: nimia repletione. Aemulatio est persiana. Turgidus hic epulis atqꝫ albo uentre lauatur. Crudum pauonē. i. inconcoctum: nō perfectū in stomacho. Nā crudū dicimus qđ ad maturitatē non puenerit: ut poma cruda. Et qđ coctum nō sit: ut Caro cruda. Mar. Accusans rumpisqꝫ coquū: tanq̄ oīa cruda attulerit. Crudū itē hoīem: qui cibū non conficiat. Ora. in sermonibus. Nāqꝫ pila lippis inimicū: & ludere crudis. Crudū ēt cibū: q non conficiatur in stomacho: in qua significatione hoc loco accipit poeta. Cic. lib. ix. ad petū. Satius est: hic cruditate: q̄ istic fame. s. perire. Columella in primo limine. Mox deinde ut apti ueniamus ad ganeas: quotidianā cruditatē laconicis excoquimus. Cice. ad Cassiū Ferunt. P. Syllā alii a latronibus interfectū: alii cruditate. i. crapula: & cibo non concocto. Cruditates aūt scribit Macrobius euenire: aut qualitate succi: in quem cibus uertitur si non sit aptus humori: qui corpus obtinuit: aut ipsius cibi multitudine: non sufficiente natura: ad oīa quæ congesta sunt: conquoquenda. Crudum ergo pauonem appellat: quem ob nimiā epularum īgurgitationem concoquere non potuit. Pauonē: Primus Hortensius augur: ut scribit Plinius li. x. cap. xx. posuit Pauonem **Cœna adiicialis** Cœna adiiciali. Nam ita appellabaē cœna pontificū: autore Festo. De qua Macro. & Varro de re rustica lib. iii. Primus inquit Hortēsius Pauones augurali: adiiciali cœna posuisse dicitē. Eādē ēt adipalē appellauere. In balnea. Nam romani ante cœnā: autore Celso: exercebanē: post eam exercitationē balnea īgrediebantur. Appianus mentionē faciens de Catone sic ait. Circa uesperam e balneo ad cœnā transit. Apuleius in. x. lib. de Asino aureo. Qui quū se refecturi: clausa cellula: balneas petiissent. Et idē in. viii. Disposita cœnula: balneas obeunt. De hac consuetudine plura diximus apud Persi. illic. Turgidus hic epulis. Hinc subitæ mortes: subaudi sūt ex nimia epulaꝝ īgurgitatione. Hinc monet poeta: frugalitate nihil esse: nec laudabilius: nec utilius: multosqꝫ ex nimia cibi & crapulæ ītemperantia mortuos. **Intestatus** Intestata: non facto testamento: quia morte repentina intereunt. Intestatus autem uidetur dici non tantū is: qui testamentum non fecit: sed etiam is: q testamento liberis suis tutores non dederit: quantū enim ad tutelam pertinet: ītestatus est. Autor Paulus de legitimis tutoribus. It noua fabula. i. recens & subitus rumor dissipatur per oīa conuiuia. Nam in conuiuiis de uariis & nouis rebus solet esse sermo. Ora. Fabula quāta fui conuiuioꝝ. Nec tristis: sine aliqua doloris significatiōe: nemo. n. est: qui de eo aliq̄ præ se ferat tristitiā: qa nihil per testamentū legauerit: sicqꝫ poeta miserā humanæ fragilitatis conditionē ostēdit. **Ducere** Duciē: uerbū ēst funebre. i. ad bustū fertur. Virg. Et tristia funera ducunt. Persi. Nerio iam tertiā duciē uxor. Plaudēdū: In quo magis lætitiæ q̄ doloris ostendiē significatio: quum nihil sit relictū: unde possint tristitia simulare. Iratis amicis: qa nihil relictū sit. Ora. ī sermōibus. Adde iratū patruū uicinos: irascunē. n. quū oīa p luxū sint assūpta. Persi. Sed cœnā funeris heres. Negliget iratus: qꝫ rē curtaueris. Nil erit ulte. adeo inqt inter mortales emersere uitia: ut putē nihil addi posse ulterius a posteris. Eadē snīa est & Claudiani in Eutropiū. Nil adeo fœdum est: qđ nō exacta uetustas Ediderit: lōgiqꝫ labor cōmiserit æui. Moribus: uitiis: est enim uocabulum mediū: dicimus enim bonos mores: & malos mores. Minores: numero pluratiuo: & genere masculino posteri dicuntur. In præcipiti: in sublimi: quasi omne uitiū emerserit eximo in altū. Vtere uelis: hortaē seipm poeta ad scribēdū: sumpta metaphora a nauigātibus: q nacti ꝓsꝑꝫ uentū pādūt ueloꝝ sinus. q. d. explica librum tuum: & utere stilo tuo ad scribendū nactus huberē materiam.

Dicas hic forsitan. i. possis fortasse dicere: unde sit mihi ingenium par materiæ. q. d. materiā esse huberiorē q̄ ingenio suo possit explicari. Simplicitas: monitorem ītroducit antiquā illā scribendi libertatē nō esse poetis: q olī fuit & Lucilio & Ora. nā ante libertatē occupatā ab īperatoribus Lucil. mira carminis acerbitate noīatim ēt hoīum uitia carpsit. de quo sic Ora. At q primores populi arripuit: populūqꝫ tributim. Persi. Secuit Lucilius urbē. Te lupe: te muti: & genuinū fregit in illis. Oē uafer uitiū ridēti flaccus amico. Tangit: & admissus circū ꝑcordia ludit. Simplicitas: libertas scribēdi: qa simpliciter amoto oī uelamēto carpebanē uitia delinquentiū nā simpliciter ille dicit: q libere & apte dicit qđ sentit. Priorū. s. poetarū. Cuius. s. simplicitatis. i. libertatis. Nō audeo dice. no. Ita inqt libertas scribēdi periit: ut nō audeā eā noīare: quasi nefas sit. Nam ea nō audemus noīare: q̄ fœda abominandaqꝫ sint: sicqꝫ infœlicem suoꝝ tempoꝝ notat conditionē: quū oīno sublata libertate oīa nutu īperatoꝝ gererētur. Quid refert: Adeo inqt tutū fuit Lucillio libere loq: & scribere: ut paruipēderit irasceretur ne Mutius Scæuola an non: qꝫ scriptis suis libere eēt notatus. libere. n. loq poterat: q a libertas nōdū opꝑssa erat ab īpatoribus. Quid re. qd inqt ꝓdest. Ignoscat dii: scriptis & carminibus: quibus ꝓscissus erat. Mutius: nā Mutiū Sæuolā īsectatus est Lucilius: & quēdā lupū: ut dixius Secuit Lucilius urbē: Te lupi: te muti. Pone Tigil. Potuit inqt libere & īpune Lucillius notare uitia: qa libertas a tyrānis adhuc occupata nō erat: ueꝝ mō: si uolueris hoīem potētem & gratū īperatori notare: q̄lis fuit Tigillinus Neroni:

Totos pande sinus: dicas hic forsitan unde
Ingenium par materiæ: unde illa priorum
Scribendi quodcunqꝫ animo flagrante liberet
Simplicitas: cuius non audeo dicere nomen.
Quid refert dictis: ignoscat mutius: an non.
Pone tigillinum: teda lucebis in illa.
Qua stantes ardent: qui fixo gutture fumāt.
Et latum media sulcum deducit arena.
Qui dedit ergo tribus patruis aconita: uehet
Pensilibus plumis: atqꝫ illinc despiciat nos.
Quū ueniat contra: digito cōpesce labellum.
Accusator erit: qui uerum dixerit: hic est
Securus: licet æneam: rutulumqꝫ ferocem

nō erit tibi tutū qa afficieris supplicio. Pone: scribe: & nota. Tigillinū. i. hoīem potētē & gratū īperatori: q̄lis: ut dixi: fuit ipse Tigillinus Neroni. De Tigillino dictū ē supra illic. Quū fas eē putet curā sperare cohortis. **Teda** Teda lu. ī illa. i. ardebis qdē uiuus: quēadmodū multi īperāte Nerone arserunt. Existimo id genus supplicii designari: de quo Sene. ad Lucilliū his uerbis. Cogita hoc loco illā tunicā alimentis igniū & illitā & ītextā: qcqd aliud ꝑter hæc cōmēta ē sæuitia. Qui. n. afficiebanē īduti tunicā illā ītextā & illitā fomētis igniū alligati palo adurebanē. Talē tunicā appellat Iuuena. molestā illic: tunica punire molesta: aliud genus non absimile supplicii notaē a Vulcatio Gallicano ī uita Auidii īperatoris his uerbis primus ēt id supplicii genus īuenit: ut stipitē grādē poneret pedū octogīta & cētū: & a sūmo usqꝫ ad imū dānatos ligaret & ab īmo focū apponeret: īcēsisqꝫ aliis alios fumi cruciatu timore ēt necaret. Teda illo igne: Nā teda arbor ē resinam desudās: & iō apta ad cōburēdū. Oui. ī heroidibus Ardet ut ad magnos picea teda deos. De ea lege Pli. Qua stā. ardēt: aut qa alligabāē stipiti circūiecto igne: aut qa: ut scri. Sene. stipes p mediū hoīem adiūgebaē: ut p oēs artus emergeret. Et latū media: ordo ē. Lucebis ī illa teda: q̄ ardēt stātes: q fumāt fixo gutture. Et q̄ ardet ille: q deducit sulcū latū ī media harena. Nā multi ī media harena theatri cremabāē. Tranqllus ī Caligula: Attelanæ poetā ob ambigui loci uersiculū: media amphitheatri harena igni cremauit. Deducit sul. aut qa forte unco trahebāē: aut qꝫ dānati: & ī media harena alligati stipiti pedibus sulcū faciebāt circū se uolētes terrore ignis admoti. Aliq legunt: deducis ut sit sensus. Si tigillinū notare uolueris afficieris eo supplicio: quo ardēt stātes. Et frustra laboras: ac si dicat notatio & repħēsio tua nihil oīno ꝓficit. aras. n. sterilē harenā: ut illđ. Et littus sterili uersamus aratro ut ad ꝓuerbiū illud græcū alludat: qđ de iis dici solet: q ī difficili re laborāt ἄμμον μετρεῖς hoc ē harenā metiris. Alii uero legūt: & latū media sulcū: q ducit harena: ut sic exponas. Ardebis ī illa teda: q̄ stātes ardent: & q̄ ardet ille: q ducit sulcū media harena: ut cōueniat prio sensui. Qui de. er. tri. Cū īdignatiōe legendū: & adiuuādū gestu. Est. n. sensus & ordo. Ergo: q tres patruos suos ueneno sustulit uehaē pensilibus plumis: ut sit q̄si cōcessio. i. ī delitiis securus uiuat: & poetas cōtēnat: q̄do qdē nulla eis cōcessa ē libertas notādi uiuētiū flagitia. de Tigillino āt ītelligit: ut sit respōsum ad illud pone Tigillinū. Nā his hō oīum neqssimus tres patruos ueneno: ut scri. Probus necauit: ut eoꝝ hr̄ditatibus potireē: subtractisqꝫ annulis: & falso tabulis signatis hr̄ditates sūmo scelere cōsecutus ē. Nec illud obstādū qꝫ iā Tigillinus sub Othone mortuus eēt. Nam poeta nō secus de mortuis loqē: q̄ si uiuerēt: & ꝑsentes eēnt: ut p taxationē sceleꝝ ꝑteritoꝝ moneat recte uiuēdū eē. **Aconitum** Aconita: uenena. Nā aconitū ē herba: q̄ ī saxis nasciē: & ut sensit Oui. spuma cerberi respsa fuit: quū ad supos tractus est ab Hercule. dictū ἀπὸ τῆς ἀκόνης. i. a caute. unde Ouid. Quæ qa nascunē dura uiuacia caute. Mortales aconita uocāt. Pli. itē ait dictū qꝫ ī nudis cautibus: q̄s aconas uocāt: nascaē. Solinus uero ab acone portu Heracleæ. **Pensilia** Pensilibus plūmis: Lectica: in q̄ erāt lecti plumei: pēsilia appellaē oīa: q̄ in aere pendēt: aut colūnis: aut alia re supposita: & sustentāte: ergo & lectica pensilis: qꝫ seruoꝝ humeris sustenteē. Vas pēsiles dicimus: q̄ suspēdanē & hortos pensiles: qui in sublimi sint. Seruius tamē ait plumas pēsiles dici molles. Et cōtra molles pēsiles: ut illud Virgilii. Pilētis matres ī mollibus. Digito cōpesce labellū: uerba sūt monitoris suadētis poetæ tacēdū eē: affore accusatorē illi: q dixerit ueꝝ: ut sit sensus. O Iuuenalis silentiū tibi fac indicas: nā ꝓfecto non deerit tibi accusator: si ueꝝ seq uolueris tuis carminibus: qui dicet hic est o īperator. i. hic est ille q hoīum uitia notat. Qui ueꝝ: tacite occurrit respōsioni: potuisset. n. dicere accusabiē tantū: q mēdatio usus fuerit: & falso aliquē notauerit. Immo inqt accusabiē ēt: q uera dixerit: ut legēdū sit ueꝝ & nō uerbū. Securus licet æneā. Sēsus ē potes inquit sine aliquo periculo tuo historias scribere: q̄les cōmemorāt de Aenea & Turno Rutuloꝝ duce.

¶ Committas: uel carmini tuo: & operi mandes: uel quod magis placet scribendo cõmittas: ideſt componas: & in certamen deducas. Nam cõmittere eſt aliquem cum aliquo in certamen deducere Suetonius in Augusto Spectauit autem studioſiſſime pugiles: & maxime latinos non legitimos: atq; ordinarios modo: quos etiã cõmittere cum græcis ſolebat. Mar. Cum Iuuenale meo: quæ me cõmittere tentas. In qua ſignificatione uide tur accepiſſe alibi Iuuenalis quum ait. Cõmittit uates: quaſi dicat in certamen poetas deducit: quaſi alter cum altero de uirtute carminis certare poſſit. Cõmittere item accipitur pro tradere: ut illud Cõmitto me tuæ fidei ideſt trado. Et illud Terentianum. Quem lupo com

Cõmittere

miſiſti. Cõmittere etiam pro cõfligere & certare lib. ii. Machabeorum. Rex cõmiſit cum iuda: & ſuperatus. Qui ergo huiuſmodi hiſtorias: & bella ſcribunt cõmittunt: & in certamen deducunt imperatores cũ imperatoribus quum deſcribunt eos ſimul pugnantes. ¶ Nulli grauis eſt percuſſus Achilles: nemo inqt offenditur: ſi de Achille uulnerato: & huiuſmodi hiſtoriis ſcripſeris. Achilles autem percuſſus fuit a paride in templo Apollinis tymbrei: quum illic amatam Polyxenam uxorem accepturus eſſet: inſidiis. n. paridis poſt ſimulachrum Apollinis latentis occiſus eſt: fingitur id factum Apolline arcum tenẽte: unde Virgil. Dardana q paridis direxit tela manuſq;. Corpus in æacidæ. ¶ Aut multum quæſitus hylas: ſubaudi a ſuperioribus grauis eſt. Nemo inquit offenditur: ſi talia a poetis deſcribuntur. Hylas Thiodamãtis regis Diopum fuit filius: quem Hercules cum argonautis navigans rapuit: patre eius prius occiſo: & poſcenti ſibi cibum denegaſſet. Sed quum Hercules hylam ad Aſcanium flumen miſiſſet ad hauriendam aquam: a tribus nymphis ob pulchritudinem in fontem raptus eſt. Eum diu: multumq; quæſitum: quum Hercules non inueniſſet: ſacra inſtituit: ubi hylas ſolemniter clamaretur: ad quod illud dictum eſt a Virgilio. Hinc adiungit hylam nautæ: quo fonte relictum. Clamaſſent: ut littus hyla hyla omne ſonaret: fictum autem eſt nomen a uerbo υλαω q̃ eſt reſono: & latro. Diodorus uero & Strabo Secuti magis hiſtoriam ſcribũt: hylam herculis comitem unum fuiſſe ex argonautis: qui in bithynia iuxta pruſiadem urbem perierit: ubi in memoriam eius facta quædam celebrabantur: in quibus per montes uagi ac ſaltantes hylam uocabant. Valerius uero flaccus lib. iii. argonauticon narrat ab Iunone Herculi infenſa: quum is in ſylua una cum hyla remum ſibi quæreret. Dryopem unam nympharum conuentam: monitamq; ut hylam puerum formoſiſſimum: qui per ſaltus & fontem eius uagaretur: ad ſe raperet. Idq; ut facilius fieret: ceruum ſuſcitauit: quem ilico conſpectum hylas inſequitur hortãte Hercule: ceruus fugiens puerum protraxit ad fontem: & intactas leuis ipe ſuperfugit undas: puer amiſſo ceruo: curſuq; defatigatus ad fontem ſtetit: bibentem nympha ad ſe ſub aquas traxit: amiſſum q̃rebat Hercules rurſus hylã. & rurſus hylã per lõga reclamãs auia. ¶ Quæſitus. ſ. ab Hercu. ¶ Enſe uelut ſtricto: Diſſuaſio eſt: ne ſcribat a terrore piculi imminentis. Solet inquit auditor: quem ſcelerum conſcientia exagitat: quotiens a poeta notatur: affici rubore: q; uitia ſua detegantur: proinde in repræhenſorem incenditur ira: quod idẽtidem etiam accidit temporibus Lucilii: quotiens ifremuit in uitia hominum. Lucilius qui primus apud latinos: ut diximus: hoc genus ſatyræ ſcripſit. Et tanta carminis acerbitate multos etiam nominatim eſt inſectatus: ut ueluti gladio ſecuiſſe uitia dicatur a Perſio. Secuit Lucil. urbem. Te lupe: te muti: & genuinum fregit in illis. ¶ Rubet auditor: ſceleris conſcientia afficitur rubore: ac proinde ad uindictam inflammatur. ¶ Mens frigida criminibus: quaſi deficiens & pene mortua criminum conſcientia: ut ſolet corpus frigere: cum mortuum eſt. ¶ Præcordia: dicũtur proprie membranæ illæ: quas græci phrenas appellant: quibus exta homini ab inferiore uiſcerum parte ſeparantur: dicta præcordia quia cordi prætenſa ſunt. Hæc ex Ariſtotele de animalibus libro & Pli. eadem: uerum largo modo ab autoribus plærunq; accipiũtur pro corde: & iis: quæ cordi ſunt proxima. ¶ Inde & lachrymæ: ſubaudi ſunt ex repræhenſione ſcelerum ſuorum: & hæc eſt item diſſuaſio a terrore periculi conſequentis. Sic p. Vide ſis: ne maiorum tibi forte limina frigeſcant ſonat hic de nare canina littera. Qui enim notantur: ex indignatione iram concipiunt: prorumpuntq; in lachrymas Ora. Qui me commouit melius nõ tangere clamo. Flebit & inſignis tota cantabitur urbe: fiebit enim quia ſentiet ſe notari. ¶ Tecum prius: conſilium eſt: qd ſit ei agendum. ¶ Voluta: cogita: & cõſidera. ¶ Hæc: aut quæ tibi propoſui pericula: aut quæ ſequuntur. Animãte tuba. ¶ Animante tuba: proponit exemplum alieni incõmodi: ne idem patiatur: & ſibi caueat. Eſt enim ſenſus: militem inquit: qui ſe: ſtimulante tuba: in aciem immiſit: conſilii ſui pœnitet: ſed ſero: quia aut uulneratur: aut interficitur: ſicq; apte ſimilitudinem accommodat poetæ: ne idem patiatur. ¶ Sero pœnitet: ſera pœnitentia parum prodeſt. ¶ Duelli: ideſt belli: unde & perduelles apud ueteres dicebantur hoſtes. Ex duello factum eſt bellum: ut ſcribit Fabius libro primo. ¶ Experiar: uerba poetæ ad monitorem. Suiuos inquit notare ſine periculo non potero: experiar quid mihi liceat in mortuos. Et ita pollicetur ſe tãtum de mortuis dicturum. Vnde illud ſciendum a poeta nullum potentem uirum: niſi nomine mutato: fictoq; nominari. ¶ Flaminia & latina: plæræq; uiæ: fuerunt celebres: quæ ab urbe procul ducerent: ut Latina: Appia: Valeria: Aemilia: Flaminia. In duabus autem ex his: ſcilicet in latina & flaminia ſepeliebantur mortui extructis ſepulchris ab utroq; latere uiarum unde extant multa epigrammata ad uiatores. Et iuuenalis alibi. Cliuoſæ ueheris dũ per monumenta latinæ Via latina media erat inter Valeriam & Appiam. Ad Caſinum oppidum coniungitur Appiæ: ab Capua decem & nouem diſtans ſtadiis. Hæc Stra. in quinto.

Præcordia

Perduelles

Via latina

Committas: nulli grauis eſt percuſſus achilles.
Aut multum quæſitus hylas: urnamq; ſecutus
Enſe uelut ſtricto: quotiens lucilius ardens:
Infremuit: rubet auditor: cui frigida mens eſt
Criminibus: tacita ſudant præcordia culpa.
Inde iræ: & lachrymæ: tecũ prius ergo uoluta
Hæc: animante tuba: galeatum ſero duelli
Pœnitet: experiar quid concedatur in illos
Quorum flaminia tegitur cinis: atq; latina.

Hylæ fabula

VLtra Sauromatas: Hæc Satyra eos inſectatur: qui quum obſceniſſime uiuant: diſſimulata morum prauitate alios caſtigant: & quandam præ ſe ferũt bonitatem: qđ hoium genus eſt improbiſſimũ. Verũ eos imprimis tangit qui per ſummã naturæ iniuriam more mulierũ nupſerunt. Ait igitur poeta: quũ talia hoium monſtra ferre non poſſit: in aio ſibi eſſe extremas orbis partes petere. ¶ Libet ipetus eſt. ¶ Sauromatas: quos latini Sauromatas: græci autore Plinio: Sarmatas appellant: populi ſunt inhabitãtes loca circa meotidẽ paludum: ſpatio quindecim dieꝝ: oceanũ uerſus: regio arboribus uacua eſt: originem ducũt ex Amazonibus & ſcytohis. De iis Herodotus li. iiii. Dionyſius halicarnaſeus: Plinius: Lutius Florus: Strabo: Ouidius in ponto ſuo: & triſtibus. ¶ Glacialem oceanum: ideſt ſeptentrionalem: quaſi ubi nulla ſint mortaliũ domicilia. ¶ Oceanus autem appellatur oẽ mare: quod ambit terrã. ¶ Audẽt de moribus: ſubaudi loqui: diſerere: aut aliquid tale: tanq̃ uiri boni. ¶ Qui curios ſimulãt: qui ſimulant: ſe ea eſſe continentia: & bonitate: q̃ fuit Curius Dentatus: qui Terna agri iugera uiritim populo diuidens: ſibi deinde totidẽ conſtituit: dicens neminẽ eſſe debere: cui non tantũ ſufficeret. Legatis. Samnitum aurũ offerentibus: quum ipſe in foco rapa torreret: malo inquit hic in fictilibus meis eſſe: & aurũ habentibus imperare. Quũ interuerſæ pecuniæ argueretur cadũ ligneũ: quo uti ad ſacrificia conſueuerat: in mediũ protulit: iurauitq; ſe nihil amplius de præda hoſtili in domum ſuam cõuertiſſe. ¶ Bacchanalia uiuũt: pro Bacchanaliter: nomẽ pro aduerbio: ideſt more uerſantium in Bacchanalibus: quæ ſacra noctu in urbe: & clanculo celebrabantur a maribus: & mulieribus: ibi ſtupra promiſcua igenuorũ: & fœminarũ erant plura: quæ erant uirorũ: quã fœminarũ: de iis Liuius lib. ix. de bello macedonico ſic. Bacchanalia ſacrũ græcum: & quidem nocturnum: ſcelerum omnium maximũ ſemiquinariũ. Ibi enĩ horrenda dictu fiebant. ¶ Indocti primum: quũ ſint inquit indocti: neq; ullam operam præſtẽt uirtuti: uolunt tamen uideri magna eruditione: & ſapiẽtia: habent enim domũ uariis philoſophoꝝ imaginibus refertam: ut uirtutis uideantur cultores. ¶ Docti enim: ornantes bibliothecas: ſuas operã dabant: ut clariſſimorũ uirorum imagines haberent. Vnde Cicero in ſeptimo lib. epiſtolarum ad Fabium Gallum ſcribit: ut ſigna ſibi emat ad ornãdam bibliothecam. Martialis item ſic ſcribit initio noui libri ad Toranium. Aue mi. Torani frater chariſſime: Epigramma quod extra ordinem paginarum eſt ad Stertinium clariſſimũ uirum ſcripſimus: qui imaginem meam ponere in Bibliotheca ſua uoluit. Plinius iunior in epiſtola ad Iulium Seuerũ ſic ſcribit: Herennius Seuerus uir doctiſſimus magni æſtimat in Bibliotheca ſua ponere imagines municipum tuorũ Corneli nepotis & Titiarii: petit quæ ſi ſunt iſtic: ut eſſe credibile eſt: exſcribendas pingendaſq; delegem. ¶ Gypſo chryſippi: ideſt ſtatuis chryſippi ex gypſo: nam ex gypſo figuræ dicuntur. Eſt autem calci non abſimile: de quo Plinius libro. xxxvi. ¶ Cryſippi: chryſippus Solenſis: ſeu: ut alii dicunt: Tarſenſis Appollonii filius Zenonis: ſiue cleantis fuit diſcipulus: ut Valerius uero ſcribit: Cleantis præceptor ingenioſus quidem: & acutiſſimus in oĩ genere orationis: & ſubtilitate diſputandi adeo acer: ut illud iactatũ ſit: deos: ſi dialectica uti uellent: non alia uſuros: q̃ chryſippea: De eo multa Lactius & Valerius maximus. Et nos plura recitauimus apud Perſiũ illic. Iuuẽtus chryſippe tuũ finitor acerui. ¶ Nã perfectiſſimus horũ: ſubaudi eſt. Eſt aũt ironia: ut ſit ſenſus. Exiſtimat ſe perfectiſſimũ oĩum: modo ſibi emerit ſtatuã: aut Ariſtotelis aut alterius philoſophi ad bibliothecæ ſuæ: exornationẽ. ¶ Ariſtotelẽ: ariſtoteles Platonis fuit diſcipulus peripatheticæ factæ princeps. Alexan. magni p̃ceptor. Dicimus Ariſtotelẽ per e ante l non Ariſtotilẽ: qđ docet deriuatio Ariſtotelicus: & non Ariſtotilicus. ¶ Ariſtotelẽ ſimilem. i. ſtatuam ſimilẽ ipſius Ariſtotelis: hoc eſt: quæ Ariſtotelẽ reddat. ¶ Pittacon hic unus fuit ex ſeptẽ ſapiẽtibus mityleneus qui a mitylenis ſumptus dux aduerſus atheniẽſes ſingulari certamĩe: phrinonẽ ducẽ: rete obuolutũ iteremit. ¶ Archetypos: cleantas. i. antiquas cleantis imagines. Opera. n. antiquis noĩbus artificũ nobilia archetypa ſũt appellata: q̃ſi quæ principali eſſent forma: & figura. αρχος. n. principẽ ſignificat & τυπος formã: ſiue figurã Ea. n. in præcio fuiſſe oſtendit (ut diximus in priore ſatyra) Pli. hic uerbis. Subito ars cælandi argẽti exoleuit: ſola iã uetuſtate cẽſeſ uſq; attritis celaturis: ne figura diſcerni poſſit. ¶ Cleantas: accuſatiuus eſt græcus. Cleantes philoſophus fuit ſtoicus: q Zenonis ſcholæ ſucceſſit: quã poſtea chryſippo reliqt: inopia urgente: noctu: ex puteis ad irrigãdos hortos athenienſiũ aquã hauſit: qua mercede interdiu ſtudiis liberalibus uacabat: unde a græcis phreantles eſt appellatus. i. hauriens puteos. Nam phrear græce: puteum ſignificat latine & antlao haurio. De hoc Seneca ad Luciliũ: Patricius Socrates non fuit Cleantes aq̃ traxit: & rigando horto locauit manus.

Iulii Iuuenalis Aquinatis Satyra Secunda.

VLtra ſauromatas fugere hinc libet: & glacialem
Oceanum: quotiẽs aliquid de moribus audent
Qui curios ſimulant: & bacchanalia uiuunt
Indocti primum: quãquã plena omnia gypſo
Chryſippi iuenias. nam perfectiſſimus horum
Si quis ariſtotelem ſimilem: uel pittacon emit.

Sauromatæ

Oceanꝰ

Chriſippus

Pittacas

Cleãtes

Et iubet archetypos pluteum seruare cleãtas.
Fronti nulla fides: quis enim nõ uicus abundat
Tristibus obscenis: castigas turpia: quum sis
Inter socraticos notissima fossa cinædos.
Hispida membra quidẽ: & dura p brachia setæ
Promittunt atrocem animum: sed podice leui
Ceduntur tumidæ: medico ridente: mariscæ.
Rarus sermo illis: & magna libido tacendi.
ad spectacula : ludibriaq; sacrilegiorũ : spectabamus arreptitios:audiebamus symphoniacos : ludos turpissimos:q̃ diis:deabusq; exhibebantur:ubi uĩ ut diximus per arreptitios ĩtellexisse pueros arreptos ad stupra. **Velaria** Ad uelaria:Velaria loca erãt:ubi uela reponebant q̃ ad ornandũ theatrũ tenebant:nõ sum nescius & uelaria põni ẽt p ipsis uelis : nisi mẽdũ ẽ apđ Papiniũ in Syluis li.i.iã uelaria lintea pluebãt.Nã illic in plærisq; codicibus legit Bellaria adorea pluebãt. Nõ cæ.ue.i.ĩ adulatiõe & piscis laudatiõe nõ cædit. Messalio:ac si dicat lõge uehemẽtius adulat. **Phanatici** Vt pha.Phanatici pprio epitheto dicebãt sacerdotes cybeles:siue bellonæ:q ueluti deæ numine afflati:caput & comas rotabãt iactabãtq;:futuraq; p̃dicebãt.Luca.i.i.Crinẽq; rotãtes.Sanguineũ populis cecinerũt tristia galli.Quinti.li.ix.iactare caput: & comas rotare phanaticũ ẽ.Lampridius ĩ Heliogabalo. Iactauit aũt caput ĩter p̃cisos phanaticos:& genitalia sibi deuinxit.Porphi.ita scri.in Ora. Affirmat ãt nõ magis mr̃is magnæ:aut Apollinis numine ĩstinctos furere q̃ eos:q iracũdia sũt ĩcitati.Ora.ĩ poetica.Aut phanaticus error:& iracũda Diana.Idẽ **Enthei** Enthei ẽt dicebãt q̃si diuini:& deo pleni.Papi.ĩ Syluis.Eat enthea uittis.Atq; hederis redimita cohors.Mar.Spadone quũ sis euiratior fluxo.Et cõcubino molior cæleneo.Quẽ sectus ululat mr̃is entheæ gallus:nã sacerdotes Cybeles furore correpti in sacris ululatu reqrebãt athin : quẽ oli Cybele amauerat.De sacerdotibus Bellonæ sic.& Lactã.li.i.de ĩstitutione diuina. Percussus tuo oe.o bello .i.tuo furore correptus.Oestrũ græci:ut autor est Festus:appellãt furorẽ οιςρεω.n.idem est qđ insanio.Vnde Oestrũ etiã accipere græci pro eo:quẽ latini Asylũ dixere.i.Tabanũ:est.n.genus uiolẽtæ muscæ:quæ in furorem armẽta agit.Virg.in.iii.geor.Est lucus silari circa illicibusq; uirentẽ.Plurimus Alburnũ uolitans:cui nomen Asylo Romanũ ẽ.Oestrũ graii uertere uocantes.Semp acerba sonans:quo tota exterrita syluis.Diffugiunt armẽta:hic ergo Oestrũ p furore poeta posuit.Sta.li.i.Thebaidos.Tẽpus erit quũ laurigeno tua fortiter oestro.Facta canam.Idẽ in Syluis de Genethliaco Luca.Docto pectore concitauit oestro.Pli.lib.xi.ca.xvi.Nascuntur aliquãdo in extremis fauis apes grandiores:q̃ cæteras fugãt.Oestrus uocat hoc malũ.Et idẽ ca.xxviii. **Oestrus Asylus** eiusdẽ lib.Quibusdã aculeus in ore:ut asylo:siue tabanũ dici placet.Sene.ad Luci.Hunc quẽ græci oestron uocant pecora pagentẽ & totis saltibus dissipantẽ:asylũ nr̃i uocabant:qbus uerbis ostendit uocabulũ Asylũ interiisse:& oestro ĩ usu remansisse. Bellona:dea ẽ belli:Sẽsit Apu.ĩ metamor.sua. Cybelẽ Bellonã & Isidẽ easdẽ eẽ deas:eosdẽq; sacerdotes:q suo cruore ĩ ea℞ sacris rẽ diuinã faciebãt.Nã gladiis humeros sibi & lacertos ferientes & capitis agitatiõe discurrebãt:& ueluti numine deæ afflati agebant:p̃dicebãtq; futura.Et bellona:uocatiuus est casus:ut sit ordo.Veiẽto ut phanaticus pcussus tuo oestro o bellona diuinat. Diuinat:p̃dicit.ẽ.n. **Diuinare** diuinare qđ futurũ sit p̃dicere. Regẽ ali.ca.hinc argumentat:diuinatq;:eũ captu℞ aliquẽ regẽ Barbarum & peregrinũ qa piscis sit pegrinus & spinis armatus:ut reges casside cristata armant. Excidet:de temone britãno.i.capiet in bello:& de curru deiicietur.Nam britanni curribus utunt in bello:ut autor est Cæsar in cõmẽ **Couin9** tariis:quos couinos:autore Põponio Mela:uocabãt.Lucanus.Et docilis rector mostrati belga Couini: qđ britãni curribus:ĩ bello uterẽt ĩdicat:& Proper.sic. Hiberniq; getæ:pictoq; Britãnia curru. Aruiragus:rex britanniæ. **Sudes** Sudes:metaphoricos appellat pinas:quũ sudes dicant pali. Hoc de.unũ fa.ita inqt reliq p assentationẽ p̃dixit:ut aliud nihil restaret q̃ ut cõmemoraret patriã piscis:& qđ annos eẽt natus: sicq; tãtã assentationẽ apphensorẽq; eius subsannat. Quidnã igni.cẽ.uerba sũt Iuue.qd putas inqt decretũ fuisse de pisce coquẽdo? Cõcidit:uerba psonæ introductæ respondentis. Absit ab illo:uerba poetæ recitantis sententiã montani. Dedecus hoc.s.ut cõcidatur. Testa : patella fictilis:in q̃ integer coquat. Tenui mu.q̃ sũmæ sit tenuitatis:laus ẽ figuli in cõficiendis:uasis ea ducere tenuia.Hypbolicos murũ appellauit:quũ **Murus** Murus pprie sit:q publica ambiat:ut ciuitatẽ:**Paries** Paries uero priuata:ut domos. Orbẽ spa.i.q̃ spaciosa sit:& apprime capax. Debet **Prometheus** pro.inueniẽdus ẽ inqt optimus & prudẽs figulus:q fingat patinã:q̃lis fuit pmetheus: q ex limo hoiem finxit inaĩatũ:& insensibilẽ:sed beneficio mineruæ in cœlũ assumptus ignẽ ex radiis solis furatus est:eũq; pectusculo hoĩs applicãs aĩatũ reddidit.Higi.Ouid.& Fulgen.dictũ autẽ uoluere pmetheum q̃si προμηθειαν:qđ nos latine puidentiã dicimus. **Argilla** Argillam atq; ro.Argilla genus est terræ : unde fingunt uasa. Rotã.s.figularẽ. Eam inuenit Anacharsis scythes:siue Chorebus Atheniẽsis:ut Pli ĩ.vii.& Laertius Diog.tradũt.Quãuis scribat Seneca ad Luci.figuli rotã:apud Home.inueniri.snĩa.s.Montani. Digna uiro:ac si dicat:talis fuit sentẽtia:q̃lis uir:q̃si qui cibis optime cõditis delectaret.Corpulentũ.n.fuisse & magni uẽtris superius ostẽdimus.

Pe Mercenario conuiu pt iniqua probosaq officiorum copensation

Luxuriam imperii ueterem: noctesq; neronis
Iam medias: aliāq; famem cum pulmo falerno
Arderet: nulli maior fuit usus edendi
Tempestate mea: circeis nata forent: an
Lucrinum ad saxum: rutupinoue edita fundo
Ostrea callebat primo deprændere morsu.
Et semel aspecti littus dicebat echini.
Surgitur: & misso proceres exire iubentur
Consilio: quos albanam dux magnus in arcem
Traxerat attonitos: & festinare coactos.
Tanquā de cattis aliquid: toruisq; sicambris
Dicturus: tanquam diuersis partibus orbis
Anxia præcipiti uenisset epistola penna.
Atq; utinam his potius nugis tota illa dedisset
Tempora sæuitiæ: claras quibus abstulit urbi
Illustresq; animas impune: & uindice nullo
Sed periit: postq̄ cerdonibus esse timendus
Ceperat: hoc nocuit lamiarum cæde madenti.

¶ Noctesq; ne. nō ē īqt mirꝝ si tā grauē tulit sñiam de coquēdo pisce: q̄a calebat q̄d īpatores supiores & p̄serti Domiti⁹ nero facere cōsueuerit ī paradis obsoniis: Nā Nero. (ut autor ē Trāqll⁹) epistolas e medio die ad mediā noctē ꝑtrahebat: refotus sæpe callidis piscinis ac tpe æstiuo niuatis. ¶ Aliāq; fa. i. quō nouā aliā famē posset sibi excitare: quū ex nimia repletiōe cibi & potus stomachus arderet: ac si dicat nouerat delicatis pulmētariis lautioreq; appatū ciboꝝ stomachū refocillādū. ¶ Quū. p. a. i. nimia crapula ferueret. ¶ Falerno: uio cāpāo austero. ¶ Maior. u. e. maior pitia ī ciboꝝ delectu q̄ ipsi Mōtāo: q primo morsu callebat: ex quo littore mitterenť educataq; fuisset ostrea. ¶ Circeis. i. ī cāpāia iux
Circei ta circeos eēt nata: Circei. n. oppidū est cāpāiæ: Ora. Ostrea: circeis Miseni oriunť echini. ordo āt ē mōtanus. callebat dep̄hendere prīo morsu: an ostrea nata forēt Circeis: an ad saxū lucrinū: an edita eēnt fundo rutupino. ¶ Ad saxū lucrinū: hoc ē ī lacu lucrino: nā illic pria fuit ostreoꝝ cōmēdatio: primusq; Sergius Orata: ut scri. Pli. li. ix. optimū saporē lucurinis adiudicauit: alibi capta ī lucrinū aduehebanť: ut illic saginarenť. Idem. Pli. autor Martialis. Ostrea Tu sumis stagno saturata lucrino. Lacus āt Lucrius ī Cāpāia ē. ¶ Saxū. i. rupes lucrias. ¶ Rutupio. s. i. ex mari britānico: nā ostrea britānica īuēta fuere post lucrina. Pli. li. ix. Nōdum Britānica seruiebāt littora: quū Orata Lucrina nobilitabat. Ex extremis. n. maris tractib⁹ q̄rebanť pisces. Vnde Vitelius ī dedicatōe patiæ suæ a Carpathio usq; freto hispāiæ p nauarchos ac Triremes pisces cōqsiuit. Sene. nō ē necesse pscrutari p fūdū: nec strage aīaliū uētrē onerare: nec Cōchylia ultimi maris ex ignoto littore eruere. ¶ Rutupio. Rutupinū āt britānicū significat ab oppido littorali: q̄d docet. Ptolo. li. ii. ubi scri. Catnicoꝝ urbē eē rutupias. Luca. At uaga quū thetis rutupinaue littora feruent. Vnda Caledonios nescit turbata britannos.
Ostrea ¶ Ostrea: pisces sūt cōcha iclusi. Oui. li. v. fast. Ostreaq;. ī cōchis tuta fuere suis. ¶ Echini sūt. Echini ex ge
Echin⁹ nere cācroꝝ ī qbus spinæ ꝑ pedibus. Ingredi his ē ī orbē uolui. Echinus ēt capiť ꝑ theca illa spinosa castanea
Echineis rū. Echineis uero piscis ē paruus: q̄ remorā latini dixerūt. Naues uelis plenis eūtes retinere dr̄: si carinis hæserit autor Pli. li. ix. Luca. Nō puppi retinēs euro tōdētes. In mediis echineis aqs. ¶ Semel aspecti: quē semel aspexisset. ¶ Misso: ꝑ dimisso. ¶ Cōcilio: sēatorib⁹. ¶ Arcē. a. bñāt arcē appellauit. nā: ut autor ē Asco. Arx ex dr̄ uel se
Arx des tyrāni uel editus ī ciuitate & mūitior ad salutē ciuiū locus. Vñ Vir. Quo res sūma loco pāthu: q̄ p̄hēdim⁹ arcē? ¶ Traxerat: hoc uerbo ostēdit eos īuitos seq īpatorē ob eius sæuitiā. ¶ Attōitos: anxios: & q sibi timerēt ob eius crudelitatē. ¶ Tāq̄. de ca. legēdū ē de Cattis nō getis ad historiā. n. respicit. Nam de Cattis: Dacisq; post uaria p̄lia duplicē triūphū egit. Trāqllus & Euse. autores. Sta. lib. i. Syluaꝝ Das Cattis Dacisq; fidem. Eutropius: de expeditiōib⁹. Domitiāi sic scri. Expeditiōes q̄ttuor habuit: unā aduersus Sarmatas: alterā aduersus Cattos: duas aduersus Dacos. Sūt āt Catti populi germaniæ Sycābris finitimi: q īdigētia laborāt: autor ē Stra. lib.
Catti vii. Eos īchoaŕ ab Hericinos saltu scri. Taci. Sycābri germāiæ sť populi īter rhenū & albin flumē: siti ad oceanū: de qbus multa Cæ. ī cōmētariis: & Tacitus ī li. de situ germaniæ. ¶ Toruis: terribilibus a terrēdo: q̄si terui. ¶ Epistola an. hoc ē q̄ res afferat tristes: & calamitosas. ¶ Pēna. p. hoc ē: q̄ p auē eēt allata. Nā quū celeriter aliqd nūciādū eē: didicere antiq auibus litteras alligare: q̄s uolātes pferebāt. Pli. de Colūbis sic scri. li. x. Quin īternūciæ ī magnis rebus fuere: & epistolas annexas eaꝝ pedibus obsidione mutinēsi ī castra ptulere. D. Bruto mittēte: qd uallū & uigilū obsidio: atq; ēt retia amne p̄tēta ꝑfuere Antro p cœlū eūte nūcio. ¶ Atq. u. h. p. utinā ī qt tēpora īperii sui potius cōsumpsisset ī his nugis: nec abstulisset nobiles & illustres ciues. ¶ Hic. n. his deliberatiōibus: q̄les fuerūt de coquēdo pisce. ¶ Quibus. s. tpibus. ¶ Abstulit: necādo. s. ¶ Illustres. a. nobiles & illustres ciues: Cōplures. n. senatores: ī iis: aliquot cōsulares īteremit: ex qb⁹ ciuicā cerealē ī ipō asiæ ꝑcōsulatu: Saluidienū: Orfitū: Aciliū: Clabrionē: quos prius exilio īsulari mulctatos īteremit: q̄si nouaꝝ reꝝ molitores: ceteros leuissima quēq; de cā: Aeliū: Lamiā: Saluiū: Coccianū: Metiū: Pōposianū: Salu. Lucullū: Iuniū rusti. & multos alios. Lege Trāql. de eius sæuitia. & Euse. ¶ Impūe: nullo existēte: q tātā crudelitatē ulcisceret. ¶ Sed periit: postq̄ sensus ē. Dū sæuit ī nobilitatē hūc & illū necādo: nēo īuētus ē: q eū īterimeret: sed post q̄ cœpit sanguine plebeio manus suas cōtaminare: statī īuētus ē īterēptor. Nā a Stephano Domicillæ flauiæ ꝑcuratore: parthenioq; cubiculario cæteris cōspiratis cūctātibus ē occisus ī cubiculo. De parthenio tāq̄ cubiculario domitiāi sic meminit Mar. Musæ ptheniū rogate ur̄m. Admittat timidā breuēq; chartā. Intra limina sanctioris aulæ. Nr̄i tpa tu iouis sereni: lege Tranqllū. ¶ Cerdōib⁹: hoc ē plebis & uilissimis hoib⁹: nā cerdo. is appellaŕ: q artificio
Credo & lucro uictū q̄rit κερδοσ. n. lucrū significat κερδαινω lucror. ¶ Hoc no. s. sæuiuisse ī cerdones: & hoies tenuis fortūæ. ¶ Madēti cæ. lamia. hoc ē cæde nobiliū. Nā. Lamias posuit ꝑ oībus nobilib⁹ respexitq; ad historiā. Aeliū. n. Lamiā īteremit ob suspiciosos: & ueteres: & īnoxios iocos: Autor Trāqll⁹. Lamiæ gēus duxerūt ab lamo: q ut tradit Home. ī odyssea caietæ regnauit. Sili⁹. Et regnata lamo caietæ. Ora. Aeli uetusto nobilis ab Lamo.

SI te propositi: multi tēporibus Poetæ amicitias nobilium & diuitum sequebantur: & uilissimis quibusq; officiis cœnas captabant: in quo uitæ instituto uersantem Trebium amicum suum poeta monet: deterretq;: ne tale genus uitæ sectetur: ostendens superbe cōtumelioseq; a diuitibus accipi pauperes. Sicq; notat auariciā sui tēporis. ¶ Si te ꝑpositi nondū pudet: & ordo est sensus: O trebi ego nihil noui frugalius uentre: quasi dicat modicis potes esse contentus. Sed tamē putemus hoc ipsum modicum quod potest sufficere inani aluo defecisse tibi: nonne potes mendicare? hoc autem dico. Si te non pu



det propositi tui: ut uelis sequi mensas nobilium: & si potes pati: quæ nec Sarmētus: nec galba scurra tulissent: quamuis tibi testi iurato: q; scilicet non te pudeat: & possis fere tot contumelias non audeam credere: sicq; ostendit tollerabilius esse mendicare: q̄ cōtumeliosas sequi mensas nobilium: ubi tanto excipiuntur ludibrio. ¶ Nondum pu. ut uelis mensas nobilium sequi. ¶ Aliena: qua aliena mensa. & repositorio alieno: nam quadra repositoriū appellatur a forma quadratum: ubi incisa reponūtur obsonia: quod ostendit Vir. in æne. Patulis nec parcere quadris. Fatalis crusti: ac si dicat repositoriis. Capitur & q̄dra pro frusto: ueluti q̄drato: ut est apud Mar. Quū mittis turdūq; mihi q̄dramq; placētæ. Bucellas misisse tuas te pontia dicit: quadram ergo idest frustū placētæ quadratum. Ora. in epist. Et mihi diuiduo findetur munere quadra. Sene. de beneficiis. Quis beneficium dixit quadram panis aut stipem æris abiecti: aut ignis accendendi factam potestatem. Mart. li. xii. in uacerram. Nec quadra deerat casei tolosani. ¶ Nec sar. ini. Sarmentus eques fuit romanus scurrilitate notissimus p hoc augusto Ce. gratissimus: de quo meminit sic Ora. in saty. nunc mihi paucis Sarmenti scurræ pugnas messiq; cicerri. Musa uelim referas. Eius etiam meminit Plutar. ī Antoniū. ¶ Galba: item scurra. Mart. Ille suo felix cesare galba uetus alibi. qui galbam salibus tuis: & ipsum posses uincere testium caballum. ¶ Tibi iurato: hoc est: qui iuraueris ī actiua ē significatiōe. Est. n. ex his uerbis neutris: quæ antiquitas duplici inflexit præterito: ut prādi pransus: cœnaui cœnatus: placui placitus: nupsi nuptus: iuraui iuratus. Cic. in offi. Quum uero iurato sententia dicenda est. Ora. in episto. Per sanctum iuratus dicat osyrim. Credite. ¶ Testi: illud minime est admittēdum ut Testi sit uocatiuus: q; testius Caballus scurra fuerit: de quo dictū: nō enī ad Testium scribit: sed ad Trebiū: p̄terea illd̄ apud Mar. nō testiū sed tectiū. Caballū legendū est. ¶ Nulla crepido: nullū saxū nullus locus eminēs ubi solēt mēdici cōsidere: Nā crepido capiť ꝑ loco excelso & sumitate excelsi loci unde Sene. ad Luciliū. Itaq; caligabit: si uastā altitudinē ī crepidine eius cōstitutus despexerit. ¶ Tāti

Quadra — Iuratus — Crepido

Iunii Iuuenalis Aquinatis Satyra Quinta.

SI te propositi nondum pudet: atq; eadem est mens
Vt boa summa putes aliena uiuer q̄dra
Si potes illa pati: quæ nec sarmentus iniquas
Cæsaris ad mensas: nec uilis galba tulisset.
Quāuis iurato metuam tibi credere testi
Ventre nihil noui frugalius: hoc tamē ipsum
Defecisse puta: quod inani sufficit aluo.
Nulla crepido uacat? nusq̄ pōs? & tegetis pars
Dimidia breuior? tanti ne iniuria cœnæ?
Tam ieiuna fames? cum possis honestius illic
Et tremere: & sordes farris mordere canini?
Primo fige loco: quod tu discumbere iussus
Mercedem solidam ueterum capis officioꝝ.
¶ Fructus amicitiæ magne cibus: iputat hūc rex
Et quāuis rarū tamen imputat: ergo duos post
Si libuit menses neglectum adhibere cliētem.
Tertia ne uacuo cessaret culcitra lecto.

ne in. cœ. est ne tanti facienda cœna illa iniuriaꝝ plena: ut debeas pati tot cōtumelias. ¶ Fames ie. hoc est cœna illa: ubi tibi famē sedare non licet. ¶ Illi: in locis mēdicantiū. ¶ Sordes far. cani. i. panē sordidū caninū. hoc est q daŕ canibus. Var. in re ru. panē ordeaciū canibus dandū putat. ¶ Prīo. fi. lo. ꝑponit incōmoda & cōtumelias qbus afficiť in cœnis diuitū: putat inqt diues amplissimā tibi laboꝝ mercedem rependisse: si tibi unā dedit cœnam. ¶ Fige: pone: & statue iam hoc. ¶ Primo lo. s. contumeliaꝝ. ¶ Fructus ani. ordo est: cibus est fructus magnæ amicitiæ: magnā amicitiā appellat diuitis: sicut post hūc. Magni delator amici: & alibi. In quoꝝ facie miseræ magnæ sedebat Pallor amicitiæ. i. iperatoriæ: & potentis hominis. ¶ Rex: diues: de quo prima saty. diximus. Rex hoꝝ. ¶ Imputat: obiectat. Sene. de beneficiis. Ministeriū ē serui: quē conditio sua eo loco posuit ut nihil eoꝝ quæ præstat imputet superiori. ¶ Et quāuis rarum. s. cibum: licet īquit te raro uocet ad cœnam: id tamen tibi imputat & obiicit. ¶ Ergo duo: ordo ē. Ergo diues ait simus una. ¶ Tertia cul. tertio lecto. ternis enim lectis cœnabant antiqui: unde ut alibi ante diximus triclinium græce appellatur: non solum ipsi tres lecti: sed & locus ipse ubi cœnabant. Oratius. Sepe tribus uideas lectis cœnare quaternos. ¶ Culcitra: autem appellatur: q; aut plumis: aut tomento repleatur & inculcetur. Cicero in. iii. Tuscula. Eripiamus huic ægritudinem: quomodo collocemus in culcitra plumea. Lampridius in Antonino heliogabalo. Nec cubuit in accubitis facile nisi his quæ pilum leporinum haberent: aut plumas perdicum subhalares sæpe culcitras mutans. Culcitra

☞Votorũ sum.exclamatio poetæ:quũ in uanos cliẽtũ labores:tũ in sui tp̃is auariciã:hæc ẽ iq̃t sũma uotorũ.i. uotorũ & desideriorũ tuorũ:merces & retribuitio.☞Quid ul.q̃ris : hæc ĩ derisum ipsius cliẽtis nõ ne hoc magnũ ẽ p̃miũ:qd ultra ẽ q̃rẽdũ quũ hoc sit satis.☞Hẽt tre.Ironicos legũtur:quũ capiat inq̃t tãtã mercedẽ Trebius hẽt sane qd debeat rũpere somnũ:& sequi diuitẽ in officio salutandi.☞Ligulas di.so. Nã q̃ pperabant ad salutãdũ:nõ poterãt se colore:unde Mar.li.iii.Horridus ut primo sp te mane salutẽ.Per mediũq; trahat me tua sella lutũ.☞Ligulas.Festus Põ.ligulã scri.eẽ p̃tẽ quãdã in calceo ad similitudinẽ linguæ exertæ: hãc pperantes

Ligula

demittebãt:erat ẽt genus gladii Lingula.Geli.Ligulã itẽ accipimus p genere mensuræ: & coclearis p diminutionẽ a ligua eiusdẽ significatiõis Pli.li.xx.ca.xxiii.Sũt q comitialibus morbis dãdũ putãt linguæ mẽsura: est.n.istrm ad sĩitudinẽ coclearis.nisi qa coclear cõcauũ ẽ: lingua uero plana ẽ & oblõga ĩ spẽm linguæ:Mar.ĩ distichis de ligula diminutiuo. Quãuis me ligulã dicãt æqtesq; patresq;.Dicor ab ĩdoctis lingula grãmaticis.☞Peregerit or.officiũ salutãdi pfecerit.☞Sideribus du.ut adhuc non facile cognosceret an dies:& lux uicina foret.☞Aut il.tpe.i.iã appropinquãte die:quo tpe plaustrũ pegit cursũ suũ in septẽtrionẽ:Prop. Quũ iã.Eiectãt Icarii sidera tarda boues.☞Frigida sar.i.Plaustra septẽtriona ia.☞Bootæ.i.bubulci.Nã q de astrologia scripserunt: tradũt septẽ stellas eẽ ĩ cœlo:ex qbus duæ:q̃ pariles : & maxie ĩ uno loco uident p bobus haberent.Reliq̃ uero qnq; figurã plaustri simularẽt:&qd pximũ ẽ:his signũ bootẽ appellari uolũt.☞Pigri : hoc est ex rõne speræ dictũ:nã quũ modico flectat gyro circa polũ septen

Vna simus ait:uotorum summa:quid ultra
Q uæris? habet trebius pp qd rũpere somnũ
Debeat:& ligulas dimittere solicitus:ne
Tota salutatrix iam turba peregerit orbem
Syderibus dubiis:aut illo tempore: quo se
Frigida circumagunt pigri sarraca bootæ
Q ualis cœna tamẽ? uinum qd succida nollet
Lana pati:de conuiua corybanta uidebis
Iurgia proludũt:sed mox & pocula torques
Sautius:& rubra deterges uulnera mappa.
Inter uos quotiens:libertorumq; cohortem
Pugna saguntina feruet commissa lagena.
Ipse capilato diffusum consule potat.
Calcatamq; tenet bellis socialibus uuam

trionalẽ:nec lõge discedat:ideo piger uocat.☞Vinũ qd suc.nol.la.pa.Conqrit no ide uinu apponi conuiuis: seqt.n.Ipse capillato diffusum cõsule potat. Eadẽ ẽt ẽ q̃rela apud Pli.ĩ.xiiii.loquẽtẽ de Catone redeũte cũ triũpho ex hispania:nõ aliud inqt uinũ bibi: q̃ remiges:ĩ tãtũ dissimilis istis:q ẽt cõuiuis: alia q̃ sibimetipis ministrãt:aut pcedẽte mẽsa piiciũt.☞Succida:ea dr lana succida:q̃ succisa ex oue nõdũ ẽ lota:dicta a sudor.De quo

Succida lana

ita Var.ĩ re rust.li.ii. Tõsuræ tp̃s ĩter æqnoctiũ uernũ & solsticiũ quũ sudare ĩcepint oues:a quo sudore recens lana tõsa succida ẽ appellata.☞Corybãta ui.iã inqt putabis de cõuiua ĩportũa ministrãtiũ uexatiõe eẽ ĩsanũ & furẽtẽ:q̃les erãt corybãtes:q ita sũt appellati:q; ĩter saltãdũ capita iactarẽt:qd coryptim dr: quos Betarmonas uocat.Home. Euge age pheacũ Betarmones egregii ad sunt.Hinc q capita saltãdo iactãt:& numine aspirant:

Corybãtes

Betarmones

& furiis agitant corybãtiare dicimus:ii ãt existimant iidẽ fuisse:q & curetes:Iouis in Creta educatores : q quia alẽdi Iouis curã gesserũt Curetes nominati sũt.Nã dicũtur ĩ ida mõte:quũ iuppiter ĩfans nutriret:ne uox ei⁹ uagiẽtis audiret a Saturno:tympana & cymbala pulsasse.De qbus multa Stra.i.x.Alii uero tradũt Corybantes dictos eẽ a pupillis oculorũ siue gẽis: q̃s græci κοραϲ uocãt: q; ipsi quũ custodes eẽnt Iouis nõ mõ excubare:sed ẽt aptis oculis dormire cogebant:huic natũ uicio ex fabula uocabulũ: ut q leporũ mõ somnũ caperent oculis patẽtibus ita noiarent.Ser.li.iiii.☞Iurgia: uerborũ cõtẽtiones ĩde ẽ iurgare & obiurgare nõ sine differẽtia:ut iurgare sit uerbis cõtẽdere:& ueluti altercari.Obiurgare uero rep̃hẽdere:unde ẽ illud apud Apul.ĩ prima apologia.Rhetori iurgãti:an philosopho obiurgãti.Rhetor.n.ĩ actione causarũ uerbis cõtẽdit:ac pstrepit philosophus uero hoium delicta obiurgat.☞Proludũt:pcedũt tanq̃ futuræ pugnæ pludiũ.☞Torques in ministros:a qbus pulsatus fuisti.☞Mappa: genus est mãtilis ad usum mẽsarũ.Ora.in epistolis loquẽs de cõuiuiis sic.Varius mappa compescere risum.Vix poterat.Idẽ in epistolis.Ne turpe toral:ne sordida mappa.Corruget nares:& ut alibi in sequẽtibus dicemus:quũ publice ostẽdebat:erat signũ futurorũ ludorũ circẽsiũ:iterea megalesiacæ spectacula mappæ.☞Rubra:quæ ex uulnere facta ẽ rubra.☞Lagena: uas tam uinariũ q̃ aquarium.

Corybãtiare

curetes

Iurgare

Obiurgare

mappa

Lagena

☞Sagũtina:hoc est fictili a Sagunto ciuitate hispaniæ:unde uasa fictilia pulcherrima mittebant.Mart.Ficta saguntino Cymbia malo luto. Ea q̃ fictilia erãt:& tanq̃ modici præcii apponebant pauperibus cõuiuiis. Mart. Quæ nõ sollicitus teneat:seruetq; minister. Sume.Sagũtino pocula facta luto.☞Ipse.s.diues.☞Diffusum : expressum:qd postea ĩ uasa diffundi solet in usum totius anni.Vnde Pli.li.xiiii.Protopũ appellat a qbusdã mustũ spõte defluẽs:anteq̃ calcent uuæ:hoc ptinus diffusum lagenis suis deferuere passi. Et alibi ut stati dicem⁹ uina:q̃ eo anno diffusa sunt ĩ ducẽtessimũ annũ seruata fuerũt:idẽ alii diffusa:ita decimo die obterãt. Apulei⁹ lib.ix.de asino aureo.Concurrit unus a cella uinaria nuncians oẽ uinũ:qd olim diffusum fuerat in omnibus doliis feruẽti calore rebulire.☞Consule capilla.uinũ opimianũ intelligit. Nã Lucilio opimio cõsule quo tẽpore Ga.Gracchus Tribunus plebis agrariæ legis pmulgator intereptus est:cœli tẽperies fulsit: quã cocturã uocant solis opere:tanta uini fertilitate & præstãtia:ut q̃ eo anno diffusa sunt in ducentesimum annũ seruata fuerint:redacta in speciem mellis asperi ita ut non sit mirũ ad tempora usq; Iuuena.perdurasse: autor est Plinius libro.xiiii.cap.iiii.☞Capillato:antiquo:nam antiqui intonsi incedebant & capillati. ☞Calcatam.i.uinum qd exit ex uuis calcatis & præssis.Ora.Et prælo domitam Caleno tu bibes uuam.☞Bellis so.i.quo tempore fuit bellum sociale:quod ob hanc causam excitatum est. Nam quum senatus autore Liui.lib.lxx.&.lxxi.impotentiam equæstris ordinis in officiis exercendis ferre nollet:omni ui niti cœpit: ut ad se iudicia transferentur M.Liuius Drusus Tribunus Ple.causam senatus suscepit.Itaq; ut maioribus uiribus eam tueretur : socios &

Protopum

Cã belli socialis

italicos populos spe ciuitatis romanæ solicitauit.Iisq; adiuuãtibus p uim legibus agrariis frumentariisq; latis legẽ quoq; iudicialẽ tulit:ut æq̃ parte iudicia penes senatũ:& æquestrẽ ordinẽ eẽnt:quũ deinde pmissa sociis ciuitas p̃stari nõ posset.Irati italici defectionẽ agitare cœperũt:pp qd.M.Liuius Drusus ẽt senatui inuisus factus uelut socialis belli autor ĩcertũ:a quo domi occisus ẽ.Cõtra ãt matrẽ & parẽtẽ suã urbẽ:oẽ latiũ:atq; picenũ. Aetruria oĩs atq; cãpania postremo italia ɔsurrexerũt.Eo bello nihil unq̃ fuit calamitosius.☞Amico cardiaco.i.laborãti dolore cordis καρδια.n.cor significat:cardiacis ãt uino optimo maxime succurrit.id ãt mor

Cardiacus

Cardiaco nunq̃ cyatum missurus amico
Cras bibet albanis aliquid de montibus: aut de
Setinis:cuius patriam:titulumq; senectus
Deleuit multa ueteris fuligine testæ.
Q uale coronati thrasea heluidiusq; bibebant.
Brutorum & cassii natalibus : ipse capaces

bi gẽus nihil aliud ẽ q̃ nimia ĩbecillitas corpis: q; stomacho lãguẽte ĩmodico sudore digerit.Hæc celsus li.iii.Sene.ad Lucil.Bibere & sudare uita cardiaci est Pli.ait.Cor eius cremari nõ posse q tali morbo pierit.☞De mõti.al.uinũ albanũ ĩtelligit prædulce.Albanæ.n.uuæ:ubi uicinæ p̃dulces sũt:ut scri.Pli.lib.xiiii.ca.vi.☞De se.diuus Aug.setinũ p̃tulit cunctis: dictũ a Setia ciuitate cãpaniæ.Mar.Pedula pontinos q̃ spectat Setia cãpos.Exigua uetulos misit ab urbe cados.☞Titulum:ĩscriptionẽ:q̃ uasis adhiberi solet.

Setinũ uinum

☞Multa fu.multa nigricie.Nã fuligo dr nigricies oĩs:q̃ ex fumo puenit q̃si fumigo.Apul.in prĩa apologia.Parietes fuligine deformatos ait.i.fumigatos.☞Veteris te.uasis Ora.Quo semel ĩbuta est recẽs seruabit odorẽ. Testa diu.Nã apud ueteres uina uasis fictilibus cõdebant : obturabantq; gypso:lege Pli.li.xiiii.unde sæpe est apud poetas uasa lini:ut illud Terẽ.Vasa oĩa releui.i.apui:remoto gypso:ẽ.n.releui p̃teritũ a relino.Appellatiõe ãt testæ ĩtelligimus & uasa ĩtegra:& uasorũ fragmẽta.☞Trasea he.bi.adeo uterq; libertatis studiosus fuit ut natalẽ diẽ brutorũ & Cassii:q patriã a tyrãnis liberauerãt:sũma poculorũ hilaritate celebraret.Petus Trasea patauinus fuit:cui Nero:ut Tacitus scri.ĩfensus ualde factus ẽ:q.s.senatu egressus eẽt:quũ de Agrippina referret:& q Iuuenaliũ ludicro parũ expectabilẽ operã p̃buisset.ea.n.offensio altius penetrabat:qa idẽ Trasea Patauii:unde ortus erat:ludis cæsticis a Troiano anthenore ĩstitutis:habitu tragico cecinerat.Die quoq; quo p̃tor Antistius Sosianus ob factita ĩ Neronẽ pbrosa carmĩa exilio mulctatus ẽ:mitiora cẽsuit:obtinuitq; & quũ diuini honores poppeæ decernerent:spõte absens funeri nõ ĩterfuit.Nec poppeã deã credidit:ob q̃ Nero:stimulãte:Capitone:Cossutiano: Traseæ inimico eũ ad necẽ cõpulit:uenis.n.utriusq; brachii excisis:uitã cũ sanguine amisit talibus uerbis usum capitonẽ Cossutianũ tradit Tacitus contra traseã.Frustra Nero Cassiũ amouisti:si gliscere & uigere Brutorũ æmulos passurus es: Trasea ãt fuit socer Heluidii:de quo ita Tacitus.☞Heluidius:priscus regiõe Italiæ:Terracine municipio:eluuio p̃re:q ordinẽ primipili duxisset:ĩgeniũ illustre:altioribus studiis iuuenis admodũ dedit:nõ ut pleriq;:ut noĩe magnifico:segne ociũ uelaret:sed quo firmior aduersus fortuita rẽp.capesseret:doctores sapiẽtiæ secutus ẽ:q sola bona:q̃ honesta:mala tm̃ q̃ turpia nobilitatẽ cæteraq; extra aĩum:neq; bonis:neq; malis annumerabat.Quæstorius ad hũc a peto Trasea gener delectus a morib⁹ soceri nihil æq; ac libertatẽ hausit:ruina soceri ĩ exiliũ pulsus a Nerone Apolloniã cõcessit:ut Galbæ principatu rediit:Marcellũ Ebriũ delatorẽ Traseæ accusare aggredit:hic postea Vespasianũ ĩ studio libertatis offẽdit:ut putaret id optante auũculo Claudio pristinũ libertatis statũ posse reuocari:quo noĩe reus:ac p̃ter spem absolutus ẽ.Hi ergo duo Trasea & Heluidius:Brutorũ æmuli fuerũt ĩstuẽda libertate.Hæc ãt historia inserta est a poeta:nõ tã ut bonũ uinũ designaret:q̃ ĩ ĩuidiã Domitiãi:q ut tradit Suetõius Iuniũ rusticũ necari iussit: qm̃ peti Traseæ:& Heluidii laudes ediderat:appellaueratq; eos sãctissimos:p̃terea eadẽ de causa philosophos oẽs ab urbe expulit:& Heluidiũ Heluidii filiũ sustulit.☞Coronati:nã in solẽnibus cõuiuiis romani epulabãt coronati:sũpta cõsuetudine a Ionibus populis asiæ:q unguẽti coronarũq; in cõuiuio dandarũ:& secũdæ mensæ ponẽdæ cõsuetudinẽ haud parua luxuriæ instrã:ut tradit Valerius:reperierunt:Verũ eũ morẽ hoĩes prius accepisse uident a pmetheo:q quũ ab Ioue uinculis liberatus fuisset:in mõte caucaso coronã habuisse fert : ut se uictorẽ ĩpune pecasse diceret.Itaq; hoĩes in maxima lætitia uictoriaq; coronas hẽre cõstituerũt.Idẽq; maxime in exercitationibus cõuiuiisq; est custoditũ.Lege Higinũ.☞Brutorũ:& iunii.s.Tarquiniũ superbũ eiecit post stuprũ Lucretiæ.Et Decii:qui una cũ reliqs coniuratoribus Iuliũ Cæsarẽ in senatu confodit.☞Cassii:nã & Cassius unus fuit ex ĩterfectoribus Cæsaris studio libertatis.☞Ipse capa.Ordo ẽ ipse uirro tenet phialas:appositiue capaces crustas heliadũ:& inæquales berillos.Sicq; designat Electrũ:ex quo uasa potoria magni p̃cii fiebant:id aũt erat aurũ:ubi qnta argenti portio inerat.Nam quũ oĩ auro insit argentũ uario põdere:alibi dena:alibi nona:alibi octaua parte.Vbicũq; argẽti qnta portio inest:electrũ uocatur:ut scri.Pli.lib.xxxiii.ca.iiii. Ex electro in lindo ĩsula rhodiorũ Helena sacrauit calicẽ Mineruæ mãmæ suæ mensura.Electri natura est ad lucernarũ lumina clarius argẽto splẽdere.Id poeta prosequit:qd græci mendaciorũ affectatores finxerunt:qd nr̃i postea imitati sunt.Phaetontis fulmine icti:sorores fletu munitas in arbores populos lachrymis electrũ oĩbus annis fundere iuxta Eridanũ amnẽ:quẽ padũ uocamus:& electrũ appellatũ:quoniã sol uocitatus sit electros.Qd esset falsum italiæ testimonio patet:neq; enĩ in Italia ex arboribus fluere electrũ constat:licet Ouid. græcos imitatus dixerit.Deq; ramis electra fluunt:quæ lucidus amnis.Excipit:& nuribus mittit gestanda latinis.Vnde & Mar.lib.iiii.græcos secutus ita dicit.Flentibus heliadũ ramis dũ uipera serpit.Fluxit in obstantem succina gemma feram.Quæ dum miratur pingui se rore teneri.Concreto riguit tecta repẽte gelu.Nam succino siue electro illo ex arboribus destilante: animalia plerunq; corripiebantur : quæ ita inclusa perpetuo uiuere uidebantur.Marti.in eodem lib.Et latet & lucet phaetontida condita gutta.Vt uideatur apis nectare clausa suo.Heliadum igitur sororum phaetontis:quæ in arbores populos fletu nimio mutatæ sunt : ex quibus electrum fluat:& inde calices fiãt.Helios.n.sol appellat.De electro & succino multa.Pli.lib.xxxvii.cap.ii.

Fuligo

Testa

Coronati in cõuiuiis

Electrũ

Berilli ¶ Inequalesq; berillos: Nam berilli: aliiq; lapides præcioſi poculis aureis inſerebantur. Berilli autē coloris ſūt chryſtalli: ſed craſſioris: de hoc Mar. Et fœlis niueum puſtula uincit ebur. Inæquales dixit: quia ut teſtat. Pli. lib. xxxii. ſex angulari forma poliebantur: ut color repercuſſu angulorum excitaretur. Hos autem mittit idia. ¶ Tibi non cōmittitur aurum: hinc apparet electrū eſſe ex genere auri. ¶ Virro: nomen fictum diuitis. ¶ Qui numeret gēmas: Gēmatos calices intelligit. Nam poculis aureis gēmæ inſerebant: & præcipue ſmaragdi: qui ſcythici dicuntur. Pli. phocēmio lib. xxxiii. Nec hoc fuit ſatis: turba gemmaꝝ potamus: & ſmaragdis teximus calices: ac temulētiæ cā tenere indiā iuuat. Mar. Gēmarū ſcythicis ut luceat ignibus aurū. Aſpice quot digitos exuit iſte calix. ¶ Gēmas: iſertas. ſ. calici. ¶ Da ueniā: ironicos: non eſt inquit mirum ſi tam acurate cuſtodiunt pocula: nam illic ſunt iaſpides præcioſi: q merent cuſtodiri: ficq; īmoderatā ſui temporis luxuriam taxat: & nimias delicias. ¶ Iaſpis. Lapis ē qui uiret: & ſæpe tranſlucet: plurimæ ferūt eā gentes: & in agro nſo Brixiano maxīa eſt uarii generis copia: ſed quū diuerſoꝝ ſit coloꝝ: optima eſt illa: quæ purpuraæ quicq hēt. Secunda q roſæ. Tertia q ſmaragdi. ¶ Nam multi: tanta inqt eſt Lautitiæ affectatio apd Romanos: ut multi lapidibus pcioſis: qui in digitis geſtandi ſunt: Calices ornent. ¶ Quas in uaginæ: ſolebat inqt Aeneas Troianus talibus lapillis nō pocula ſed uaginā gladii adornare: ut per Aeneam intelligas oēm antiqtatē: quā oſtēdit a deliciis penitus fuiſſe abhorrentē: ut ſic mollicie ſui ſæculi dānet: elegāter ät Aeneā noīauit: utpote a quo Romani originē traxerunt: ac ſi dicat eos a ueſtigiis maioꝝ multū declināſſe. ¶ In fronte uaginæ: in ſupficie & parte exteriore uaginæ: alluſit aūt ad illud Virg. Stelatus iaſpi de fulua Enſis erat. Iuuenis: Aeneas. ſ. ¶ Prælatq; hiquē Diodo. Hiarbæ regi Libyæ in amore ppoſuit. Spto. n. Hiarba nupſit Aeneæ. ¶ Zelotypo: Aemulo

Zelotypus Zelotypus. n. dici pōt æmulator formæ. Nā ζηλοσ æmulatio eſt τυποσ forma: qui ergo ita amat: ut timeat: ne qs amore ſuo fruat Zelotypus eſt. Zelotypia diffinit a Chryſippo: ægritudo aī ex eo proueniens: qđ timeas: ne adſit alteri: qđ cū nemine uelis hēre cōmuno. ¶ Tu beneuentani ſutoris: Tu quū uoles bibere: calices nō habebis aureos: ſed uitreos & deformes. Nam uatinius qdā beneuentanus ſutor uitrearius fuit: cuius calices uitrei & deformes erāt. Mar. Vilia ſutoris calicē monumenta uatini. Accipe: ſed naſus longior ille fuit. De uatinio ita ſcribit Cornelius Tacitus loquēns de Nerone: Apud Beneuentum interim conſedit: ubi gladiatoriū munus a uatinio celebre edebatur. Vatinius īter ſoꝛdiſſima eius aulæ oſtenta fuit ſutrinæ alūnus: corpore detorto: facetis ſcurrilibus: primo inter cōtumelias aſſumptus: dehinc optimi cuiuſq; criminatione eo uſq; ualuit: ut gratia: pecunia: ui nocendi iter maximos emineret. Poeta autem in contemptū uatinii fœdiſſimi hoīs: calices eius nominat magis q alterius opificis. ¶ Nomen ſutoris: nam calices uatiniani appellabantur a noīe ipſius uatinii. ¶ Naſoꝝ quattuor: quattuor roſtroꝝ: ut ſi deſcriptio uaſis. Nā ita protenſis q̄ttuor roſtris inſtar naſoꝝ fingebantur: unde eſt illud Mar. in diſtichis. Vilia ſutoris calices monumenta uatini. Accipe: ſed naſus longior ille fuit. ¶ Poſcentem ſulphura: Nam uitrū ruptum ſulphuratis pmutabatur. Mar. Qui pallētia ſulphurata fractis. Permutat uitris. Statius in ſyluis li. ii.

decocta Quiq cōminutis pmutat uitreis gregale ſulphur. ¶ Decocta: aqua cocta abſolute dicit decocta. Scribit Plini. lib. xxxi. cap. iii. Neronis principis iuuentū eē decoquere aquā: uitroq; demiſſam in niues refrigerare: ita uoluptas frigoris cōtingit ſine uitiis niuis. Vnde Mar. Non potare niuē: ſed aquā potare rigentē. De niue cōmenta eſt ingenioſa ſitis. Sene. lib. xv. ad Luciliū. Quid tu illā æſtiuā niuē nō putas callū īterioribus obducere: appellat ät niuē æſtiuā: q̄ decocta retrigerabat. Didicerunt. n. luxuria monſtrāte romani: ut docet Sene. ad Luciliū: niues tpe æſtatis: locis ſubterraneis cuſtodire. ¶ Pruinis geticis: hoc eſt ſcythicis: ac p hoc frigidiſſimis: ubi ꝑpetua ſūt frigora. Nā getæ populi ſūt ſcythiæ. ¶ Nō eadē: ordo eſt: ego mō q̄rebar uina pomi uobis nō eadē: q̄ ponebant dño ſed eādē aquā cū diuite nō potatis. ¶ Vos aliā poaq; frequēs eſt cōqueſtio apud Martialē: cliētes paribus cū dño nō excipi dapibus: ut illā in. iiii. li. ī pōticū. Quū uocor ad cœnā nō tā uenalis ut ante. Cur mihi nō eadē q̄ tibi cœna daſ? ¶ Curſor: nō delicatus picerna: ſed q iter ſeruos ē curſor: & q officiū hēt eūdi quocūq;

A pedibus missus fuerit a dño: ii ēt a pedibus dicebāt Mar. Curſoꝝ ſexta tibi ruffe remiſimus hora. Carmina quē madidū nſa tuliſſe reor. Idē in. iiii. Sed tuta fœno curſor oua portabat: nā mira erāt pedū ꝓnicitate Spartianus ī uita cōmodi ſcribit: eū curſoribus ſuis exēplo cupidinū alias frequēter appoſuiſſe: eoſq; uentoꝝ noībus ſæpe uocitaſſe. Boreā aliū: aliū notū: & itē aquilonē: aut circiū: cæteriſq; noībus appellans. Et ideſeſſe atq; inhumaniter faciēs curſitare. ¶ Getulus: ex getula africæ regione. ¶ Manus oſſea. i. æthiops ipe oſſeus: nā æthiopi manus & reliqua corpis mēbra ſūt exilia & ſine pulpa. ¶ Nolis occurrere: uerreris. n. ne manes eēnt alicuius: q ex buſtis

Monumenta exiſſent. ¶ Monumēta: ſepulchra dicta a monēdo: q̄ moneant nos mortuoꝝ & maioꝝ nſoꝝ: unde & monumēta dicimus q̄cūq; nobis memoriā alicuius rei relinquūt. ¶ Latinæ: de uia latina dictū in calce priæ Satyræ.

Heliadum cruſtas: & inequales berillos
Virro tenet phialas: tibi non cōmittitur aurū
Vel ſi quando datur cuſtos affixus ibidem
Q̄ui numeret gēmas: unguesq; obſeruet acu-
Da ueniam: præclara illic laudatur iaſpis. (tos.
Nā uirro: ut multi: gēmas ad pocula tranſfert
A digitis: quas in uagine fronte ſolebat
Ponere zelotypo iuuenis prælatus hyarbæ
Tu bene uentani ſutoris nomen habentem
Sicabis calicem naſorum quattuor: ac iam
Q̄uaſſatū: & rupto poſcente ſulphura uitro.
Si ſtomachus domini fuerit uinoq; ciboq;
Frigidior geticis petitur decocta pruinis.
Non eadem uobis poni modo uina quærebar
Vos aliam potatis aquā: tibi pocula curſor
Getulus dabit: aut nigri manus oſſea mauri.
Et cui per mediam nollis occurrere noctem.
Cliuolæ ueheris dum per monumenta latinæ

¶ Flos aſiæ. i. formoſiſſimus pocillator exaſia. Inde. n. pulcherrimi habebantur ſerui. ¶ Quā fuit cenſus. Nec mirum tanti ſeruum emi: quū ſcribat Pli. lib. vii. cap. xii. M. Antoniū duos pueros eximios forma mercatum fuiſſe ducentis ſeſtertiis. ¶ Cenſus Tulli pugnacis: pluris inquit ſeruos mercanē q̄ fuerint opes Tulli tertii romanoꝝ regis: qui Romulo etiā ferocior fuit: unde pugnacē appellauit de eo ſic Virg. in ſexto. Cui deīde ſubibit. Otia qui rumpet patriæ: reſideſq; mouebit: Tullus in arma uiros: & iā deſueta triumphis. Agmina quem iuxta ſequitur iactantior Ancus. Nam ancus martius quartus fuit rex a romulo: nepos Numæ pompilii ex fi Ancus martiꝰ lia æquitate & religione auo ſimilis. Hi aūt pauperes fuere reges. ¶ Et ne te teneam: ne longo uerboꝝ amfractu te remorer. ¶ Omnia friuola regū romanoꝝ: tantum inquit ſpendunt in emendis ſeruis: ut oēs regum romanoꝝ facultates talibus pciis ſint inferiores. ¶ Omnia ſunt friuola. i. nullius fere præcii in comparationem eoꝝ: quæ impenduntur in cōparandis ſeruis. Nam friuola: autore feſto: ſūt proprie Vaſa fictilia q̄ſſa: unde dicta uerba friuola: quæ minus ſūt fide ſubnixa. De quo uocabulo plura dixīus in. iii. ſaty. illic. Friuola tranſfert Vcalegon. ¶ Quod quū ita ſit: ut ſerui ſtanti emantur. ¶ Tu getulum ganymedem reſpice: ac ſi dicat non eſt q̄ credas tibi a talibus pocula miniſtrari: ſed reſpice ganymedem getulū. i. pincernam deformē & nigrum: utpote ſole uſtulatum: quē ſupra curſorem dixit. Ganymedē aūt Ironicos dixit. Nam is puer fuit delicatiſſimus Troos regis & Caliores filius: quem iuppiter uenantem conuerſus in aquilā tulit in cœlū: menſæq; ſuæ remota hebe: filia adhibuit pocillatorem. ¶ Sed forma: ſed ætas digna ſupercilio. Nō eſt inqt mirandū: ſi pauperibus abnuit miniſtrare: habet enī formam & ætatem dignā faſtu & grauitate: nā in ſupercilio: ut autor eſt Pli. faſtus & ſuperbia ſedem habet: licet in corde naſcatur. Quādo ad te puenit ille. q. d. nūq; ad te puenit. ¶ Caldæ gelidæq; miniſter. Nā romani habebāt miniſtratores: q domino calidā & gelidā aquā miſcebant urceis: quos miniſtratorios appellabant: de q̄bus Mar. in ulti. Frigida non deeri: non deerit calda petēti. Sed tu moroſa ludere parce ſiti.

Calda Calda aūt ꝓ calida ueteres ſunt uſi. Vnde Quīti. li. ita ſcri. Augu. quoq; in epi. ad. C. Cæſarē ſcriptis emēdatius calidū dicere q̄ caldū mauult: non qa id nō ſit latinū: ſed qa ſit odioſum. ¶ Ecce: particula eſt: q̄ rem aliq̄ nouā & recentē oſtendimus. ¶ Alius: ſubaudi ſeruus & Ecce miniſter. ¶ Mucida: mucore corrupta. ¶ Agitēt: labefaciant. ¶ Genuinū: genuini dētes ſūt hoī nouiſſimi: q citer uigeſimū annū gignunt multis & lxxx. autor eſt Pli. dicti: q̄ agenis: ut ſcri. Feſtus: pendeāt. ¶ Moli ſiligine: Delicatiſſimus panis conficiebat ex ſiligine: de quo Sene. ſic in epiſt. de abſtinentia & tēperantia eſus. Malum panē inqs: expecta: bonus fiet: etiā illū tenerū tibi & ſiligineū fames reddet. Idē de parſimonia uictus: utq; hic panis ſit plebeius an ſiligineus ad naturā nihil ptinet. Pli. lib. xviii. Siliginē dixerim ꝑprie tritici delicias: Panis candor eſt: & ſine uirtute & ſine pudore. Colu. lib. ii. Nec nos tanq̄ optabilis agricolis fallat ſiligo. Nā hoc tritici uitiū eſt: & q̄uis cādore ꝑſtet: pōdere tamē uincit. ¶ Artocopi: hoc eſt panis ſiliginei multo labore cōfecti ut docet cōpoſitio αρτοσ enim panem ſignificat & κοποσ laboꝝ: & licet Pli. multa genera panum noīet: ut oſtrearios: artolaganos: ſpſeuficos: furnaceos: prichos: multoſq; alios: nō tamē Artocopus nomē eſt ꝑprium panis: ſed ipm itelligit ſiligineū q multo labore cōfectus ſit. Græci tamē αρτοκοπον & αρτοκοποιον piſtorē appellāt: artoptā uidet Plau. in Aulula. ꝑ meſa panaria accipere quū ait. Ego hinc artoptā ex proximo utendā artopta peto a Congrione: alii uero putant accipi pro teſta: ubi panis coqueret: facta cōpoſitiōe απτον αρτου quod eſt panis & απτω aſſo: artoptæ meminit & Pli. lib. xviii. ca. xi. ubi locus eſt corrigendus: nam pro artopta ar Locus plinii topteſia ſcriptum eſt. ¶ Salua ſit reuerentia: ſalua dicitur reuerentia: quum non uiolatur: fac inquit in pane illo reuerentiam non amittas: ut ſit non tangas: quaſi cui reuerentia ſit habenda. Verba ſunt poetæ ridentis tā ſuperbas & cōtumelioſas cœnas diuitū. ¶ Finge tamen: hoc eſt ſi te finxeris aliquantulū audacē: ut apprehendas panē: ſtatim adeſt: qui te inclamet: cogatq; deponere eū. ¶ Improbulū: audaculū. ¶ Vis tu conſuetis: uerba ſunt ſerui increpātis: uis ne pané tuū conſuetū cognoſcere: eoq; impleri? legendūq; eſt cū obiurgatoria īterrogatione. Et uis legendum eſt a uolo & non uix. Eſt enī uerisimile: ut quem cogat panem deponere: eum etiā acerbe reprehendat. ¶ Scilicet hoc fuerat: uerba ſunt Clientis conquerentis ꝑ laboribus ſuis æquā mercedem ſi Scilicet bi nō rependi. ¶ Scilicet hoc fuerat: certe inquit hæc tam benigna in cænis tractatio fuerat cauſa: ut tot incōmoda ſuſtinerē. Legendūq; eſt cum Ironia. Nam hæc particula ſcilicet: fere ſemp ironicos ꝑfertur. Vt Perſius Scilicet hoc populo Pexuſq; togaq; recenti. Teren. Id populus curat ſcilicet. ¶ Sæpe relicta coniuge: oſtendit ſe ſæpe ante Lucano tempore relicta coniuge ex lecto ſurrexiſſe: ut diuitem comitaretur euntem ſalutatum.

Flos aſiæ ante ipſum præcio maiore paratus.
Q̄uam fuit & Tulli cenſus pugnacis: & Anci.
Et ne te teneam romanorum omnia regum
Friuola: quod cum ita ſit getulū ganymedem
Reſpice: cum ſities: neſcit tot milibus emptus
Pauperibus miſcere puer: ſed forma: ſed ætas
Digna ſupercilio: quando ad te peruenit ille.
Q̄uādo uocatus adeſt caldæ: gelidæq; miſter:
Q̄uippe indignatur ueteri parere clienti.
Q̄uodq; aliquid poſcas: & qđ ſe ſtāte recūbas.
Maxima quæq; domus ſeruis eſt plena ſuperbis.
Ecce alius quāto porrexit murmure panem
Vix fractum: ſolidæ iam mucida fruſta farinæ
Q̄uæ genuinū agitet nō admittētia morſum.
Sed tener: & niueus. molliq; ſiligine factus
Seruat domino: dextram cohibere memento.
Salua ſit artocopi reuerentia: finge tamen te
Imbrobulum: ſupereſt illic: qui ponere cogat.
Vis tu conſuetis audax conuiua caniſtris
Impleri? paniſq; tui nouiſſe colorem?
Scilicet hoc fuerat: propter quod ſæpe relicta
Coniuge ꝑ montē aduerſum: gelidaſq; cucurri

[Exquliæ] [Exqlia regio] ¶ Exquilias: unus est ex septē collibus urbis: dicte exquiliæ ab excubiis regis: uel ab eo: q excultæ essent a rege Tullo: unde regio exqlina secunda urbis. Lege Varro. ¶ Fremeret. hinc maxime emergit quærela. ¶ Iuppiter uernus. i. aer. Nam iuppiter: autore Varro. aer dicit & cœlum. [Nymbus] ¶ Nymbo. Nymbus proprie appellatur: autore Seneca: pluuia repentina maximo cum impetu. [Penula] ¶ Penula: tempore pluuio sumebatur penula. Aelius Spartianus in primo operis sui limine sic scribit de Hadriano. Tribunus plebis factus est: in quo magistratu ad perpetuam tribunitiam potestam omē sibi factū asserit: q penulas amiserit: quibus uti tribuni pleb. tēpore pluuiæ solebant: Imperatores autem nunq: unde hodie quoq imperatores sine penulis a togatis uidentur: hinc est iocus ille apud Quītilianum. Quum Galla roganti penulam amico respondit: non pluit: non opus est tibi: si pluet: ipse utar. Vulpianus iuriscōsul. scribit: penulam cōmunē esse habitum tam uirorum q mulierum. Tradit Lampridius Alexandrum cōstituisse: ut senatores penulis intra urbem frigoris causa uterentur: quum id uestimenti genus semper itinerarium: aut pluuiæ fuisset. Matronas ītra urbem uti uetuit penulis. Varro ī Virgula diuina scribit: ut est autor Marcellus. Non quærenda est penula hoī: qui habet uirtutem. [Penulæ repertores] Penulæ autem repertores Lacedæmonios fuisse scribit Tertulianus in Apologetico. ¶ Aspice: alium luxū ostendit diuitis: cū maxima cliētis cōtumelia: sunt enī uerba poetæ. Aspice inqt q grandis Squilla paretur domino: tibi autē cammarus tantum. Squilla autē genus est piscis ex genere concharū: de qua sic Cicero ī libro de natura deorū. Pinna uero: sic: enī græce dicitur duabus grandibus patula cōchis cum parua squilla quasi societatē coit comparandi cibi. Oratius satyra octaua. Affertur squillas inter murena natantes. In patina porrecta.

Aesquilias: fremeret sæua quū grādine uernus
Iuppiter: & multo stillaret penula nymbo
Aspice quam longo distendat pectore lancem
Q uæ fert domino sqlla: & qbus undiq septa
Asparagis: qua despiciat conuiuia cauda.
Cum uenit excelsi manibus sublata ministri.
Sed tibi dimidio constrictus cammarus ouo.
Ponitur exigua feralis cœna patella.
Ipse uenafrano piscem pfundit: at hic: qui
Pallidus offertur misero tibi caulis: olebit
Laternam: illud. n. uestris datur alueolis: quod
Canna mycipsarum prora subuexit acuta.
Propter qd romæ cū boccare nemo lauatur.
Q uod tutos etiam facit a serpentibus atris.
Mullus erit domino: quē misit corsica: uel quē

[Asparagus] ¶ Distendat: impleat. ¶ Asparagis: asparagi dicti sunt: q ex asperis uirgultis leguntur: & ipsi scapi asperi sint: non leues: nisi dictio sit græca nam ασπαραγοσ dicitur: hæc Varro. ¶ Qua caudi: quasi quē maxime expetitur. Nam ī squilla & locusta cauda optimi habebatur saporis. Fuisse autem lautæ gulæ docet Suidas: qui scribit Apicium eo cibi genere bona consumpsisse: & eius auiditate in africā nauigasse. ¶ Despiciat: deorsum aspiciat: quum sublimis a ministro feratur: sequitur enim Excelsis manibus sublata ministri. [Cámarus] ¶ Cámarus: est ex genere piscium conchiliatorum: cuius meminit & Mart. Concolor in rubra cámare lance rubes. De eo sic & Lampridius in Heliogabalo. Primus fecit Isitia de piscibus: primus de ostreis & lichostreis: & hmōi marinis conchis: & locustis: & Cámaris: & Scyllis. ¶ Constrictus ouo. Cámari enim immixti ouis coqbant. [Cœna feralis] ¶ Cœna feralis: appositio ē. i. cœna qlis mortuis dabat. Vnde Apule. ī. iiii. Floridorum. Exclamauit uiuere hoiem: procul ignes amoliret: rogū demoliret: cœnā feralē a tumulo ad mēsam referret. [Fera Mors] Ferā. n. ueteres mortē appellauere. [Venafranū oleum] ¶ Venafrano: subaudi oleo. Totus. n. ager uenafranus bonitate olei cōmēdat. Vnde illud Plinianū & uulgo prīcipatū ī hoc quoq bono obtinuit Italia toto orbe: maxīe agro uenafrano. ē āt Venafrū oppidū cāpaniæ. [Venafrum oppidū] De oleo uenafrano Mart. Hoc tibi campani suadauit bachea uenafri. Vnguentū quoties sumis & istud olet. ¶ Pallidus caulis. Nam Brassicæ pallescentes fastidium mouebant. Vnde ut uiriditatem custodirent cum nitro coquebantur Mart. Ne pallentes moueant fastidia caules. Nitrata uiridis brassica fiet aqua. ¶ Olebit laternam. i. oleum: quale laternis solet indi: Nam in usum lucernarum pessimum parat laternam autem posuit p lucerna. ¶ Vestris alueolis: satyrice appellauit patinas pauperis alueolos. Nam alueoli dicunt uasa proprie ex ligno excauata: sic etiam in sequentibus alueolos appellauit. Cuius & alueolos & lenam pignerat atreus: ubi locus est corrigendus: nam pro alueolis albiolos legitur. Ergo uestris alueolis. i. uestris patinis uilibus & ligneis [Alueolus] Alueolus item capitur pro tabula lusoria. Varro. Quales sunt tesseræ: quibus in alueolo luditur. Vocabulum autem deductun uidetur per diminutionem ab alueo: licet illud diuersa significatione accipiatur: nam pro uase ligneo ponitur: quod alio nomine [Solium] solium appellamus: eo utebantur in balneis: unde Ci. in. iiii. Rheto. ad Herem. Deinde ubi uisum est: ut in alueum descenderet. Alueus item capitur pro concauitate fluminis: unde dicimus Alueum Tiberis: Alueum padi. ¶ Canna mycip. i. q ex Numida romam uehitur. Nam Mycispa Masinissæ filius Numidarum. fuit rex: qui mortuus regnum tribus filiis reliquit Adherbali: Hyempsali: & Iugurthæ fratris filio: quem in filium adoptauerat. ¶ Canna acuta prora. i. nauis. Hoc autem dicit: quia ut scribit Pli. lib. vii. cap. lvi. naues fiunt utiles in Nylo ex papyro: & scripo: & harundine: simulq ad id respexit: q in India harundines sunt tantæ proceritatis: ut ex singulis internodiis nauiculæ fiant: quæ alueo nauigabili ternos interdum homines ferant. Autores sunt Pli. lib. vii. cap. ii. Soli. Diodo. Mela. ¶ Cum boccare: tantus inquit est fœtor: olei ut nemo romæ lauetur cum boccare: hoc est cum Numida aliquo. Boccar autem: ut scribit Liui. lib. xxix. ab urbe condita: rex fuit maurorum: fuitque temporibus Masinissæ regis numidiæ: pro quo nunc poeta intelligit omnes Numidas & mauros. ¶ Tutos a serpen. tanta inquit est uis tetri odoris olei: ut serpentes ipsi fugentur. ¶ Mullus erit: piscis est marinus: de quo in superiore satyra. ¶ Corsica: insula est in mari ligustico: alio nomine appellata Cirnus unde. Virgilius in Bucolico. Sic tua Cirneas fugiant examina taxos.

¶ Rupes Taurominitanæ: hoc est Sicilia ipsa. Nam Taurominium oppidum est Siciliæ non longe a Messana olim: naxus uocitatum: autore Solino. ¶ Quando omne: ratio est: q re tam ex longinquo petantur pisces: quoniam inquit iam mare nostrum piscibus est exhaustum: dum gulæ tantopere inseruimus. Vnde & Seneca detestans gulam sic scribit ad Lucilium. Vide quantum rerum per unam gulam trāsituram permiserit luxuria: terrarumq: marisq uastatrix. ¶ Macello scrutante: hoc est piscatore maria quæq uicina explorante. Macellū enim posuit pro piscatore. Est autem Macellum locus ubi obsonia ueduntur dictum: ut sensit Dona. in Terentium a mactādis pecoribus: [Macellum] ut alii uero trudunt a Macello quodam: qui exercebat ī urbe latrociniū: [Macellarii] quo dānato censores Aemylius & Furius statuerūt: ut in domo eius obsonia uenderentur: a quo Macellarii dicti sunt: qui obsonia uenderent: non autem q pecora mactarent: [Lanii] ii enim Lanii & laniones sunt appellati: [Laniena] & laniena locus: ubi mactaretur: de quo plura ante. ¶ Nec patitur. s. gula. ¶ Tyrrhenum: tuscum & romanum. ¶ Instruit ergo focū: quū mare inquit nr̄m piscibus sit exinanitū: ergo ex prouinciis & lōginquis locis petunt: sicq poeta gulā sui tpis notat. Quæ ét a Seneca his uerbis taxatur. Qd dissolutus delitiis stomachus: uix admittat: ab ultimo petatur Oceano. uomūt ut edāt: edūt ut uomant. ¶ Instruit focū: in cā est: ut pisces habeant ad coquédū. ¶ Illinc: ex puincia. ¶ Lenas: pro auaro captatore ponitur: ut Aurelia pro orba diuite cui multa mitterent munera: uterq āt fuit tpibus Iuuena. ut Gallita & Pactius. ¶ Captator: hoc ē q muneribus alienas opes captat. ¶ Aurelia uédat: nam lucri cupiditate munera uédebat. ¶ Virroni: ipsi diuiti. [Murena] ¶ Murena: Anguillæ similis est: in freto siculo capiunt. Macro. li. iii. Accrescebantur inquit murenæ ad piscinas nr̄æ urbis abusq

Taurominitanæ rupes: quando oē peractū est.
Et iā defecit nostrum mare. dum gula sæuit
Retibus assiduis: penitus scrutante macello:
Proxima: nec patitur tyrrhenū crescere piscē.
Instruit ergo focum prouincia: sumitur illinc
Q uod captator emat lenas: aurelia uendat.
Virroni murena datur: quæ maxima uenit
Gurgite de siculo: nam dum se continet auster.
Dum sedet: & siccat madidas in carcere pennas.
Contemnunt mediā temeraria lina carybdim.
Vos anguilla manet longæ cognata colubræ.
Aut glacie aspersus maculis tiberinus: & ipse
Vernula riparum pinguis torrente cloaca.
Et solitus mediæ criptam penetrare suburræ.
Ipsi pauca uelim: facilem si præbeat aurem.
Nemo petit: modicis quæ mittebantur amicis

freto siculo. Lautæ habebant gulæ adeo: ut Licinii Crassi Murenæ sint cognominati: q hoc pisce effusissime sint delectati. Lege Pli. lib. ix. Colu. & Macrobiū lib. iii. Nā dum se continet: nō uerētur inquit piscatores: qescentibus uētis in mari siculo: licet periculoso piscari: ut ostēdat nihil ītactum relinq ad īdomitā gulam explēdam. ¶ Auster: austrum posuit pro oibus uentis. ¶ In carcere: fabulam miscet. Nā uenti ī Eoliis īsulis: in qbus tpibus iliacis Eolus regnabat: ī carcere ab eo coerceri dicebātur. Virg. Eoliā uenit: hic uasto rex Eolus antro. Luctātes uētos tempestatesq sonoras. Imperio pmit: ac uīclis & carcere frenat. ¶ Lina temeraria: hoc est temerarii piscatores utentes retibus. ¶ Charybdim: in freto: quod est īter Italiam & Siciliam scopulus ē Scylla itē charybdis: mare uorticosum: ambo clara sæuicia: Carybdis aūt peloro pmōtorio adiūcta est. De Scylla & charybdi plura referemus in. xv. saty. ¶ Cognata colubræ: q si eiusdē generis: scri. Pli. lib. ix. capite. xxiii. Murenas in terrā elapsas serpētibus cōmisceri: sed de anguilla hoc nō legitur apud Pliniū: uerum poeta sequit opinionem uulgarem: qui credit serpētes & angues coire cū anguillis. ¶ Aut Tyberinū: lupum piscem ītelligit: q in tyberi stercore pasceret: & īmūda esca īter cloacas urbis. Et licet hoc loco Iuue. Tyberinū piscē: ut uilē pauperi apponi dicat. Varro tamē ut tradit Macro. pisci tyberino palmā tribuit his uerbis in libro rerum humanarum. xi. Ad uictū optima fert ager cāpanus frumentū: Falernus uinū: Cassinas oleū: Tusculanus ficū: Mel Tarentinus: Piscē Tyberis. Nam oēs ex hoc amne pisces maximū honorē tenuerūt apud prodigos: imprimisq lupus: qui inter duos pontes captus esset: q etiam Oratius īdicare uidet in satyra quæ īcipit. Quæ uirtus. Lupus hic tyberinus an alto. Captus hiet pontē īter iactatus: an amnis. Ostia sub tusci. Columella lib. ix. cap. xvi. Loquens de piscinis sic scri. Doctaq & erudita palata fastidire docuit fluuialē lupum: nisi quē tyberis aduerso torrēte defatigasset: qbus uerbis docet: lupū tyberinū in pcio fuisse. Verum forte tpibus Iuuena. talis piscis in præcio non erat: temporum longinqtate mores: ut fit: mutante sicut & ætate nr̄a anguillæ: quæ tpibus poetæ ī minima erāt taxatione mēsis nostris sūt gratissimæ: lupos etiā marinos laudat Pli. lib. ix. his uerbis: Luporum laudatissimi: q appellātur lanati cādore molliciaq carnis. [Lupus] ¶ Aspersus maculis: Nam lupi pisces maculis uariegati īueniebātur iiq minoris æstimatiōis: unde Colu. li. ix. ca. xvii. Vbi de positiōe piscinæ mentionē facit. Tum etiam sine macula (nā sunt & uarii) lupos īcludamus. Eos nos esse putamus: quos uulgo appellāt Lucios dictos lupos ab eorum uoracitate: nam reliquos pisces īsectantur: unde Colu. eodē lib. lupos rapaces appellat. ¶ Glacie: per hyemem: uidentur enim maculis frigore aspergi. ¶ Vernula: alumnus. ¶ Cloaca: nam tota urbs pensilis erat cloacis corriuatis septem amnibus a. M. agrippa sordes urbis in tyberim deferentibus: lege Liuium. ¶ Cryptam: cauernam: & loca riparum excauata: quæ piscis depascens perscrutatur. Vnde Lucilius acer & uiolentus poeta eum quasi liguritorem catilonē appellat: scilicet qui proxime ripas & stercus insectaretur. [Catillones] Proprie autē Catillones dicebantur qui ad polluctū Herculis ultimi: quū uenirent: Catillos liguriebāt. Crypta autem dicta est a κρυπτω qd est oculto. ¶ Suburræ: regio erat urbis celebratissima: de qua alibi ante: eo aūt ait pisces stercus sectātes peruenire. ¶ Ipsi pauca uelim: uelim inqt ipm uirronem paucis alloqui: si me uelit auscultare. ¶ Nemo petit: sensus ē. Nemo inqt petit a te uirro: ut in pauperes cliētes tā munificus sis: q fuerūt Seneca: Piso & Cotta ī amicos suos: quos multis donis psequebant: sed ut cœnes ciuiliter: & cōibus epulis cum eis: & non discretis.

Cpiſo. ¶ A Seneca: Senecā diuitē fuiſſe & liberalem in amicos ſcribit Taci. apud quem lege de uita & nece eius. ¶ Piſo bonus: multi extitere piſones: uerū de. C. Piſone illo intelligit: q amicus & familiaris fuit Sene. quicq autor fuit cōiurationis in Neronē: a quo dicta ē cōiuratio illa piſoniana. De eo ita ſcri. Taci. Nāq facundiā tuendis ciuibus exercebat: largitionē aduerſus amicos: & ignotos quoq comi ſermone & congreſſu. Vnde a poeta & liberalis & bonus appellat. ¶ Cotta: hic eſt ille Cotta: de quo i ſatyra. Et ſpes & ratio. Quis tibi Mœcenas: qs nūc erit aut proculeius. Aut Fabius. Quis Cotta iterū: quis Létulus alter. ¶ Namq & titulis: ideo iquit libera

A Seneca: quæ piſo bonus: quæ cotta ſolebat
Largiri: nanque & titulis: & faſcibus olim
Maior habebatur donandi gloria: ſolum
Poſcimus: ut cœnes ciuiliter: hoc face: & eſto.
Eſto (ut nunc multi) diues tibi: pauper amicis.
Anſeris ante ipſum magni iecur: anſeribus par
Altilis: & flaui dignus ferro meleagri
Fumat aper: poſt hunc raduntur tubera: ſi uer
Tunc erit: & facient optata tonitrua cœnas
Maiores: tibi habe frumentum aledius inquit.
O lybie: diſiunge boues: dum tubera mittas.
Structorem interea (ne qua indignatio deſit)
Saltante ſpectas: & chironomonta uolanti
Cultello: donec peragat dictata magiſtri

les & munifici erant in amicos: q ueteres glorioſius eſſe in hoſe putarūt: liberalitatē exercere q̄ dignitates adipiſci. Vnde Saluſt. in Cati. cōmendans mores ueterū Romanorū: ſic ſcribit. Magiſq dādis: q̄ accipiēdis beneficiis amicitias parabāt. ¶ Titulis honoribus: q p titulos & inſcriptiones oſtēdebantur. Vnde Pli. li. vii. loquēs de Pōpeio: poſtea ad tota maria: & deinde ſolis ortus miſſus hos retulit patrie titulos. Prop. ulti. elegi. Et dom⁹ ē titulis utraq fulta ſui. i. honoribus & laudationibus. ¶ Faſcibus: cōſulatu & prætura: q̄ dignitates inter alias p̄cipue habebantur: ut p has dignitates oēs ītelligas. Conſulem & ptorē lictores p̄cedebant faſcibus uirgarū Cōſulē duodecī ſex uero ptorē. ¶ Cœnes ciuiliter. i. ut bonū ciuē decet cōmunibus. ſ. epulis & indiſcretis: eadē ē ēt expoſtulatio Martialis aduerſus ponticū. Cur ſine te cæno: quū tæcū pontice cænem? ¶ Hoc face & eſto: cū indignatione ꝓnunciandū: facæ hoc inqt: & tibi cōceſſero: ut uiuas diues tibi: & parcus amicis ut multi faciunt: ſicq ſui tp̄is hoſes ſordidos taxat. ¶ Iecur anſeris: ꝓdigi: & lautæ gulæ homines iter delicata obſonia iecur anſeris ſtatuerūt. Vnde Pli. lib. x. ca. xxii. Iecur fartilibus in magnā amplitudinē creſcit. Exemptū q̄ lacte mulſo augeſ. Nec ſine cauſa in q̄ſtione eſt quis primus tantum bonū inuenerit Scipio an Marcel. uir cōſularis: an. M. Seſſius eadē ætate eques romanus. Mart. lib. xiii. Aſpice q̄ tumeat magno iecur anſere maius. Docuit Apicius ſaginare anſeres: fico: carica: & ſacie extinguere. ¶ Altilis: Gallinā ītelligit: q̄ alebaſ ad ſaginā. Deliaci cœpere gallinas ſaginare unde peſtis exorta opimas aues & ſuopte corpore unctas deuorandi. Quod poſtea lege fania ꝓhibitū eſt: q̄ cautū ē: ne qd uolucrū ꝓponereſ p̄ter unā gallinā: q̄ nō eēt altilis. Pli. ¶ Par: craſitudine. Dignus ferro meleagri. i. tā ꝓdigioſa magnitudine q̄ fuit is: qué Meleager calidonius ſteremit: nota eſt fabula. ¶ Flaui. Flaus color: ut ſcri. Geli. ē ex albo: ruffo: & uiridi cōcretus: unde flauā appellamus cereré: al-

Iecur anſeris

ludētes ad frumēta: q̄ i agris flaueſcere dicunt: quū matureſcūt: uerū hoc loco flauū ītelligimus pulchrū & formoſū: ſicuti poetæ ſæpe in hac ſignificatiōe uſurpāt: ut ante. Et flauā cui det mādata puellā. ¶ Poſt hūc. ſ. aprū. ¶ Tubera: ī genere fungorū numerant. Mart. Rūpimus altricē ſumo de uertice terrā. Tuberra bolletis pōa ſecūda ſumus. Ea undiq terra circūdata naſcūtur: nulliſq fibris nixi: aut ſaltē capillamētis: neq terræ choreā cortice ēt icludunt ut plane: nec terrā eē poſſimus dicere: neq aliud q̄ terre callū. Laudatiſſima q̄ africæ creſcūt: quū fuerīt ibres autūnales & tonitrua crebra tūc naſci dicunt: & maxime e tonitribus: nec ultra annū durare: tenerima āt uerno tēpore eē. ¶ Radunt: utrū purgant abraſo cortice: quū apponunt: an radunt. i. euellūtur ex terra ſarculis. ¶ Si uer tūc erit: Ordo ē & ſenſus Aledius inqt o lybiæ habe tibi frumētum: ac ſi dicat frumētū ego nō curo: mō mihi mittas tubera: hoc inq̄ dicit: ſi uer tūc erit. ſ. quū tubera apponunt: & ſi tonitrua optata faciēt maiores cœnas: Nā tūc: ut dixīus: autore Pli. dicunt naſci ſi ibres fuerīt autūnales: & tōitrua crebra: tenería ſunt tēpore uerno. Vnde poeta dixit ſi uer erit. ¶ Aledius inqt: Alediū aliq dicūt equitē romanum fuiſſe luxurioſum: qué pro homine guloſo hic accipit. ¶ Diſiunge boues: per me inquit frumentum nō ſeres. Nā ex lybia frumēta mittebātur. Vnde Sidonius Arma calybs: frumēta lybes: campanus lacū. Ouidius in pōto. Cyniphiæ ſegetis citius numerabis ariſtas. Cyniphii. n. populi ſunt africæ Pli. lib. xy. oſtēdit africā frugum fertilem eē his uerbis. Oleū ac uinū inuidit tantū africæ: fatiſq gloriæ in meſſibus fecit. ¶ Structoré interrea: aliam ꝓponit contumeliam: ut undiq inquit habeas q̄ doleas: Structorem peritiſſimū icidendoq obſonioq ſpectas: q mira manuū: reliqq corporis agilitate miniſtret domino: Sicq conuiuioq luxuriā lauticāq ſui tp̄is flagellat. Qd facit & Seneca his uerbis ī lib. de breuitate uitæ. Cōuiuia me hercule nō poſueri iter uacantia tēpora: quū uideā q̄ ſoliciti argētū ordinent: q̄ diligenter exoletoq ſuoq tunicas ſuccingant: q̄ ſuſpēſi ſint: quomodo aper a coquo cæſus exeat: quāta celeritate ſigno dato gladii ad miniſteria decurrāt: quāta arte ſcindantur aues in fruſta nō enormia: q̄ curioſe ifelices pueruli ebriorū ſputa detergāt. Structor aūt is dicit q curā hēt ſtruēdæ mēſæ: unde illud é Vir. Cura penū ſtruere. ¶ Saltātē: ut optime agilē. ¶ Chironomata. Chironomō dictio é greca χειρ enim manū ſignificat: & νοπος legem: is. n. dicit qui quadam manuū agilitate & ueluti lege obſonia incidit: declinatur aūt ſicut Creon creōtis & leon leontis: formaturq ab accuſatiuo χειρονομον: ſicuti createra ab accuſatiuo κρατῆρα. ¶ Donec pagat dictata magiſtri: donec oīa icidēdo exequat: q̄ didicerit a magiſtro: ita ut nihil prætermittat quod ad decoros incidēdi geſtus ptineat. Nā in urbe erant qui artem incidendorū rite obſonioq docerent p uaria animalia formata ex ligno: ut latius ī ſatyra undecía. Et tota ſonat ulmea cœna ſuburra. ¶ Dictata: dicuntur numero pluratiuo quæcunq in omni: genere ſcientiæ tam

Flauus color

Tubera

Cyniphii

Structor Chironomon

Dictata

liberalis q̄ ludicræ traduntur diſcentibus. Hora. ad Lolium. Sic iterat uoces: & uerba cadentia tollit. Vt puer q̄ ſæuo credas dictata magro. Reddere. Perſi. Ten cirraroq centū dictata fuiſſe. Pro nihilo pēdas? Tranql. in Cæſare Tyrones per ſenatores armoq peritos erudiebat p̄cibus enitens: ut diſciplinā ſingulo q ſuſciperent: ipſiq dictata exercentibus daret Deductū eſt uocabulū a dictare: qđ eſt aliqd (ut dixi) in oī genere ſcientiæ diſcendū tradere. ¶ Nec minimo ſane diſcrimine refert: magnā inqt putāt eſſe differentiā quo geſtu ſingula obſonia incidantur: decoro ne an ruſtico more. Vnde illud eſt Pli. loquētis de gallinis. Poſtea culinaq artes inuenerunt: ut clune ſpectentur: ut diuidātur in tergora: ut a pe-

Dictare

Omnia: nec minimo ſane diſcrimine refert
Quo geſtu lepores: & quo gallina ſecetur.
Duceris planta: uelut ictus ab hercule cacus.
Et ponere foris: ſi quid tentaueris unquam
Hiſcere: tanq habeas tria noia: q̄do propinat
Virro tibi: ſumitq tuis contacta labellis
Pocula: quis ueſtrum temerarius uſq adeo: qs
Perditus: ut dicat regi bibe: plurima ſunt: quæ
Non audent homines: pertuſa dicere lena.
Quadraginta tibi ſi quis deus: aut ſimilis dis
Et melior fatis donaret homuncio: quantus
Ex nihilo fieres: quantus uirronis amicus.
Da trebio: pone ad trebium uis frater ab illis
Ilibus? o nummi uobis hūc præſtat honorem.
Vos eſtis fratres: dominus tamē: & domini rex
Si uis tu fieri: nullus tibi paruulus aula
Luſerit æneas: nec filia dulcior illo.

de uno dilatatæ repoſitoria occupent. Sic Seneca ad Lucil. Alius p̄cioſas aues ſcindit: & per pectus & clunes certis ductibus circūferens eruditā manū in fruſta excutit. Et alibi Sene. de breuitate uitæ: quū uideā q̄ ſuſpēſi ſint: qūo aper a coquo cæſus exeat: quāta celeritate ſigno dato gladii ad miniſteria decurrant: quāta arte ſcindant aues in fruſta nō enormia. ¶ Duceris plāta: alia diſſuaſio fugiēdas eſſe tales cœnas: nā illud ēt inqt tibi adeſt periculū: ut ſi forte uelis aliqd inter cenandū loqui tanq & tu ſis nobilis: iico foras aripiaris p pedes. ¶ Cacus: nota eſt hiſtoria apud Liui. Diony. Eutropiū Cacū fuiſſe paſtorē ferocē uiribus: qui captus pulchrytudine boū: q̄s Hercules ex hiſpania: Gerione interēpto: romā abegerat furripuit eas: cumq auertere eam prædā uellet: ueritus: ne ueſtigia quærentē dominū ad ſpelunca ducerent: auerſas boues caudis in ſpelunca traxit. Herculeſ tali furto eluſus: quū inde diſcenderet: cum reliquo armento boues quædā ad deſideriū (ut fit) relictarum mugiſſent: reddita incluſarum ex ſpelunca boum uox Herculem conuertit. Cacum in ſpelunca latitantem magna ui correptū pedibus extraxit. Virg. Abſtractæq boues adiuratæq rapinæ Cælo oſtenduntē: pedibuſq informe cadauer. Protrahit. ¶ Hiſcere: loqui & os aperire ad loquendum: q̄ quū ſit ab hio: as debuit facere hiaſco. ¶ Tanq habes tria noīa: tanq & tu ſis nobilis. Nā nobiles & ciues romani oſtendebantur noībus noīe: prænoīe: & cognomine: ut. M. Tul. Cice. C. Iulius cæſar. Idq multis fuit frequēs. Vnde Auſonius de Ternario numero. Tris equitū turmæ: tria noīa nobilioq: qđ alii exponūt tria noia. i. ſis fur: nō placet: nā nō tria ſunt noīa: ſed tres tantū litteræ: unde bene Plau. in Aulu. appellat ſurem hoīem triū litteraq. Quæ ītē a Polita. ſup hoc loco narrantur argutius ſunt excogitata: q̄ ut huic loco conueniant. De noīe: p̄noīe: & cognomine: ex autoritate Eutropii apud Perſiū nōnulla cōmemorauimus: ubi oſtēdimus Sabinis a Romanis ad confirmandā coniunctioné noīa illorū ſuis p̄ponere cōſueiſſe. Et inuicē ſabinos romanoq: ita ut p tria noīa ītelligendus oīno ſit nobilis romanus: qui p̄ter p̄nomen & nomen aſciſcebat & cognomen aut a maioribus partum: aut ab aliquo accidēte acquiſitum. ¶ Quando propinat: diues inquit tam ſuperbus eſt: ut nunq̄ tibi poculum ſuum porrigat ad bībendum neq tuum accipiat ſi porigas. Nam propinare eſt proprie poculum porrigere: & prebere ad bibendū. Marti. Qui nulli calicē tuum propinas. Humane facis Herme non ſuperbe. Tranquillus in Tyberio ignotiſſimū quæſturæ candidatū nobiliſſimus antepoſuit ob epotam in conuiuio ꝓpinante ſe uīni amphorā. Hoc eſt porrigente: & p̄bente. Nec ſolū propinare ad potioné refertur: ſed etiā ad alia: unde Iulius capitolinus in. M. Antonio: ut parte culcri ueneno lita uuluā inciderit: uenenatā partē fratri edendā propinans. Vnde & Terē. metaphoricos dixit in Eunucho. Hunc ego uobis comedendum & deridendum propino: hoc eſt trado & præbeo: ſicuti pocula præbentur bibenda πινω enim idem eſt quod bibo. ¶ Plurima ſunt: ſententia probatiſſima: per quā oſtēdit q̄ infœlix ſit ubiq pauper. Homines inquit habentur enim fatui. ¶ Quadringenta: uenuſte mores humani generis explanat: apud quod homines non pro meritis uirtutum: ſed fortunæ tantū ſint fauorabiles. Vt ſit ſenſus. Si tu qui nūc ob paupertatem diuiti es ludibrio: ſorte aut deorum: aut alicuius hoīs beneficio diuitias magnas ſortireris: ſtatim diuiti eſſes acceptiſſimus: te ſtatim ille ſumma beniuolentia cōplecteretur. ¶ Quadringenta: ſcilicet ſeſtertia: quæ ſumma erat equeſtris ordinis. Martia. Quadringenta tibi non ſunt chereſtrate. Surge: Lectius ecce uenit. ¶ Aut ſimilis: ordo eſt aut homuncio ſimilis diis: ſcilicet liberalitate. ¶ Homuncio: ab homine ſunt quattuor diminutiua homulus: homululus: homuncio: & homunculus. ¶ Et melior fatis: qui melior uideretur & tibi magis propitius ſi tibi id diuitiarum largiretur q̄ ipſa fata hoc eſt ipſi dii qui te pauperem feciſſent. ¶ Da Trebio: uerba ſunt diuitis ad miniſtrum quem poeta introducit ita locuturum ſi cliens ſuus ditaretur. ¶ Vis frater: attende q̄ beniuola ſit inuitatio. ¶ Ilibus: Ilia autore celſo dicuntur pulpamenta quæ inter coxam & uentrem poſita ſunt. ¶ O nummi: acclamatio poetæ ſubſannantis prauos ſui temporis mores Blanditur inquit nummis: non homini. ¶ Dominus: licet. Hic inquit diues tam ſuperbus ſit in te: facile tamen in omne tibi obſequium flectes: eriſq ei dominus & res nam te ut cliens colet ſi tibi nulli erunt liberi. ¶ Paruulus æneas: ideſt paruulus filius: alluſio eſt ad illud Virgilius in. iiii. æneī. Siqs mihi paruulus aula luderet æneas. ¶ Filia dulcior illo. ſ. filio. Nā parētibus filiæ ſexus ibecillitate ſūt magis cordi.

Hiſcere

Aſciſcebar

Propinare

Homulus

Homulus

Homūcio

Homūculus

Ilia

¶ Vxor sterilis: uxor inquit: quæ liberos nullos parit: facit tibi diuitem amicum. ¶ Sed tua nunc Mychale: Sed quáuis inquit Mychale uxor tua pariat nunc. s. quum sis locupletatus: nõ te penitus aspernabitur: sed tecum una gaudebit tuis liberis: munuscula iubebit afferri. ¶ Nunc: dũ factus es diues. Ná dum pauper est: cliẽs: nullam sentit diuitis in se humanitatẽ: nec in filios. ¶ Et pueros tres. i. tergemĩos potest. n. mulier uno partu tres parere: supra ꝓdigiosum est. Pli. lib. vii. Tergeminos nasci certũ est Oratioꝝ. Curiatiorũq; exẽplo: supra inter ostenta adducit. ¶ Loquaci nido: loqcibus puerulis: ut sunt auiculæ garrulæ in nido: est. n. sumptũ ab auibus.

Thorax — Thoraca: thorax græca est dictio: signatq; pectus. Pli. Thoracẽ inqt purgãt: bilẽ detrahũt: & plærunq; capit pro ueste: q forte pectus tantũ muniat: ut hoc loco poeta accipit. Sueto. in August. Thorace laneo: & fœminalibus: & tibialibus muniebatur. ¶ Minimasq; nuces. i. auellanas. ¶ Assemq; rogatũ: asses uariati fuerunt: ná liberales antea fuerant: postea Hanibale urgente. Q. Fabio maxi. dictatore unciales facti sũt. (denarius) In militari stipendio semp denarius pro decẽ (parasitus) assibus datus est. Pli. ¶ Infans parasitus: similis parasito: q libẽter mensas sectet. Ná parasiti hi dicuntur: qui mẽsas nobiliũ sectantur cá gulæ. ¶ Fungi ancipites: periculosi: sunt. n. inuenti plærũq; lætales: ut docet Pli. Sene. ad Lucil. Quid tu illos boletos: uoluptarium uenenũ: nihil occulti operis: facere iudicas: etiá si præsentanei non fuerũt. ¶ Vilibus amicis. i. ĩfimis: & pauperibus. ¶ Boletus: ex genere fungorum est: olim romano palato grauissimus: eo quũ Claudius maxĩe delectaret: ab Agrippia eius uxore p hác occasioné dato ueneno necatus est. Vnde seqt. Sed qualẽ Claudius edit. De hoc multa tacitus & Suet. ¶ Clau(claudius)dius: qntus fuit romanoꝝ imperator pr Britannici.

Iucundum & carum sterilis facit uxor amicũ.
Sed tua nũc michale pariat licet: & pueros tres
In gremium patris fundat: simul ipse loquaci
Gaudebit nido: uiridem thoracha iubebit
Afferri: minimasq; nuces: assemq; rogatum
Ad mensam: quotiens parasitus uenerit infans
Vilibus ancipites fungi ponentur amicis.
Boletus domino: sed qualem claudius edit.
Ante illum uxoris: post quem nil amplius edit.
Virro sibi: & reliquis uirronibus illa iubebit
Poma dari: quorum solo pascaris odore
Q ualia perpetuus phæacum autũnus hẽbat.
Credere quæ possis surrepta sororibus afris.
Tu scabie fruere mali: quod in aggere rodit
Q ui tegitur parma: & galea: metuẽsq; flagelli

agrippinæ duæ — ¶ Vxoris: Agrippinæ: Agrippinas duas extitisse pspicuũ ẽ. Ex quaꝝ altera. C. Caligula: ex altera Nero prĩceps nati sũt: uterq; hũano generi pniciosissimus. Germáicus ex Agrippina filia Agrippæ suscepit filiã Agrippinã: ex q̃ & Domitio Nerone: natus est Nero princeps: quẽ Claudius ducta in mrĩmoniũ Agrippina sibi filiũ adoptauit: qui mox sublato opera matris Claudio: boleto medicato: imperiũ occupauit: Veritusq; Britannicũ ne quádoq; apud hoĩum gratiã paterna memoria præualeret: ueneno sustulit. ¶ Qualia perpetuus: ná antiqtas (Alcinous) autore Pli. lib. xix. ca. iiii. Nihil prius mirata est: q̃ & hesperidũ hortos: ac regum adonis & Alcinoi. Alcinous enim rex fuit phæacum: qui hortos habuit perpetuis fructibus uirentes: autor est Home. in. vii. Odyssææ. Ná ut ille scribit: pirum piro succedebat: & malum malo: & ficus fico. Vnde est illud Papinii. Vos quoq; qui nũq̃ uacui prodistis ad æthera rami. ¶ Autumnus perpetuus: perpetuũ dicit autumnũ: quia perpetuis: ut diximus fructibus uirerent: sicuti cæteræ arbores autumno poma sua ferunt. ¶ Phæacum: Corcyrensium. Nam antea (Corcyra) insula appellata est Corcyra a uirgine Corcyra rapta a Neptuno. Ex his natus est phæacus: a quo phæaces sunt denoĩati. Ex phæaco Alcinous: qui Vlyssem in ithacam deduxit. ¶ Sororibus aphris: In insula mauritaniæ fin(Pheacus)xerunt poetæ hortos esse Hesperidũ: mala aurea ferẽtes: quos custodirẽt Aegle: Heretusa: Hesptusa: & Draco (Pheaces) puigil: Hesperi autem illæ dicũtur filiæ fuisse: qui Athlantis frater fuit: & Iapeti filius: Ea poma Hercules fer(horti hesperidũ)tur: occiso Dracone: abstulisse. ¶ Fabulosum id totum ostendit: Pli. li. v. ca. i. His uerbis. Nec præter oleastros aliud extat ex narrato illo nemore Minus ꝑfecto mirentur portentosa græciæ mendacia de iis prodita &c. ¶ Tu scabie fruere mali: pomũ inquit tibi datur scabiosum: quale comedit miles in aggere: uidet autem poeta pomũ illum intelligere: quod milites in aggere castrorum ferebant. De quo ita Pli. lib. xv. ca. xiiii. Peregrinæ sunt Zinziphia & Tuberes: quæ & ipa non pridem uenere in Italiam: hæc ex aphrica: illa ex Syria. Sextus Papinius: quem consulem uidimus primus utraq; attulit Diui Augusti nouissimis temporibus in castrorũ aggeribus sata: baccis similiora q̃ malis: sed aggeribus præcipuæ decora: quoniam & in tecta iam syluæ scandunt. Aut reuera omne aliud pomum modici saporis intelligit: quod milites plærunq;: deficiente copia commeatus: coguntur comedere. Vnde & Gelius lib. viii. ad Cicero. Quid nunc tibi nostri milites: qui durissimis & frigidissimis locis: deterrima hyeme: bellum ambulando confecerunt: malis orbiculatis esse pasti uident. Ait enim ipsum militem rodere pomum in aggere: non autem pomum illic natum. ¶ Qui tegitur parma: periphrasis est: peditis: cuius arma sunt parma & galea. ¶ Ab hirsuta capella: hunc locum uariis exponi modis a cõmentatoribus non ignoro: ut alii dicant ab hirsuta capella. i. ab Amento caprino: quod hastæ uibrandæ alligatur. Alii a sago cilicio: quod ex pilis hircinis texebatur: cuius usus esset & in nauibus & castris pharetra: quæ pelle caprina solet integri: ex qua iacula promũntur. Ego uero expono. ¶ Ab hirsuta capella. i. ab hirsuto centurione: quem ideo capellam appellat: q Centuriones: ut homines robusti toto fere corpore hirsuti sint: fructificantibusq; pilis sub halis: odorem hircinum oleant: quod ex sudore: nimiisq; laboribus prouenire solet: tales autẽ ad militiã idonei putabant: unde & Persi. Hic aliqs de gente hircosa centurionũ. Iuue. Sed caput intactũ buxo: naresq; pilosas Adnotet & grádes miret Lelius alas. Hocq; maxime placet: ut referas illud discit ad magistrũ ipm. Ná centuriões nouos milites erudiebát: neq;. n. cõuenit militẽ discere ab amẽto: quasi amẽtũ dictata tradát: ut duplici rõne capellã appellet cẽturionẽ: & q odorẽ hircinũ oleat: & hirsutus sit: ut capella.

¶ Iaculum torquære: nam tyrones in castris uariis exercebantur modis. Cicero. in secundo officio. loqués de filio sic ait. Magnam laudem ab exercitu consequebare equitando: iaculando: omnia militari labore tolerando. ¶ Forsitan impensæ uirronem: inquit tam contumeliose te non tractat: q impensæ parcat: sed ut te urat: nam maximam capit uoluptatem ex dolore tuo. ¶ Nam quæ comædia. Comædiæ eni & mimi iocis suis plurimum delectant: sed ex iis inquit tantam nõ capit uoluptatem: quantam capit ex merore tuo: quo ex gula afficeris. ¶ Mimus: genus ẽ fabulæ parum a comædia distans: unde mimographi appellãtur mimorum scripto(Minus)res. Eorum argumenta maiore ex parte stuprorum (Mimographi) continent actus. Laberius æques roma. mimos scripsit: Donatus a Cæsare quingentis sestertiis: & anulo aureo sessu in. xiiii. ¶ Presso molari: nam ex nimia indignatione dentibus frendimus: molares autem ultimi sunt dentium: qui contruncatos prioribus cibos atq; confractos subigunt & molunt: unde & molares uocati sunt: idem & maxillares: Mola(Molares)res etiam appellamus lapides: quibus frumenta moluntur in pistrinis. ¶ Bilem: colerã: cuius motu ostẽ(Maxillares)ditur animi ĩdignatio. ¶ Tu tibi liber homo: per sententiam alienam urbane ostendit hominem aliquo uitio laborantem ex dogmate stoico seruũ esse: quũ in potestate sit uitii & non sua. Tu inquit per modicam prudentiam putas te liberum esse & cõuiuam regis: sed ille te seruũ gulæ agnoscit. ¶ Nidore: odore. Nam nidor idem est: q odor ex quacunq; re prouenies. Virgi. Galbaneoq; agitare grues nidore chelydros. Idem. Illi ingens barba reluxit. Nidoremq; (Nidor) ambusta dedit. Cicero in pisoné: paulisper stetimus in illo ganearum tuarũ nidore atq; fumo. ¶ Culiæ: coquinæ. Nam culina dicta est a colendo quasi coli(Culina)lina: q ibi ueteres colerẽt ignem locupletiorem domus: autor est Nonius. ¶ Quis: enĩ tam nudus: sensus est. Quis inquit est aut natus liber: aut libertinæ conditionis tam pauper: qui possit ferre tantam huius mensæ superbiam & cõtumelias: quasi dicat nemo ferat: nisi idem seruus sit. ¶ Ferat bis illum: ut

Discit ab hirsuta iaculum torquære capella.
Forsitan impensæ uirronem parcere credas.
Hoc agit ut doleas: nã quæ comædia? mimus
Q uis melior plorante gula? ergo omnia fiunt
Si nescis: ut per lachrymas effundere bilem
Cogaris: pressoq; diu stridere molari
Tu tibi liber homo: & regis conuiua uideris.
Captum te nidore suæ putat ille culinæ.
Nec male coniectat: quis. n. tam nudus: ut illũ
Bis ferat hetruscum puero: si contingit aurum?
Vel nodus tantum: & signũ de paupere loro?
Spes bene cœnandi uos decipit: ecce dabit iam
Semesum leporem: atq; aliqd de clunibus apri
Ad nos iam ueniet minor altilis: inde parato
Intactoq; omnes & stricto pane tacetis.
Ille sapit: qui te sic utitur: omnia ferre
Si potes: & debes: pulsandum uertice raso
Præbebis quandoq; caput: nec dura timebis
Flagra pati: his epulis: & tali dignus amico.

quum semel expertus sit: iterum uelit experiri. ¶ Si contingit aurum hetruscum: idest si natus sit liber & ingenuus. Nam Bulla aurea: quod insigne erat in speciem cordis dependens a collo: gestabatur a pueris usq; ad (Bulla) quartum decimum ætatis annum. Hetruscum autem appellat: q Tullius Hostien. tertius rex romanorum: debellatis hetruscis: sellam curulem: lictoresq;: & togam pictam: atq; prætextam: quæ insignia magistratuum hetruscorum erant primus: ut Romæ haberentur: instituit. Sed prætextam illo sæculo puerilis non usurpabat ætas: erant enim ut cætera: quæ enumeraui: honoris habitus. Sed postea Tarqui. priscus de sabinis triumphum egit: quo bello filium suum annos. xiiii. natum: q hostem manu percusserat: & pro contione laudauit: & bulla aurea: prætextaq; donauit: insigniens puerum ultra annos fortem præmiis uirilitatis & honoris. Nam sicut prætexta erat magistratuum: ita Bulla erat gestamen triumphantium: quá in triumpho præ se gerebant: inclusis intra eam remediis: quæ crederent aduersus inuidiam ualentissima: Hic deductus mos: ut prætexta & bulla in usum puerorum nobilium usurparentur ad omen & uota conciliandæ uirtutis: ei similis: cui primis in annis munera ista cesserunt. Sed bulla aurea cum prætexta ingenuis tantum concessa est pueris: libertinorum uero filiis lorum tantum: & prætexta: quæ duo hoc loco poeta tetigit: de bulla & prætexta legito. Macro. in primo Satur. & Asconium Pedia. ¶ Altilis: gallina saginata: ut dictum est supra. ¶ Minor: imminuta a uirrone: qui partẽ eius comedit. ¶ Inde: ob eam rẽ: q speretis aliquid ex iis habituros. ¶ Ille sapit: reuera inquit uirro sapiens est: nec possum non laudare: qui te ita tractat: si potes: idest quando potes ferre tot contumelias: & debes scilicet ferre: dictumq; est non sine stomacho: & indignatione a poeta. Pulsandum uertice raso. Eo inquit propter gulam paulatim perueniens: ut passurus sis: etiam more parasitorum uerbera. Nam parasiti domini mensas nobilium sectabantur: multis uerberibus aliisq; cõtumeliis afficiebantur. Vnde parasitus ille apud Teren. in Eunucho. At ego infœlix neq; ridiculus esse. Neq; plagas pati possum. ¶ Vertice raso. quem tibi in ludibrium abraserint. ¶ Flagra: plagas illatas tibi per flagrum. idem enim est flagrum quod flagellum: sed hoc per diminutionem: illud uero principale. Tranqllus in Othone. A prima ado(Flagrũ)lescentia prodigus ac procax: adeo ut sæpe flagris obiurgaretur a patre. ¶ Dignus: totum cum indignatione ꝓ(Flagellum)nunciandũ: dignus quidẽ es talibus contumeliis & tali amico: a quo ita tracteris: q̃do aĩo sis tam seruili.

Credo pudicitiam. Dissuasurus hac Satyra poeta amico suo Vrsidio:ne ducat uxoré: ingenti utit arte:oia.n.uitia:qbus genus fœmineũ laborat:cõmemorat:nihil omittés:qd ad partes dissuasiõis ptineat. Deniq; monet eũ oém uitæ potius sorté:quá cõnubiũ apphendendá. Talé igit nactus occasioné adulteria sui tpis acerbitate satyrica isectat:irridensq; legem Domitiani:q̃ adulteria phibuerat:tantũ esse mulieꝶ ipudicitiá dicit:ut ostendat reuoluta sæculoꝶ origine:ab ætate usq; argentea:mortales adulteriis flagrasse. Hoc át unũ monédũ putaui:ut iterptaturus hác satyrá sũma utat reuerétia:ne adolescétuli quoꝶ mẽtes facile ad uitia inclinant:turpia audiédo aliquo se flagitio ɔtaminét. ¶ Pudicitiá mo.i terris.i.mortales diu iter se bene:pudiceq; uixisse. ¶ Saturno re.i.sæculo aureo:quo tpe Saturnus regno ab ioue filio pulsus:Latio cũ Iano iperauit:tunc.n.ætas aurea fuisse dr:quũ hoies post diluuium cacumina mõtiũ tenerét:i spelũcisq; uictitarét:pomis:cæterisq; fructibus agrestibus cõtéti. Vnde é illud Lucretii. Sed nemora atq; cauos montes syluasq; colebát. Et frutices iter cõdebát squalida mébra. ¶ Larẽq;: unusquisq; deũ domi suæ colebat:qué laré familiaré appellabát:eũq; psidé uocabát:cui canis assistit:& ipse deꝰ pellibus caninis uestit:cuius rei rõné reddit Plutar. in pblematibus:& Apul.i li.de Demonio Socratis: plæraq; dicit:& nos apud Persiũ illic. Bullaq; succinctis laribus donata pepédit:ut át lares domi colerét: ide ortũ docet Serui.qa apud Antiquos mortui i domibus suis sepeliebant:quos ut deos domesticos colere cœperũt:& uenerari. Laresq; appellarunt. ¶ Culmo:culmus pprie appellat ipsa palea:unde culmina domuũ sũt appellata:ꝙ prius culmis:hoc é paleis integerét. ¶ Pellibus uicinaꝶ feraꝶ. Ná rudes illi antiqssimi ex feraꝶ pellibus nõ mõ lectos sternebát: sed & uestes sibi cõficiebát. Vnde Lucre. Pellibus & spoliis corpus uestire feraꝶ. Prop. Atq; hynuli pellis totos operibat amátes. Altaq; natiuo cruerat herba toro. ¶ Nõ si.ti.nõ ea molliciæ nec iis delitiis:ná & luxu uestiũ:& margaritaꝶ oblectabat:ut sæpe cõquerit. Prop. Quid iuuat ornato pcedere uitta capillo. Et alibi. Matrona icedit census induta nepotũ: sicq; poeta ueteres laudádo:uitupat mores sui temporis. Cynthia:Proptii fuit amica. Vñ illd cecinit. Cynthia pria suis miseꝶ me cœpit ocellis. Alibi. Cynthia prima fuit:Cynthia finis erit:ea hostia dicebat:sed Proptius mutato noie cynthiá uocauit:ut autor é Apu. in pria apo. ¶ Nec ti.s.o Lesbia amica Catulli: q̃ passerculũ qué in delitiis hébat: quũ amisisset: multũ fleuit:adeo mollis & delicata erat. Vnde Catul. Passer mortuus é meæ puellæ. Qué plus illa oculis suis amabat. Et infra. Tua nunc opera meæ puellæ flendo:turgiduli rubent ocelli. Ea proprie dicebat Clodia:ut autor est idem Apuleius in eadem apologia.

Aetas aurea · **Lar** · **Culmus Culmina** · **cynthia**



Iunii Iuuenalis Aquinatis Satyra Sexta.

Credo pudicitiam saturno rege moratam
In terris: uisamque diu: cum frigida paruas
Præberet spelunca domos: ignemq;: laremq;.
Et pecus: & domios cõmuni clauderet umbra.
Siluestrem montana thorum cũ sterneret uxor
Frondibus: & culmo: uicinarumq; ferarum
Pellibus: haud similis tibi cynthia: nec tibi: cui,
Turbauit nitidos extinctus passer ocellos.
Sed potanda ferens infantibus ubera magnis.
Et sæpe horridior glandem ructante marito.
Quippe aliter tunc orbe nouo: cœloq; recenti
Viuebant homines: qui rupto robore nati
Compositiq; luto nullos habuere parentes.
¶ Multa pudicitiæ ueteris uestigia forsan
Aut aliqua extiterát: & sub ioue: sed ioue nõdũ

¶ Sed ferens:sed quæ ferret. ¶ Horridior:incultior:minusq; mollis marito suo. ¶ Ructante glandé:qui glande pascebatur. Nam ut diximus:rudi illa ætate:mortales ante usum tritici agrestibus pomis uescebant. ¶ Orbe nouo:ætate illa aurea:quũ hoies essent noui & recens nati. ¶ Rupto robore. Quũ prima illa ætate hoies in speluncis syluisq;:more feraꝶ habitarét:quũq; ex arboribus uetustate cauatis:tanq̃ ex domicilio exirent putabant ex arboribus eé nati. Qd uirg. sic prosequit. Hæc nemora indigenæ Fauni nymphæq; tenebant. Gensq; uirũ truncis & duro robore nata. Quis neq; mos neq; cultus erat:nec iungere tauros. Aut cõponere opes norant aut parcere parto. ¶ Robore. Robur arbor é glãdifera:ueꝶ a poetis sæpe capit pro oi ligno:ut é illud. Cape robora pastor. Robur ité ponit p fortitudie. Vnde robustũ appellamus corpus.i.forte & ualidũ. ¶ Cõpositiq; luto. Allusio est ad id:ꝙ ex luto pmetheus hominem finxerit. quasi dicat. Ex quo homines cœperunt nõ ex arboribus nasci. neq; ex luto formari:sed ex parentibus procreari:& connubia sunt instituta:adulteria cœperunt committi. ¶ Multa pudicitiæ:Primis inquit tpibus ætatis argenteæ:quũ iuppiter regnaret:hoies sancte & pudice uixerunt:existente adhuc ioue impubere. Sed iá barbá producére cœperunt paulatim adulteria cõmitti. ¶ Vestigia pudicitiæ:hoc dictũ est ex snia eorum:qui crediderũt pudicitiam deam fuisse honestatis: quæ quũ iter mortales uersaret:uideretq; se conténi:stupraq; ubiq; cõmitti:aufugisse fertur cũ iusticia in cœlũ. Vestigia eni dicunt simulachra pedum:unde est uerbum inuestigare: quasi per uestigia aliquid quærere.

Robur · **Vestigia** · **Inuestigare**

¶ Græcis nõdum paratis iurare.i.quũ adhuc homines magna uiuerent synceritate: nec adhuc essent aliq̃ periuria:quoꝶ primi uident fuisse græci inuẽtores:ná semp perfidos fuisse & habitos idicat Plau.in asinaria. Cætera q̃ uolumus uti:græca mercamur fide.i.statim enumerato pcio:qa aliter græcis nõ credit. Tul. ité in orõne p flacco:loqués de græcis sic ait. Testimonioꝶ religioné & fidé nunq̃ ista natio coluit. ¶ Per caput alterius: sic.n.iurare cõsueuerũt:unde & Asca. sic iurat apud Virgil. Per caput hoc iuro:p qd pater ante solebat. ¶ Apto horto.i.quũ unusquisq; uiueret horto aperto nõ clauso neq;.n.fures timebant:ueꝶ postea:ut scrib. Pli. Sæua

Barbato: nondum græcis iurare paratis
Per caput alterius: cum furem nemo timeret
Caulibus: aut pomis: & aperto uiueret horto.
Paulatim deinde ad superos astrea recessit
Hac comite: atq; duæ pariter fugere sorores.
Antiquum & uetus est alienũ posthume lectũ
Concutere: atq; sacri genium contẽnere fulcri.
Omne aliud crimen mox ferrea protulit ætas.
Viderunt primos argentea sæcula mœchos.
Conuentũ tamen: & pactũ: & sponsalia nostra
Tempestate paras: iamq; a tonsore magistro
Pecteris: & digito pignus fortasse dedisti.
Certe sanus eras. uxorem posthume ducis?
Dic qua tisiphone? quibus exagitare colubris?
Ferre potes dominam: saluis tot restibus: ullá?
Cum pateant altæ: caligantesq; fenestræ?
Cum tibi uicinum se præbeat æmilius pons?
Aut si de multis nullus placet exitus: illud
Nõ ne putas melius: quod tecũ pusio dormit?
Pusio qui noctu non litigat? exigit a te
Nulla iacens illic munuscula: nec quærit: qd
Et lateri parcas: nec quantum iussit anheles.

latrocinatio cœpit præfigere aspectus hortorum. ¶ Astrea:satis urbane:ostédit poeta:iusticiá tanq̃ hominũ sceleribus offensam una cũ pudicitia in cœlũ euolasse:de ea sic & Vale. flaccus. Terrisq; relictis. Inuocet assiduo saturnia sydera q̃stu. Astrea aũt dicta é iusticia:ꝙ Astræi gigãtis ex aurora filia fuit. ¶ Hac co.i.pudicitia:hoc aũt est ex uersu Hesiodi:q scri. pudoré & iusticiá ætate ænea in cælũ ascédisse. ¶ Duæ sorores:iusticia.n.& pudicitia sorores fuerũt. ¶ Antiquũ & uetus est:Aperte ostendit ursidio ducendá nõ esse uxoré:q̃do iam antiquũ sit adulteria cõmitti:sicq; utit dissuasione a uituperatiõe rei. ¶ Geniũ sacrificii fulcri.i.religioné mrimonii. Ná geniũ deũ appellabát:q uim obtinere reꝶ oium gignédaꝶ. Aufustius. Genius inqt deoꝶ est filius:& parés hoium: ex quo hoies gignunt: ppterea genius meus noiat: qa me genuit. In honoré genii lectus nuptialis sternebat: qui genialis noiabat. Laberius uero ait. Geniũ deũ esse generis neutri parenté:unde illud est:idulge genio:& genialis agat iste dies. Alii dixerunt Geniũ esse uniuscuiusq; loci deũ. Apule. uero ait in lib. de deo. Socratis aium humanũ dum in corpore nro situs est:demoné nuncupari:que lingua nostra geniũ uocare possumus:quoniá is deus: qui est aius sui cuiusq;: q̃q̃ sit imortalis:tamé quodámõ cũ hoie gignitur. De Genio plura diximus ex snia Censorini:apud Persi. illic. Funde meꝶ genio. ¶ Fulcri.i.lecti: Ná fulcra dicunt ipsa ligna:quæ lectum:fulciant & sustineant. Vnde & Sydonius: Sellaꝶ equestrium ligna fulcra appellat his uerbis. Alii sellaꝶ equestriũ madefacta sudoribus fulcra resupinát. ¶ Sacri: uenerandi. ¶ Conuentũ:hoium multitudiné & cœtũ:a cõueniendo:sicut cœtus a coeundo. ¶ Sponsalia : nuptiarũ contractũ q fit per stipulationé & sponsioné: Nam qui uxoré ducturus erat ab eo:unde ducenda erat stipulabatur eá in matrimoniũ ductũ iri. Qui daturus erat itidé spondebat datuꝶ:is contractus stipulationũ & spõsionum sponsalia dicebant. Tũ quæ pmissa erat:sponsa appellabat:q spopõderat ducturũ sponsus. ¶ Iá pecteris: iá poliris & comeris:ut eas cultior ad spõsam. ¶ Pignus:annulũ:qué spõsus puellæ digitũ induit. De quo more ita scri. Tertul. Aurũ nulla norat pterq̃ unico digito:qué spõsus oppignerasset pnubo annulo. Pli. tamé lib. xxxiii. scr. tpibus suis solitũ annulũ mitti ferreũ sponsæ:eũq; sine géma. ¶ Certe sanus eras:ac si dicat: nũc sine cõtrouersia desipis:q de uxore ducéda cogites. ¶ Vxoré post. du. ea interrogatiõe legendũ:qua ne aliqd fiat in hibemus. ¶ Qua Ti. quo furore:q̃ uesania agitaris? Ná per Tisiphoné oés furias isernales itelligit:q̃ tres a poetis fingunt ad torméta scæleste mentis:& insaniá mouendá destinatæ. Vnde & Orestes:furiis isernalibus fingit agitatus. ¶ Quibus colubris? idé dixit:ná furiis isernalibus dant serpentes p crinibus. ¶ Ferre potes? potes ne inqt cogitare de ducéda uxore:quũ ad morté multæ sint tibi uiæ:ac si dicat:longe satius esset tradere se morti q̃ cõnubiũ appetere. ¶ Vllá dominá:facete át uxoré dominá appellat:q̃si quæ marito imperet. ¶ Saluis tot re. quũ possis uitá tuá laq̃o finire. ¶ Quũ pateát altæ fe.unde te possis præcipitare. ¶ Caligátes:q̃ nimia altitudine sua caliginé oculis obiiciant. ¶ Aemilius pons:unde te des pcipité. Ná pons æmilius est in uia flaminia distás ab urbe ultra primũ lapidé:idé miluius é dictus:qué Scaurus Aemilius:ut autor é Pli. de uiris illu. in cẽsura fecit. ¶ Aut si de mul. Sed si inqt tibi nullo mõ placet oppetere morté:nõ ne putes melius pueꝶ hére:q te cũ dormit. q.d. illd uitæ istitutũ tibi magis é tenédũ:q̃ ducere uxoré. ¶ Pusio. d. illd attédédũ é:ꝙ dormit dixit nõ dormiat. Innuit.n. ursidiũ turpiter pueros adamasse:nõ possũ hoc loco turpe poetæ cõsiliũ:nõ detestari:q eo exci atis puenerit:ut ea pbet:q̃ ab oi hõestate sint penitꝰ soluta. Quare illd maxie iterpratibꝰ poetá seruádũ eé céseo:ut quũ i talia iciderit:aut illa i totũ ptereát:aut si qd dicédũ rati fuerit:talia modeste legát:ut adiutor a tali turpitudie penitꝰ se auertat. ¶ Pusio:pusũ:ut autor é Var. pueꝶ dixerũt & pusá puellá:uñ pusio pusillus pueri.i.adolescétulus:uñq; uocabulũ turpitudiné sæpe:& i cinedos ɔuenit:uñ Apul. sic scri. li. ix. At uero adulter bellissimꝰ ille pusio iclinatá dolio pná uxoré fabrii sup icuruatꝰ secure dedolabat. ¶ Lateri. p. q; nõ coeas: latera. n. nimio libidis usu offédũt. uñ Mar. Rũpis basse latꝰ s3 i cõmatis uxoris tibi dote quos pasti. Apu. li. viii. me. Sed diu uiuas:& dñis placeas:& meis dfectis laterib ɔsulas. ¶ Quátũ ius. nec tá assiduꝰ sis icoitu q̃ iussit.

Græci perfidi · **Astrea** · **Genius** · **Fulcra** · **Conuẽtus** · **Cœtus** · **Sponsalia** · **Sponsa sponsus** · **Furiæ tres** · **Aemilius pons miluius pons** · **Pusus Pusa Pusio Pusilus**

¶ Sed placet ursidio:lex iulia:hæc Ironicos legéda sũt.Nõ est inqt miræ:si ursidius cogitat de ducẽda uxore:nã nõ uult adulterii dánari:lex.n.iulia lata erat cõtra adulteros:q̃ cautũ erat:quo pacto adulteri dephensi punien

Tollere

di eẽnt.¶ Tollere:hoc loco educere Teré.Quicqd peperisset decreuerũt tollere.Vale.li.viii.loqués de.G.Licinio Hoplomacho.quoniá hereditaté absumere q̃ heredé maluit tollere.¶ Heredé dulcé:dulcé filiũ.Vir.Nec dulcis natos ueneris nec p̃mia noris.¶ Carıturus:qa captatores habẽtibus liberos munera nõ mittunt:sed orbis tantũ diuitibus.¶ Turture:hoc loco de aue magis ĩtelligendũ est q̃ de pisce:ná turturé lautæ gulæ indicat

Turtur

fuisse Mar.Quũ pinguis mihi turtur erit lactuca ualebit.Et cocleas tibi habe pderenolo famẽ ité alibi. Aureus ĩmodicis turtur te clunibus ĩplet.Idẽ alibi. Et ꝯcubino turtuꝝ nates donat:ná qué græci trigona appellát.i.turturẽ latini pastinacá dicũt marinã:ĩ cuius cauda p̃sentissimi ueneni radius extat.Magno pigui:& amplo.¶ Mullorũq; iu.i.mullis iubatis & barbatis:ná ut scri.Pli.gemina barba ĩsigniũt labro ĩferiori.Sũt.n.pisces marini:de qbus ante dictũ est. ¶ Et ca.ma.i.oibus obsoniis:q̃ ĩ macello ueneũt:ná

Macellum

Macellũ appellarũt locũ:in quo oía q̃ ad uictũ ptinebát:uẽdebant:de quo pluscula supius.¶ Captatore: p qd hereditates captát:ná hmõi muneribus captát diuites orbi.¶ Quid si.nõ po.q.d.ursidius uxorem ducit:putauero oía uel p̃ter naturá fieri posse:iuxta illud Virg.Mopsonisa dat:qd nõ speremus amátes. Iungent iá gryphes eqs:æuoq; sequéti.Cũ canibus timidi ueniét ad pocula damæ.¶ Mœchoꝝ no.q̃si cui ciuitatis adulteria sint manifesta.¶ Ora stu.i.ipe stultus:figura é synecdoche.¶ Totiés te.qui sæpe in adulteriis dephésus.¶ Cista.Ná adulteri:supueniéte marito:sic solét occultari:unde Orati.An turpi clausus ĩ arca.Quo te dimisit peccáti cõscia herilis.Con

Latinus

tractũ genibus tágas caput.¶ Latini.Latinus:ut diximus in pria saty.mimus fuit tpibus Domitiani:qui quũ timeret delatores:ne falsis criminatiõibus apd principé accusaret:iis uxoré suã Thymelé submitte

Sed placet ursidio lex iulia:tollere dulcem
Cogitat hæredem cariturus turture magno
Mullorumq; iubis & captatore macello.
Quid fieri nõ posse putes si iungitur ulla
Vrsidio: si mœchorum notissimus olim
Stulta maritali iam porrigit ora capistro:
Quem totiens texit perituri cista latini:
¶ Quid: quod & antiquis uxor de moribus illi
Quæritur: o medici: mediã pertũdite uenam.
Delicias hominis:tarpeium limen adora
Pronus:& auratam iunoni cæde iuuencam
Si tibi contingerit capitis matrona pudici.
Paucæ adeo cæreris uittas contingere dignæ.
Quaru non timeat pater oscula:necte coronã
Postibus:& densos per limina tende corimbos
Vnus iberinæ uir sufficit:ocius illud
Extorquebis:ut hæc oculo contenta sit uno.
Magna tamẽ fama est cuiusdam rure paterno
Viuentis:uiuat gabiis:ut uixit in agro.

bat:unde supra.Et a trepido Thymele submissa latino:iõ poeta ait pituri:qa sp uerebat:ne delationibus periret:ut sit epitheton ppetuũ latini.¶ Quid:qd & antiquis:hoc risu:& gestu iuuandũ est.¶ Mediá uená:hoc est

Media uena / Basilica / Cephalica

hauritæ sanguiné ex uena media:quæ feriri solet in delirio.Physici.n.tradũt in brachiis tres esse uenas descédentes ab epate:quaꝝ una basilica:altera cephalica appellatur:tertia quæ in medio harũ est media dicitur siue nigra:siue cõmunis quæ in furore & delirio feriri solet.¶ Delicias hoís.Acclamatio ĩderisũm ursidii: qui postulet & quærat mulieré antiqua illa bonitate:quũ non inueniatur.¶ Delicias hoís:ac si dicat delicatũ hoiem qui putet se extra cõem fortunam ponendá:ut habeat quæ alii hére nõ possũnt:ut alibi de Caluino. Te nunc

Capitolinus mons / Tarpeius / Rupes tarpeia

delitias extra cõia censes ponendũ.Tarpeium limen adora.Sensus est:supplex inquit fac ad aras iouis & Iunonis accedas:quasi gratias acturus:si mulieré inueneris pudicá.¶ Tarpeium.Capitolinũ.Nam mons capitolinus ubi ædes erat iouis:mons ante Tarpeius dictus est a uirgĩe uestali.Tarpeia:quæ ibi a sabinis necata armis & sepulta:eius noís reliquit monumentũ:inde ét appellata est rupes & saxum tarpeiũ:unde noxii p̃cipitabantur hunc antea monté Saturnium appellatũ pdiderunt:& ab eo late Saturniá terrá.¶ Aurata:ná uictimæ maiores ut Pli.scri.cornibus auratis dũtaxat ĩmolabant:bene át iunoni ait Iuuencá mactandá:iuno.n.nubétibus præesse dr.Virg.Iunoni ante oés:cui uicla iugalia curæ:& alibi.Pronuba iuno.Colebat item iuno iugis in uico iugario:ut est apud Liuiũ libro ab urbe condita quod scribit Festus ita appellatũ:q nubentes coniungeret. ¶ Capitis:parté posuit pro toto.i.corporis pudici.¶ Paucæ adeo cæ.Tanta inqt libidine mulieres flagrant:ut paucæ ĩueniant matronæ pudicæ:quæ dignæ sint sacra cereris administrare:per matronas enim castas Thes

Thesmophoria / Thesmophora

mophoria.i.sacra cæreris legiferæ celebrabantur.unde ita scribit.Diony.in.i.Et sacrificia faciebant per fœminas:& Nephalios:hoc est sobrios:ut lex est græcis.Ceres aũt thesmophora appellatur:quasi legifera.θεσμος enim legem significat:prima enim ut tradunt autores:inter quos Pli.in.vii.& Diodo.in.vi.leges inuenit.De cuius sacris ita Liui.lib.Sacrum anniuersalium cereris intermissum est:quia nec lugentibus facere id fas est: nec ulla illa tépestate matrona luctus expers fuerat.Diodo.quoq; tradit cereris mysteria antiquitate castimoniaq; apud omnes homines uulgata fuisse.¶ Pater oscula:Nam ex ueteri instituto affines occurrentes osculo excipiebant:unde Pli.lib.xiiii.sic scri.Cato ideo ppinquos fœminis osculũ dare:ut scirent:an temetũ olerent: de hoc more:ité Plutar.in pblematibus disputat.¶ Timeat oscula:ut ĩpudica.¶ Vnus iberinæ:ita loquit poeta:q̃si ursidius respõdeat iberiná uno uiro contentá pnunciatiue legendũ.¶ Extorq̃bis:difficulter obtinebis.

Gabii / Fidenæ / Et

¶ Magna ta.fa.é.Iterũ ĩtroducit ursidiũ ostédenté in agris q̃dá ĩueniri:q̃ honeste uiuat.¶ Viuat fidenis: uerba Iuue.ad ursidiũ:qbus colligit nõ tá facile ĩ urbibus q̃ in agris pudicitiæ locũ eé.Sed tñ & in locis agrestibus & mõtanis multa p libidiné flagitia cõmitti:legát át pnũciatiue uiuat gabiis:ut uixit ĩ agro:ac si dicat:nõ ita uiuat ĩ urbe:ut uixit ruri.¶ Gabiis:ciuitas Latii:ubi ut scri.Dioy.Rõu.& Rem9 eruditi sũt.¶ Fidéis:urbs latii.

¶ Et agello cedo paterno:& particula indignationẽ sæpe exprimit:ut illud Virg.& q̃sq̃ numé iunonis adoret: q̃si ĩuitus assentiat in agris caste degi:ut sit cõcedo qdé ita esse ut dicis:q̃ in agro q̃dá bene uiuat. Sed q̃s tamé affirmet in agris nihil ĩpudicũ agi:¶ Adeo:in tantũ:ita ne.¶ Senuerũt iup.& mars:p ioué & Marté oés mecos intelligit.Ná iuppiter & mars:ut ex poetaꝝ monumétis colligit:& mulieꝝ maximi fuere stupratores.¶ Porticibus ne tibi:pcurrit poeta locos:quo frequẽtes mulieres cõueniebát:uti erat porticus Liuiæ:porticus pompeia:Theatrũ.Vnde Ouid.in.i.de arte amandi.Tu mõ põpeia lentus spaciare sub umbra.Quũ sol herculei terga leonis adit.Nec tibi uitetur q̃ priscis sparsa tabellis.Porticus:autoris Liuia nomen hét.Est ergo sensus:inuenies ne in his locis tátopere celebratis a mulieribus aliq̃:q̃ honesta sit:& digna uoto tuo.¶ Spectacula:Theatra:ná & mulieres ad spectandos ludos in theatra confluebant.unde Ouid.in eodé.Sic ruit ad celebres cultissima fœmina ludos.Spectatũ ueniunt:ueniunt spectentur ut ipsæ.¶ Cuneis:Sedilibus theatri.Ná Cunei dicunt sedes Theatri.Virg.Nuncius anchisæ ad tumulũ:cuneosq; theatri.Incésas pfert naues.Eumelus.Tranql.in Aug.Prætextatis cuneũ suũ:& pximũ pedagogis assignauit. Cuneus ét

Cune

Quid.n.uenus ebria curat. Sẽtẽtia ẽ generalis ,plata:tamẽ nũc ,ppter luxũ itẽperãtiãq; mulierũ: ut sit sensus. Nemo inqt locuplex:diuitiisq; abũdãs hõestatis rõnẽ hẽt:oĩa.n.p sũmũ luxũ itẽperãtiãq; agit:ut p uenerẽ ebriam itelligas effusum in omnẽ luxũ ociũ hoĩs ebrii.i.diuitiis repleti:q plenis itẽperãtiæ uelis ad oẽs & aĩ & corporis deferẽ uoluptates. Inguinis & capitis. Mulier inqt:q delicatis repleẽ cibis:uinoq; multo iebriaẽ:unguẽtis delibuta pciosis nõ discernit tãto rerũ luxu rõnẽ ipediẽte:qd itersit iter fellationẽ & coitũ: hoc ẽ turpiusne sit crimẽ fellatiõis an coitus:sicq; multiplicẽ mulierũ sui tẽporis ipudicitiã flagellat:ac si dicat oĩa hæc idifferẽter agũt nulla turpitudine abstinẽt. Vnde & Ora. carmine lyrico ostẽdit p uiolẽtiã licitã & illicitã libidinẽ exerceri. Mõet sithoniis nõ leuis cuius. Quũ fas atq; nefas exiguo fine libidinũ discernunt auidi. Ordo ãt ẽ mulier q mediis noctibus ostrea mordet:nescit q̃ sint discrimina iguinis & capitis.i. iter iguẽ & caput:ut p iguen itelligas naturalẽ coitũ:p caput fellationẽ. Quũ unguẽta pfusa mero falerno spumãt. Mordet:cõedit. Ostrea: pisces sũt cõcha itecti:uenerẽ si cõedanẽ excitãt. Vnguẽta pf.i.imixta uino & epota:nã in tm̃ unguẽtoꝝ luxuria adoleuerat: ut nõ solũ iis linerenẽ:sed ẽt biberent:unde Pli.li.xxxi. ita scri. At hercules iã qdã ẽt i potu addũt:tãtiq; amaritudo ẽ:ut odore ,pdigo fruanẽ:ex utraq; parte corporis exteriore.s.& iteriore. Quũ bibiẽ cõcha: hypbolicos.i.grãdi poculo. Quũ iã uertigine tectũ. Videnẽ.n.oĩa ebrio i uertiginẽ agi:cõgeminariq; lucernæ. Orat. ut semel icto. Accessit furor capiti: numerusq; lucernis Sene. ad Luciliũ loquẽs de ebrio. Adiice illũ ignorãtẽ sui dubia:& iexplanata uerba: incertos oculos:gradũ errãtẽ:uertiginẽ capitis: tecta ipsa mobilia: uelut aliquo turbie circũagẽte totã domũ. I nũc & dubita. Honesta ẽ ihibitio p cõcessionẽ:ut ostẽdat minime dubitãdũ eẽ. Sic & Mart. in octauo. I nũc & dubita uates an diligat ipsos. Iuuenalis alibi. I nunc:& uentis animam committe. Quũ hæc inquit mulieribus uitia eẽ cognoscas:dubitabis quo cõtemptu:quaq; irrisione habeãt aram pudicitiæ. Quum iuxta illam p̃tereũt? Est ergo cum indignatione legendũ. I nunc posthume ursidi & dubita qua sanna.i.qua oris distorsione tullia rideat aram pudicitiæ. Quasi dicat non debes dubitare pudicitiam a mulieribus miris modis contẽni q̃ præcipua ueneratione colere deberent. Est enim. Sanna irriso:quæ fit quadam oris:& nasi distorsione. Vnde subsannare.i.irridere:& notare. Persius. Posticæ occurrite sanne.i.irrisiõi:q̃ fieri solet post terga. Sorbeat aera.i.ore distorto & hianti respiret in cõtẽptũ deæ. Collactea:hoc loco nomẽ ẽ propriũ. Alias collactea illa est:autore Capro:quæ eodẽ lacte nutrita est. Quid dicat:q̃ multa ignominiosa in ipsam pudicitiã effutiat. Quũ p̃terit:hoc aũt dicit:qa Quũ deberet ex uetere istituto arã p̃tereundo uenerari subsannat:& irridet. Nã apud antiquos hic mos custodiebaẽ:ut nõ sine summa ueneratione tẽpla præterirenẽ. Vnde ẽ illud apud Apuleiũ in prima apologia. Si fanũ aliquod prætereat:nefas habet adorandi gratia manum labris admouere. Noctibus hic:ponunt.s.ad aram pudicitiæ. Implẽt effigiẽ deæ:mingentes deã lotio respergunt quã contẽnũt ut impudicæ & honestatis aduersatrices:sicq; cũ superioribus conueniũt:magis quã intelligas de fellatione dici:ut ostẽdat poeta mulieres tantũ ab omni honestate resilire:ut ipsam quoq; pudicitiam q̃ præcipue colere deberẽt:miris modis contemnant:& sacra quoq; bonæ deæ impudice celebrent. Lõgis siphonibus. Siphones ,pprie dicunẽ fistulæ:& tubi:& cãnæ ex quacunq; materia:unde liqda fluere possunt. Corne. Cel. prodest etiã aduersus tardã cõcoctionẽ uinũ frigidũ bibere:& post cibũ magnã potionẽ:sed ut supra dixi p siphonẽ. Quibus uerbis declarat fistulã:& siphonẽ idẽ signare:nã pauloante dixerat:duos cyathos p tenuẽ fistulã bibãt. Pli. li. ii. de aq̃ i sũma iuga erũpẽte. Quo spũ acta:& terræ põdere p̃ssa siphonũ mõ emicat. Per siphones igitur lõgos uesicæ meatus itelligit:ex qbus urina exit:inde p diminutionẽ Siphunculi dicunẽ. Pli. ad Apollinarẽ:in hoc fonte crater circa:siphunculi plures miscent iucũdissimũ murmur. Et paulo infra. E stibadio aq̃ uelut expssa cubantiũ põdere siphũculis effluit:cauato lapide suscipiẽ. Inq; uices eqtant. Hinc apparet deã haberi cõtemptui:in cuius conspectu turpissima quæq; pagãt:expresiit autẽ tribades mulieres:hoc est fricatrices a τριβω qđ est frico:siue tero:q̃lis fuit sapho ut ipsa fareẽ & Porphirio docet: qđ genus sceleris primo instituisse dicunẽ lesbiæ mulieres:unde apud Aristotelẽ λεσβιζειν id agere est. In uices:ut altera alterã ineat. Pli. li. vii. Androgynos cõstat utriusq; eẽ naturæ inter se uicibus coeuntes. Alibi. Iuuena. Ne faciãt uicibus. Coniugis urinam: quam emisit ante effigiẽ pudicitiæ. Magnos uisurus amicos.i.ex cõsuetudine Romana amicos salutaturus matutino. Nota bonæ secreta deæ: ita inferunẽ a poeta:q̃si dicat mirũ ẽ:quã sint ẽt obscæna quæ in sacris bonæ deæ fiũt a mulierib9:estq; adiuuãdũ gestu. De bona dea dictũ ẽ in. ii. satyra. Atq; bonam teneræ placãt abdomine porcæ. Secreta bone deæ. Secreta autem dicit:quia ut autores sunt Macro. & Plutar. in Cæsare & Cicerone: horum sacrorũ ritus arcani fuerunt:quumq; celebrarenẽ:uiris interesse nõ licebat: ea tãtũ i domo sũmi pontificis noctua mulieribus celebrabanẽ. Quũ tibia lũbos:sic illud persii. Quũ carmina lũbũ intrãt. Nã lasciuo cantu & sono libido maxime excitaẽ. In iis enim sacris ad Tibiam: ut ait Plutarchus: saltabant mulieres multa Bacchanalibus similia peragentes: unde supra. Nullo gemit hic tibicina cornu.

Ostrea
Sanna
Subsannare
Collactea
Siphones
Siphunculi
Tribades
Androgynos

Incitat:& cornu pariter:uinoq; feruntur
Attonitæ:crinemq; rotant ululante priapo
Mænades:o quantus tunc illis mẽtibus ardor.
Concubitus:quæ uox saltante libidine:quãtus
Ille meri ueteris per crura madentia torrens
Lenonum ancillas posita laufeia corona
Prouocat:& tolit pendentis præmia coxæ.
Ipsa medullinæ frictum crissantis adorat.
Palmam iter dominas uirtus natalibus æquat.
Nil ibi per ludum simulabitur:omnia fient
Ad uerum:quibus incendi iam frigidus æuo
Laumedontiades:& nestoris hernia possit.
Tũc prurigo moræ ipatiẽs:tũc fœmia simplex.
Et toto pariter repetitus clamor ab antro.
Iam fas est:admitte uiros:dormitat adulter
Illa iubet sumpto iuuenem properare cucullo.
Si nihil est:seruis incurritur:abstuleris spem
Seruorum:ueniet conductus aquarius:hic si
Q uæritur:& desunt hoies mora nulla p ipsa
Q uominus imposito clunẽ summitat asello.

Vinoq; ferunẽ:licet in iis sacris uino uterenẽ:tamẽ lactis noĩe nũcupaẽ:& uas mellariũ:autor ẽ Macro. Ordo ẽ ãt:o qtus ardor cõcubitus est illis mẽtibus:quũ tibia icitat:lũbos & mænade: attonitæ cornu & uino ferũtur.i.agitanẽ & rapiunẽ. Crinẽq; rotãt:caput agitãt. Vlulãte priapo:uult oĩno ostẽdere poeta i sacris bonæ deæ oĩa fere fieri a mulieribus:q̃ fieri cõsueuerãt i Bacchanalibus:i qbus:ut dixim9 i.ii.saty. Autore Liuio Viri & mulieres nõ gratia sacroꝝ:sed cõcubitus cõueniebãt:nã ibi stupra erãt ,pmiscua igenuoꝝ & fœminaꝝ:tũ inter se:tũ cũ maribus ibi aderãt sacerdotes & Priapi:& Cybeles:multiq; ululatus cymbaloꝝ:& tympãorũ:& id genus istruẽdoꝝ musicoꝝ:p qđ ait poeta ululante priapo.i.sacerdote Priapi edẽte sonos: & ululatus musicis:instrumẽtis:hoc autẽ faciebant:ne q̃ritantis uox p uim stuprũ pacientis exaudireẽ. De qbus bacchanalibus sic meminit Diuus Augustinus li.xviii. de ciuitate dei. Et tamẽ eius uelut dei noĩe per imũdos dæmões bacchanalia sacra:uel potius sacrilegia sunt istituta:de quoꝝ rabiosa turpitudine post tam multos annos sic senatus erubuit:ut in urbe romana eẽ ,phiberet. Mænades: eas mænades appellat: q multa bacchanalibus similia pagerẽt. Nã mænades dicuntur Bacchæ a μαινομαι quod idem est: quod furo. Cõcubitus:genitiuus est casus. Quæ uox:quam impudica. Saltãte libidie:Titillãte pruritu: & uredine. Quantus torrens. Hyperbolæ ẽ: idest q̃uis discursus spermatis collecti ex nimio haustu uini. Lenonum ancillas. Carpit mulieres tribades sui tẽporis: conquæriturq; quod in iisdem sacris bonæ deæ. Quum corona seruantibus uirginitatem daretur:nunc proponaẽ tribadibus. Laufeia:nomẽ mulieris ipudicæ:& ebriosæ: de qua alibi. Quantũ Laufeia bibebat. Ancillas lenonũ:puellas Lenonũ ,pstitutas. Prouocat:q̃si melius libidiatura. Coxæ pẽdẽtis:nã q̃ succũbit:sublimi coxa excipit tribadẽ icũbẽtẽ. Ipsa.s.Laufeia. Adorat frictũ: hoc ãt dicit:qa genibus icuruaẽ ad frictũ. Medullinæ crissantis:mouẽtis se ad turpitudinẽ. Nã crissari mulieꝝ est:sicuti Ceuere uiroꝝ. Palmã iter dominas:uirtus natalibus æquat. Quũ inter mulieres inquit cæteris i rebus:honestisq; officiis nobilitatis rõ habeaẽ:ita ut semp nobiliores p̃ponanẽ. In hoc tamẽ obscœno libidinis flagitio uictoria & corona tã ignobili quã nobili idifferẽter daẽ: ,put quæq; melius libidinata fuerit:nulla prorsus illic habita rõne nobilitatis. Ergo inqt nullũ illic habeẽ discrimẽ inter mulieres: sed uirtus.s.libidinandi & coeũdi iter dominas.i.q̃ exerceẽ inter ipsas mulieres æquat palmã.i.facit:ut ipsa:q̃ uictrix fit:æq̃tur natalibus.i.nobilitati:nã per natales numero pluratiuo nobilitatẽ intelligimus. Vnde Corne. Taci. loquens de Cornelio fusco ait. Cornelius fuscus ingens ætate:Clarus natalibus. Seneca ad Lucillium. Conditor ille iuris humani non natalibus nos:nec nominum claritate distinxit. Laumedontiades: idest Priamus Laumedontis filius. Per Priamum autem & Nestora omnes extremæ senectutis intelligit: speciemquæ pro genere posuit. Hernia:græci Enterocelen & epiplocelen uocant:autore Celso:quod nos Herniam:est enim quum intestinum:aut omentum in sinum Testiculorum:quem græci oscheon:Latini scrotum appellant descendit:quo uitio senes maxime laborant. Nestoris. Nestor nelei regis pyli fuit filius: qui ut tradit Homerus:tertiam hominum ætatem uixit. Vnde Ouidius in metamorphoseos. Vixi Annos biscẽtum:nunc tertia uiuitur ætas. Tunc:quum omnia aperte peraguntur:omni amota simulatione. Prurigo: libidinis excitatio:omnisq; uredo. Tunc fœmina simplex: Tunc inquit simpliciter omnia agit mulier: neq; turpitudinem aliquo pudoris uelamento tegit. Repetitus clamor:a fœmina expetente adulterum. A toto antro: ab loco sacrorum occultiore. Iam fas est:uerba mulierum libidinis impatientium:uocantiumq; uiros itra ædes sacrorum. Dormitat adulter:idest si adulter dormit:nec uenit illa iubet iuuenem ad se alium accersi. Cucullo:cucullus genus ẽ uestis:de quo abunde dictum est in tertia satyra. Veneto:duroq; cucullo. Si nihil est: subaudi amantium. Seruis incurritur:idest ad seruos recurrunt: ut cum eis libidinentur. Aquarius. Alii tradunt aquarium illum dici:qui aquã coquo ministrat:quod hominis est uilissimus. Aquarium etiam accipi ,p eo:qui publice aquã uendit:ut Romæ & Venetiis nostris temporibus fit:unde Celius ad Ciceronem:nisi ego cum tabernariis:& aquariis pugnarem ciuitatem ueternus occupasset:unde & aquarium appellamus signum in zodiaco humectum & hymbricum. Nam sole in eo existente pluuiæ cadũt in terras. Iulius uero Frõtinus de aquæ ductibus ostendit illum dici aquarium:qui curam haberet aquarum deducendarum per urbẽ: sit enim scribit. Cuius rei fraus aquariorum est:quos aquas ex publicis ductibus in priuatorum usum deriuare depræhẽdimus. Alibi Nouus autẽ anio uiciabat cæteras aq̃s:nã quũ editissimus ueniat:& in primis abũdãs defectiõi aliaꝝ succurrit ipitia aq̃rioꝝ deducẽtiũ i alienos cũ specus. Aq̃rioli ãt dicebanẽ mulierũ impudicaꝝ sordidi asseclæ. Apuleius in.ii. apologia hisce auditis exacerbatus:aquariolus iste uxoris suæ ita ira extumuit.

Bacchanalia
Mænades
Crissari
Ceuere
Natales
Hernia
Oscheõ
Scrotũ
Nestor
Cucullus
Aq̃rius

Ex bibl. univ. Dorp.

¶ Atq; utinā ritus. Dolet poeta ī mulieribus tātā eē libidinis uredinē ut deorū ēt tēpla ꝓfanēt. Pudicitiā cōtē/
nāt: ī sacris bōæ deæ nulla turpitudine abstineāt. ¶ Ritus ueteres. Solénia uetera sacroꝝ nō uiolarētur. ¶ Pu/
blica sacra: q̄ ꝓ salute populi Ro. celebrabant. Plutar. ¶ Mauri: Mauritāia ī extrema est pte aphricæ ad occidē/
tē ad montē atlantē. ¶ Indi: populi sunt ad orientē siti ꝓpe oceani refluxus: & solis exortus: est. n. sensus: orien
tales pariter & occidentales natiōes nouerūt: q̄ psaltria tulerit penē maiorem quā sint duo anticatones. ¶ Cæ/
saris illuc. i. ubi sacra bonæ deæ celebrant. ¶ Psaltria: q̄ optimæ canit a psallo. i. cano: unde psalmus. i. cātus: &

Mauritania / Indi / Psaltria / Psalm⁹ / Psalterium / fidicina / Penis / Offa penita

Atq; utinam ritus ueteres: & publica saltem
His intacta malis agerentur sacra: sed omnes
Nouerunt mauri: atq; indi: quæ psaltria penē
Maiorem: quā sint duo cæsaris anticatones
Illuc: testiculi sibi conscius: unde fugit mus
Intulerit: ubi uelari pictura iubetur.
Q uæcuq; alterius sexus imitata figuram est.
Et qs tunc hoium contemptor numinis: aut qs
Sympuuium ridere numæ: nigrumq; catinū:
Et uaticano fragiles de monte patellas:
Ausus erat: sed nunc ad q̄s nō Claudius aras:
Audio quid ueteres olim moneatis amici.
Pone seram: cohibe: sed quis custodiet ipsos
Custodes: cauta est: & ab illis incipit uxor.
Iamq; eadē summis pariter: minimisq; libido
Nec melior pedibus: silicem quæ coterit atrū.
Q uam quæ longorum uehitur ceruice syroꝝ.
Vt spectet ludos: conducit oculina uestem.
Conducit comites: sellam/ceruical: amicas.
Nutricem: & flauam: cui det mandata: puellā

psalteriū instrumentū musitū. Quas psaltrias græci
dixerūt: latini fidicinas appellarunt. ¶ Penē: ueretrū:
penis dicit a pēdēdo: nā penē: autore Festo caudā uo/
cabant: unde offam porcinam cū cauda offam peni/
tā dicebāt: nūc uero penis capit ꝓ mēbro uirili sicu/
ti ēt cauda salax. ¶ Duo Cæsa. anticatones. Cice. libel
lū in laudē catonis uticēsis scripserat. Contra Cæsar
indignatus duos libros scripsit quos appellauit anti/
catones. De qbus ita Suetonius in Cæsare Reliqt: &
de Analogia duos libros & Anticatones totidē. In q/
bus cōplexus est crimina quāplurima in Catonē: de
anticatonibus ēt Cice. intellexit quadā epistola. Ad
Atticū sic scribēs. Qualis futura sit Cæsaris uitupe/
ratio cōtra laudationē meā pspexi ex eo libro quem
Hirtius ad me misit: ī quo colligit uitia Catōis: Vo/
cabulū est autē cōpositū ex græco & latino. Nam di
ctones: autore Quint. in primo ex peregrino & nro
cōponunt: ut Epitogiū & Anticato: Epitogiū est āt
genus uestis: qd' togæ superinduebat ἐπὶ ꝓpositio
ne græca & togā formatū ē. Anticato uero ab ἀντὶ
qd' est cōtra & cato: sic aūt duo libri in uolumē unū
cōplicati erant: & conuoluti specie tereti. Vnde & uo
lumina sunt denominata: ut diximus latius ī prima
satyra Cui uolumini modo penē illū cōparat poeta.
¶ Vnde fugitimus: tantæ pudicitiæ ferunt bonā deā
fuisse autor Macro. Vt extra gynæceū nūq̄ sit egres/
sa: nec nomen eius in publico fuerit auditū: nec uirū
unq̄ uiderit: uel a uiro uisa sit. Propter qd' nec uir tē/
plū eius ingredit. Vnde Tibullus: Sacra deæ marib⁹

Epitogium / Anticato / uolum̄

nō adeūda deæ. Et Propertius: fœmineæ loca clausa deæ fontisq; piandos. Impune & nullis sacra retecta uiris:
& ut testat Seneca: ita mares ab eius sacris arcebant: ut picturæ quoq; animaliū masculoꝝ cōtegerēt. Ostēdit
igit poeta ī Brutis maiorē eē pudorē quā in mulieribus: q̄s nō pudeat ueretrā in sacris bonæ deæ inferre. Vn/
de fugiāt ipsi mures tanq̄ qui sciant ea sacra oī amota uirili figura celebrari cōsueuisse. ¶ Et qs tūc hominū. Vt
sit sensus. Priscis tēporibus tāta ueneratione colebant dii: ut nemo unquā ausus sit eoꝝ ritū contemnere. Nūc
aūt ita ludibrio habētur: ut ī oībus tēplis: obscœnissima quæq; fiant. ¶ Numine: q secundus post Romulum
rex Romanorū sacra plurima īstituit: ædē ueste cōfecit: uirgines uestales elegit: Flamines tres Dialē: Martialē:
Quirinalē: Salios martis Sacerdotes: ī sacris fictilibus usus ē. ¶ Simpuuiū: uas cuius usus erat ī sacris: dictū a su
mēdo: ut scribit Varro. ¶ Catinū: uas a capiēdo dictū. ¶ Patellas. f. i. fictiles a frāgēdo. Nā & patella uas erat: quo
etiā utebantur in sacris: unde scri. Valerius. C. Fabritiū Patellam deorū & Salinum habuisse: Aemiliū quoq;
Pappum addit: quum hereditatis nomine ea accepisset religionis causa a se ab alienanda non putasse. ¶ Vatica/
no. Collis Vaticanus est appellatus: quod eo potitus sit populus romanus: uatum responso expulsis ætruscis.
¶ Sed nunc ad quas non Claudius aras: subaudi accedit: per Claudium intelligit omnem adulterum nam Clo
dius: ut diximus ex autoritate Plutarchi in uita Cæsaris: & ciceronis in secunda satyra. captus amore Pompeæ
uxoris Cæsaris: sumpto habitu muliebri: domum Cæsaris summi pontificis ingressus est: ubi sacra bone deæ
celebrabantur: sicq; ausus est: nulla habita sacrorum reuerentia: ea polluere. ¶ Sed nunc. i. temporibus nostris.
¶ Audio quid ueteres: intelligo inquit o amici ueteres quid nunc moneatis me. s. mulieres custodia in castita/
te posse contineri. ¶ Olim: Tria tempora complectitur: Præsens ut hoc in loco: & Præteritum: ut illud Oratii:
Olim truncus eram ficulnus inutile lignum: Futurum ut illud Virg. Forsan & hæc olim meminisse iuuabit:
olim item pro interdum & nōnunq̄ ponit: ut illud Oratianum: Vt olim dāt crustula blādi Doctores. ¶ Quis
custodiet ipsos custodes: Monet poeta nec mulierem tutam esse a custodibus: quando ab iis ipsa īcipiat: Mar.
Sed positis custodibus ingens. Turba fututorum est ingeniosus homo es. ¶ Eadem libido: omnes inquit mu
lieres paupes iuxta & diuites in libidinē ruūt. ¶ Pedibus q̄. c. i. q̄ lectica nō gestat sed pedib⁹ suis ambulat: ac p
hoc paup. ¶ Nec m. subaudi ē q̄ diues mulier. ¶ Atrū: hoc loco aspū aliis nigrū. ¶ Vehit. c. i. gestat lectica a ser/
uis syriis. ¶ Lōgoꝝ: procerorū: nā lecticarii q̄rebant magni & proceri. ¶ Vt spectet ludos: Aliud uitiū notat in
mulieribus q. s. ambitiosæ sint q̄ uis pauperes uolūt. n. diuites & nobiles uideri. ¶ Nutricem: nā inter ancillas
Romani diuites & nobiles habebāt nutrices liberorū suoꝝ. ¶ Flauā puellā: Pulchrā nā: ut diximus ante: Poe/
tæ flauū Pulchꝝ appellat: un̄ Ora. Phillidis flauæ decoret parētes. Alibi si flaua excutit Cloe: hoc est pulchra.

Simpuuium / Catinū / Patella / Collis uaticanus / Olim / Flauus

¶ Hæc tamē argēti: licet igt mulier modicas possideat diuitias: tamē qd'cūq; argēti paterni supest. i. quodcūq;
relictū est ex cēsu maioꝝ suoꝝ: donat athletis. ¶ Athletis: pugilibus nā ἄθλος certamē significat ἀθλεῖ uero
certo. ¶ Leuibus: poliris: & sine pilis: ac p hoc iuuenibus: nā leue dicimus qd' ē sine pilis. Mar. Leue āt est mu/
lierū corpus: q̄si frigore naturali densēt. ¶ Nouissima uasa: q̄ ei extrema fuerunt ex censu maiorū. ¶ Multis res
angusta dōi: subaudi ē: licet igt mulieres multe sint paupes: nullo tamē pauptatis pudore retinēt: quo minus
sint ꝓdigæ: modūq; fortunarū suaꝝ excedāt: nā ille dr̄ pudorē pauptatis nō habere: q nō timet: ne rephendat

athletæ / Leue

Hæc tamen argenti superest quodcūq; paterni
Leuibus athletis: ac uasa nouissima donat.
Multis res angusta domi: sed nulla pudorem
Paupertatis habet: nec se metitur ad illum
Q uē dedit hæc: posuitq; modū: tamē utile qd
Prospiciunt aliquādo uiri: frigusq;: fameq;. (Sit
Formica tandem quidam expauere magistra.
Prodiga nō sentit pereuntem fœmina censum.
Ac uelut exhausta recidiuus pullulet arca
Numus: & pleno semper tollatur aceruo,
Nō nūquam reputant quanti ia gaudia cōstet.
Sunt quas eunuchi imbelles: ac mollia semper
Oscula delectent: & desperatio barbæ.
Et quod abortiuo non est opus: illa uoluptas
Summa tamē: quod iā calida & matura iuuēta
Inguina traduntur medicis: iam pectine nigro.
Ergo expectatos: ac iussos crescere primum
Testiculos: postquam cœperunt esse bilibres.
Tonsoris damno tantum rapit heliodorus.
Conspicuus longe: cunctisq; notabilis intrat
Balnea: nec dubie custodem uitis: & horti
Prouocat a domina factus spado: dormiat ille
Cum domina: sed tu iam durū posthume: iāq;
Tondendum eunucho bromiū cōmittere noli.
Si gaudet cantu: nullius fibula durat

pauptatis: si qd ultra modū facultatū fecerit: nā pu/
dor ē timor iustæ rephēsionis. ¶ Ad illū: modū ad il
lam mēsurā rerū: quā dedit ei pauptas: nō uiuit ꝓ q̄/
litate facultatū. ¶ Prospiciūt uiri. s. prodigi. ¶ Reci/
diuus. Recidiua pgama appellat Vir. q̄ post casum
sint restituta: sic nūmus recidiuus: q̄si q renascatur:
postq̄ iā perierit. In uetustis codicibus legit rediuus:
q ex uetusto renouatū significare ostēdit festus ergo
nūmus rediuiu⁹ q̄si q remouet & reuiuiscat. ¶ Ex/
hausta: exinanita. ¶ Pullulet: sumpta metaphora a sa/
tis: q̄ quū e terra siue arbore exeūt. Pullulare dicunt
deducto uocabulo a pullo. i. nouello Orati. pullā ap/
pellat myrtū: q̄ nouella sit. ¶ Nō reputāt: nō cōside/
rāt: quā magno cōstēt uoluptates: q̄s capiunt ex libi/
dine sua. ¶ Sūt q̄s: aliā mulierū impudicitiam notat:
quod Eunuchis delectentur: ea. s. ratiōe: ut uolupta/
tes sentiant: & nō cōcipiāt: unde illud ē Mar. Cur tm̄
Eunuchos habeat tua Gelia q̄ris: Panicæ: uult futui
gelia nō parere. ¶ Imbelles: sunt. n. ueluti mulieres.
¶ Mollia: quasi muliebria quū Eunuchi sint. ¶ De/
speratio barbæ. Barbā. n. Eunuchi nō ꝓducūt: q fie
ri scri. Macro. in opia caloris. Calor. n. est: q pilos cre
at: unde Eunuchis desunt. Quorū naturā nullus ne/
gauerit frigidiorē eē q̄ uiri. ¶ Et qd' abortiuo: alia ra
tio qd' spadonibus delectent: qa nō ꝯcipiāt: ac p hoc
abortiuos nō faciat. De abortiuo dictū est in secūda
satyra. ¶ Illa uoluptas. Sūma tamē. Est ueluti Anti/
pophora q̄si aliqs dixerit: quā uoluptatē possunt ca/
pere ex huiusmodi Eunuchis: quū sint male mētula
ti. sed sūma inqt ē uoluptas: qa nō utunt Eunuchis
nisi q castrati fuerūt ī ætate adultiore: ut matura ha
buerint genitalia. ¶ Inguina. Ordo est inguina ma/
tura. i. quæ creuerunt ad legitimā mēsurā. Tradun/
tur medicis: ut inde testes excidant. ¶ Pectine nigro
. i. pubescēte. ¶ Ergo expectatos: mulieres īqt spado/

Pudor / Recidiuus / Rediuiuus / Pullulare

nibus delectant: sed eos nō iubēt prius castrari: q̄ ad ætatē maturā puenerit. Domitianus tamē mares castrari
uetuit: & spadonū: q residui erant apud māgones: Prætia moderatus est. ¶ Rapit Heliodorus: nomē medici:
Interptat donū solis. ¶ Tōsoris dāno: qa nō lucrabitur: nā eū nō tondebit: quū barbam (ut diximus) nō ꝓdu/
cat. ¶ Conspicuus: penis magnitudine: nā in Balneis bene mētulati a cynedis obseruabant. Ordo aūt est: & sen
sus. Spado factus a domina. i. q castratus fuit imperante domina lōge cōspicuus: & notabilis cunctis. i. quē oēs
ut pcipuū spadonē notent: & obseruent. Intrat balnea & prouocat pœnis magnitudine ipsum priappū. i. potest
certare cū priappo de magnitudine mēbri. ¶ Custodē uitis & horti. i. priappū: q (ut scri. Diodo. ī qnto) nō solū
in urbiū tēplis: sed in agrestibus quoq; locis tanq̄ uinearū: atq; hortorū custos colitur: fructuū fures castigans
cui deo sacra cū risu & ludo fiūt: sicuti ēt Diony. patri. Nā antiq fabulant: eū filiū fuisse Diony. & ueneris: ea ra
tione: quod q uino īdulgeāt sint natura ad uenerē promptiores. Asserunt nōnulli priscos illos: quū uellēt ho/
minum pudenda occultius nominare: priappū dixisse: Omitto multa alia quæ a Diodo. diffusius per scribun/
tur. ¶ Bromiū: puerū tuū formosum q̄lis fuit Bacchus q Bromius est appellatus. ἀπὸ τοῦ βρόμου. i. a crepitu
& sonitu q ei p tōitru cōtigit: quū natus est. ¶ Si gaudet cātu. Varia mulierū studia pcurrit poeta: earū semper
flagellans impudicitiā: si mulier ingt cytharedis: & cātoribus delectat nullus est: q durare possit: ita defatigan
tur cōtinuo cātu. ¶ Nullius fibula durat. i. nullus adolescens infibulatus pōt tā diutinū canēdi laborem perfer/
re. Infibulabant enim adolescentuli (ut diximus pauloante) interdū ualitudinis: interdū uocis cōseruādæ gra/
tia: frequens. n. coitus facit: ut adolescens raucescat. Eius infibulationis rationē hanc scri. esse Celsus in cutis: q̄
supra glandē est extendatur: noteturq; utrinq; lateribus atramēto: q̄ pforatur: si glans a notis libera ē. Is locus
idoneus fibulæ est: tum q̄ notæ sunt cutis acu filū ducēte trāsuit: eiusq; fili capita inter se deligant: quottidieq;
id mouet: donec circa foramina cicatriculæ fiant: ubi hæ confirmatæ sunt exempto filo fibula additur: q̄ quo
melior: eo leuior est. Erat. n. annulus tenuissimus argēteus siue aureus: siue æneus. Alii interptantur q mulie
res pcio corrumpant cytharedos: & cātores ad coitū: & sic fibulā soluere cogātur: qd' falsum est: nam nō amat

Heliodorus / Priappus / Bromius

eos mulier:ut coeat:sed ut uoluptatem capiat ex cantu:nam in sequentibus ait:Sed cantet potius: quam totã peruolet urbem. Supra uero taxauit alias mulieres:quæ cytharedos amarent ad coitum, Soluitur is magno comœdi fibula. Sunt quæ Chrysogonum cantare uetent. Ergo poeta notat hic mulierem: quæ studio Cytharedorum canentium teneretur. ⁊ Vocem uendentis prætoribus. Prætores enim qui ludis præerant adolescẽtes emebant:qui cantica peragerent. ⁊ Organa. Instrumẽtum est musicum habens autore Festo cordas. ⁊ Dẽsi sardonices. Tota inquit Cithara lapidibus præciosis adornata est. Onix gemma est: cui nomen est coniunctum cum Sarda alio lapide. Nam ut sudines ait (autore Pli.) Onyci candor est unguis humani similitudine. Item. Chrysoliti & Iaspidis & Sardæ: unde nominis societas oritur. Sardonicem Ptolomeus a Sardonice monte indiæ deriuari scribit:ea usus est primus superior aphricanus: Autor est Plini. de quo diximus latius apud Persium: Illic. Et natalicia tandẽ cum sardonicæ albꝰ. ⁊ Testudine: idest cithara: quã Mercuriꝰ primus. Teste Eratosthene ex Testudine fecit: quamq; postea Orphoe: siue ut alii uolũt Apollini tradidit: quũ ab eo contra dono Caduceum accepisset. ⁊ Numerantur: percutiuntur: nam numerari uidentur: quum feriuntur plectro. ⁊ Pectine. Pecten latine: idest quod græce dicitur plectrum: quo corde feriuntur. Virgi. atq; eadem digitis: mox pectine pulsat eburno. Plectrum aũt dictũ est a σπλητ τω qđ est percutio: q corde eo percutiantur. ⁊ Quo .s. pectine. ⁊ Hedymeles: nomen fictum Cytharedi: nam ηδυ significat dulce: & μελοσ cantũ. ⁊ Operã dedit: scilicet cantui. ⁊ Hunc tenet. s. pectinem: ut sit pars pro toto. i. Cytharam. ⁊ Quædam de numero lamiarum: idest nobilium: & potẽtiorum: Qualis fuit familia lamia: quæ nobilissima fuit deducta origine ab Lamo: qui formiaꝝ rex fuit in Cãpania. De quo Oratius Heli: uetusto nobilis ab Lamo. Quando & priores hinc lamias ferũt. Denominatos & nepotum. Per memores genus omne fastos & cætera.

Organum — Onix — Sardonix — Pecten — Plectrũ — Hedymeles — Lamus rex

Vocem uendentis prætoribus: organa semper
In manibus: densi radiant testudine tota
Sardonices: crispo numerant pectine cordæ
Quo tenet hedymeles opã ddit: hũc tenet: hoc
Solatur: gratoq; indulget basia plectro. (Se
Quædã de numero lamiarũ: ac nominis alti
Cum farre: & uino ianum: uestamq; rogabat.
An capitolinam deberet pollio quærcum
Sperare: & fidibus promittere: qd faceret plus
Aegrotante uiro: medicis quid tristibus erga
Filiolum: stetit ante aram: nec turpe putauit
Pro cithara uelare caput: dictataq; uerba
Protulit (ut mos est) & aperta palluit agna.
Dic mihi nunc quæso: dic antiquissime diuũ.
Respondes his iane pater: magna ocia cæli.
Non est (ut uideo) nõ est qd agatur apud uos.
Hæc de comœdiis te consulit: illa tragœdum
Commendare uolet: uaricosus fiet aruspex.

⁊ Quũ farre & uino. Docet Cato in re rustica cap. cxxxiii. quo Iano sacrificaret: his uerbis. Iano struẽ commoueto sic. Iane pater te hac strue commouenda Bonas p̃ces te p̃cor: uti sies uolens ꝑpitius mihi: liberisq; meis: Domo familiæq; meæ: Mactꝰ hoc ferto: Postea uinũ Iano dato sic. Iane pater uti te strue commouenda bonas præces bene precatus sum: eiusdem rei ergo macte uino inferiori esto. Oui. in primo fast. Ara mihi posita est paruo coniuncta sacello. Hæc adolet flammis cum strue farra suis. ⁊ Vestãq; rogabat. De uesta abũde dictum est superioribus satyris. ⁊ An capitolinam: rogabat inqt mulier quædam de nobilioribus Ianum & uestam facto sacrificio: an pollio cytharædus: cuius amore flagrabat: futurus esset uictor ĩ certamine capitolino. ⁊ Quercũ capitolinã. i. coronã quærnã: quæ dabatur uictori ĩ certamine capitolino. Martia. O cui tarpeias licuit contingere quærcus & alibi. Quid pro tarpeiæ frondis honore potest. Nam Domitianus: autore Tranquil. instituit quinquennale certamen Capitolino Ioui Triplex: musicum: equestre: Gymnicum: & aliquanto plurium quam nũc est coronatorũ: Certabatur etiam & prosa oratione græce: latineq;: ac p̃ter cytharædos: Corocytharistæ quoq;: & Psallocytharistæ. ⁊ Fidibus. i. ipsi cytharædo: scilicet ipsam coronam. Quid faceret. Non plus inquit anxia esset pro salute mariti ægrotãtis: aut filii: q̃ ẽ pro cythara: hoc est pro ipso cytharædo. ⁊ Velare caput: nam qui rem diuinam faciebant ex ueteri instituto caput uelabant: unde apud Virg. Helenus uates p̃cipit sic æneæ. Purpureo uelare comas adopertus amictu. Nequa inter sancto ignes in honore deorũ. Hostilis facies occurrat & omnia turbet. Hunc socii morem sacrorum hunc ipse teneto. Hac cãsti maneant in religione nepotes. De hoc ritu sacrificandi multa scri. Plutar. ĩ Problematis. ⁊ Dictataq; uerba. Ab haruspice. s. q uouẽti uerba dictabat. ⁊ Vt mos est. s. haruspex dictet uerba quæ postea proferat: qui uotum facit. ⁊ Aperta agna: ex cuius extis haruspices futura cognoscebãt. ⁊ Dic mihi nunc quæso: hac interrogatione ostendit tales præces indignas esse: quæ exaudiantur. ⁊ Antiquissime diuum: nam habitus est antiquissimus deorum: unde illud est Ouidii i. i. fasto. Me chaos antiqui: nam sum res prisca uocabant. ⁊ Iane pater: hoc uerbum est ex ritu nam in sacris Ianum geminum: Ianum patrem: Ianum Iunonium inuocabant: Patrem autem quasi deorum deum: lege Macro. lib. i. Saturna. ⁊ Magna ocia cæli: subaudi sunt. ⁊ Hæc de comœdis. Comœdi & tragœdi dicuntur qui comœdias: & Tragœdias agũt: Comici & Tragici qui scribunt. ⁊ Consulit te. s. o Iane. ⁊ Varicosus: in homine: ut in Persium diximus. Vene tumescentes in uarices conuertunt: nec in cruribus solum: sed in toto corpore conspiciuntur. Vnde Celsus ita scrib. Præter hoc euenit in quorundam uentribus uarices sunt: quarum qa nulla alia curatio est: quã q̃ in cruribus eẽ cõsueuit & Varices autem dicuntur ex nimia mora standi prouenire. Inde illud est Vatinii in Ciceronem uaricosum gloriantẽ se humoris italiæ ab exilio reportatum: unde ergo tibi uarices? Haruspex igit: quũ extra consulit diu stãdo fit uaricosus. Haruspex dicebat: q extra pecudũ inspiceret: ex quibus futura prænoscebat: ab haruga denominatus: nã haruga dr̃ hostia ab ara: in qua cõcludit & seruatur. Hara autẽ est: in q̃ pecora ĩcludunt.

Comœdus — Tragœdus — Cõicus — Tragicus — Haruspex — haruga

⁊ Sed cantet potius. Hinc ostendit poeta mulieres cantoribus: cytharedisq; delectari: ut diximus: non ut cum eis coeant: sed ut ex cantu uoluptatem capiant. Cantet inquit potius: & cum cantoribus uersetur: quã per urbem uagetur. sicq; notat mulieres ambulatrices: quæ semper impudicæ habitæ sũt. Vnde est illud præceptũ Catonis in re rustica. Mulier ne sit ambulatrix. ⁊ Ferre cætus uirorum: uersari magna audacia cũ uiris. Cũq; paludatis. Paludamentum uestis militaris imperatoria. Apule. in prima apologia. Verumtamen hæc Diogeni: & antistheni pera & baculus. Quod regibus diadæma: quod imperatoribus paludamẽtum: quod pontificibus Galerum: quod lituum auguribus. Tranquillus in Cæsare. Paludamentum mordicus trahẽs: ne spolio potiretur hostis. ⁊ Strictisq; mamillis: ita coarctatis: ut in summo natent sinu. ⁊ Quid seres: populi scythiæ primi hominum: qui noscãtur: lanitio syluarum nobiles: perfusam aqua depectentes frondium caniciem. Cœtum reliquorum mortalium fugiunt: quũ cõmertia expectant. Plini. lib. vi. ⁊ Quid traces: populi septentrionales. ⁊ Regi armenio: parthoq;: utpote imperii romani hostibus. ⁊ Cometẽ instantem: exitium minantem: nam cometas græci uocant: quas nos crinitas stellas appellamus horrentes crine sanguineo: & comaꝝ modo ĩ uertice hispida. Pli. ⁊ Facit niphatem isse. i. ita rem narrando disponit: ut faciat niphatem isse ĩ quosdam populos. Niphate fluuius est armeniæ. Luc. Armeniusq; tenens uoluẽtem saxa niphatem: est etiam mons eiusdem nominis ut scribit Stra. ⁊ Teneri diluuio: idest inundari: & aquis obrui. ⁊ Nutare urbes: terræmotu quati. ⁊ Subsidere: introrsum ire. Ouid. subsidũt ualles. ⁊ Nec tamen id uitium: nec illud uicium: uagandi per urbem: & perscrutandi res nouas grauius est: quã q iracundiæ & seuitiæ uitio laborat. ⁊ Rapere: trahere ui. ⁊ Vicinos humiles: hoc ẽ paupes: si forte interruptus fuerit ei somnus p canes eoꝝ. ⁊ Exorata: ẽt exorata. ⁊ Solet cõcidere: uerberare. ⁊ Illis. s. fustibus. ⁊ Dominũ: scilicet canis. ⁊ Grauis: terrifica. ⁊ Balnea nocte subit: nam ante cœnam lauabantur. ⁊ Conchas: uasa qbus utebantur in balneis. ⁊ Et castra: quasi casta: idest multam suppellectilem: quã secum ferat. ⁊ Gaudet sudare: gaudet inquit in balneis lauari strepitu magno & ambitioso: unde titulus epistolæ Senecæ in. viii. talis est: nota tumultuosam balneorum luxuriam. ⁊ Graui massa: graui alterum pondere: nam qui balnea ingrediebantur quo facilius sudorem elicerent: antequã lauarent se exercebant nunc grauiora onera manibus ferendo: nunc alteres rotando: quã rẽ Sene. ad Lucili. optime ostendit lib. viii. ubi notat tumultuosam luxuriã balneorum sic dicens.

Paludamentũ — Seres — Cometæ — Niphates

Sed cantet potius: quam totam peruolet urbẽ
Audax: & cœtus possit quam ferre uirorum
Cumq; paludatis ducibus præsente marito
Ipsa loqui recta facie: strictisq; mamillis.
Hæc eadem nouit: quid toto fiat in orbe:
Quid seres: qd traces agant secreta nouercæ.
Et pueri: quis amet: quis decipiatur adulter.
Dicet quis uiduam prægnantem fecerit: & quo
Mense: qbus uerbis cõcubat: quæq;: modis quot
Instantem regi armenio: parthoq; cometem
Prima uidet: famã: rumoresq; illa recentes
Excipit ad portas: quosdam facit isse niphatẽ
In populos: magnoq; illic cuncta arua teneri
Diluuio: nutare urbes: subsidere terras
Quocunq; in triuio: cuicũq; est obuia narrat.
Nec tamen id uitium magis intolerabile: q̃: qđ
Vicinos humiles rapere: & concidere loris
Exorata solet: nam si latratibus alti
Rumpuntur somni: fustes huc ocius inquit
Afferte: atq; illis dominum iubet ante feriri.
Deide canem: grauis occursu: teterrima uultu.
Balnea nocte subit: conchas: & castra moueri
Nocte iubet: magno gaudet sudare tumultu.
Cum lassata graui ceciderunt brachia massa.
Callidus: & cristæ digitos impræssit aliptes.
Ac summũ dominæ fœmur exclamare coegit.
⁊ Conuiuæ miseri interea: somnoq;: famæq;
Vrgent: tandẽ illa uenit rubicundula: totum

Quum fortiores exercentur: & manus plumbo graues iactant: quum aut laborant: aut laborantem imitantur: gemitus audio: quotiens retentum spiritum remiserunt sibilos: & acerbissimas respiratiões. Idem alibi ad Lucilium loquens de exercitationibus. Cursus: & cum aliquo pondere manus motæ: ergo graui massa: idest graui altere: qui aliud nihil est quam massa plumbea. Dictus autem alteres ab αλλομαι quod est salio nam saltantes susceptis alteribus exercebantur. Martia. Alterem facili rotat lacerto. ⁊ Aliptes: unctor ab αληφω quod est ungo: ungebant enim qui uolebãt lauari. ⁊ Callidus: astutus: nam dum ungit mulierem genitalia manibus maxime palpat: & percutit. Seneca libro octauo: loquens de strepitu balneorum. Quum in aliquem inertem ac plæbeia unctione contentum incidi: audio crepitum illisæ manus humeris: quæ ut plana prouenerit: aut concaua: ita sonum mutat. Idem in eadem epistola. Aliptum cogita tenuem & stridulam uocem: quo sit notabilior exprimentem: nec unquã tacentem: nisi dum uellit alas: & alium pro se clamare cogit. ⁊ Cristæ: genitalibus. ⁊ Exclamare: strepitum facere ex percussu manus. Summum fœmur: summam partem fœmoris: nam fœmur totam coxam appellamus: hoc est partem exteriorem: & ĩteriorem uno uocabulo. Apule. lib. ix. metamor. Nã quidã colonus partẽ uenationis ĩmanis cerui pinguissimũ fœmur domino illi suo muneri miserat. Fœmina uero tantũ partes interiores. Vnde Apule. eodẽ lib. Nam si faciẽ tuã mediis eius fœminibus emiseris facile percunctaberis: quã grandem tibi demonstret patientiam: loquebatur autem de Asino. Plini. autem lib. xxiii. Fœmina atteri: aduriq; equitatu notũ est. Apuleius in. x. Illam ticione candenti inter media fœmina detruso crudelissime necauit. ⁊ Conuiuæ miseri: hoc est qui illam domi expectant cum ea cœnaturi: ut sit tota ipsa familia. ⁊ Interea: dum lauatur. ⁊ Tandem: post lõgam expectationem.

Alteres — Aliptes — Fœmur — Fœmina

Oenophorũ Oenophorum:uas ad ferenda uina οινοσ enim uinum significat & φερω porto. Sitiens: magna cum siti bibens. Quod tenditur:quod plenum est; unde & ubera distenta dicimus; quae plaena sunt. Admotum a pedibus:idest appositum seruis ut pessimum:nam pessimum erat uinum:qui enim uomere uolebant uinũ pessimum bibebant:quale dabatur seruis:quod appellabant τροπιν quod significat uersionem: quae scilicet stomachum perturbabat. Id uerbum est apud Martia. bibit ergo tropin:ut uomat. De apedibus autem diximus in prima satyra illic. Ab octaua Marius bibit. **Sextarius** Sextarius alter:idest duo sextarii. Est autem Sextarius sexta pars congii. **Cõgi9** Congius enim sex capit sextarios: autor est Priscia. Ducitur:bibit. Oratius. Ducere nectarius succos. Ante cibum:idest ieiũo stomacho: cõtra uinum optimum uomitum coercet. Oratius. uel quod fluentem nauseam coerceat. Metire nobis cecubum. Rabidam orexim:idest rabidum appetitum: **Orexis** orexis enim dictio est graeca:quae appetitum significat:ορεγομαι enim graece appeto latine: p uomitu etiam ponitur Plini. ad Priscum de fania aegrotante pro uomitu sic scribit. Hoc discrimine implicita est insidens febris tussis. Orexis: summa macies: summa defectio. Iuuena. alibi in sequentibus. Hinc surgit orexis. Hinc stomacho bilis: nã uinum illud pessimum bibebant: ut uomerent:sicque euacuato per uomitum stomacho maior esset edendi appetentia. Vnde Sene. Vomunt:ut edant; edunt ut uomãt. Idem Seneca ad Lucilium loquens de intemperantia mulierum. Non minus inquit potant & oleo & mero uiros prouocant. Aeque inuitis ingesta uisceribus per os reddũt:& uinum omne uomitu remittunt. Dum redit. Sensus est:& ordo. Sextarius alter ducitur:idest hauritur:& bibitur ante cibum facturus rabidam orexim:idest rabidam appetentiam dum redit scilicet ex stomacho:idest dũ remittitur: & uomitur:nam sic per uomitum exinanito stomacho appetitus edendi magnus exercitatur.

Oenophorum sitiens:plena quod tendit urna
Admotum pedibus:de quo sextarius alter
Ducitur ante cibum rabidã facturus orexim.
Dum redit:& terram luto ferit intestino.
Marmoribus riui properant aut lata falerno
Peluis olet:nam sic tanq̃ alta in dolia longus
Deciderit serpẽs:bibit:& uomit:ergo maritus
Nauseat:atq oculis bilem substringit opertis.
Illa tamen grauior:quae:quũ discũbere coepit.
Laudat Virgilium:periturae ignoscit elisae.
Committit uates:& comparat inde maronem
Atq alia parte in trutina suspẽdit Homerum.
Cedunt grãmatici:uincuntur rhetores:omnis
Turba tacet:nec causidicus:nec praeco loquat.
Altera nec mulier:uerborum tanta cadit uis.
Tot pariter pelues:& tintinabula dicas
Pulsari:iam nemo tubas:atq aera fatiget.

Luto intestino.i.uino luteo:qd in intestina hauserat: luto.n.positũ est pro luteo:sic Virg. Croceo mutabit uellera luto:& in sequentibus Iuuen. Incude & luto uulcano ad rhetora misit. Quẽ locũ aiaduerti sic legendũ & nõ luteo:primã.n.habet longã. Persi. Surgit tibi lutea pellis. Carmen exametrũ luteo nõ admittit duabus extremis longis & media correpta:ergo luto p luteo. Riui. Hypbolicos q̃si riui. Marmoribus:per sola & pauimenta marmorea. Aut lata falernũ peluis olet: est.n. sensus **Oleo** uomitus uini:aut in terrã cadit:aut pelui excipit. Olet falerno:oleo & accusatiuo iungit. Ora. Pastillos rufillus olet:& ablatiuo. Ouid. Non arabo noster rore capillus olet. Bibit & uomit. Marti. Nec coenat prius: aut recumbit:q̃ septem uomuit deunces. Maritus nauseat:idest marito stomachus subuertitur:& aduomitum **Nausea** mouetur. Nam nausea propriae appellatur ipsa stomachi subuersio sine tamen uomitu. Sene. lib. vii. Nausea enĩ me segnis haec sine exitu torquaebat:quae bilẽ mouet:nec effundit. Nauseo aũt unum est ex sex uerbis de- **Sex uerba in eo primae cõiugationis** sinentibus in eo:quae primae sunt cõiugationis:quae sũt haec: Beo:creo:meo:nauseo:screo:laqueo:cũ cõpositis. Reliqua uero in eo desinentia secundae sunt cõiugationis:pter eo & queo cum compositis: quae q̃rtae sũt. Bilem substringit. Sed cholaram inquit compescit conniuendo. Illa tamen grauior. Ridẽdo ait poeta eã maioris esse grauitatis:quae ẽt in coenis disputet de poetis. Sic Persi. Ecce iter pocula quaerunt. Romulidae saturi qd dia poemata narrent. Periturae ignoscit Elissae:ita bene historiam ait scriptam a Virg. de nece Didonis:ut non irascatur ei:q ipsa sibi mortẽ attulerit:sed ignoscat:laudetq ut ab ea recte factũ:ut totum sit in laudem Virg. q causas necis optime descripserit. Solemus.n. irasci:& nullo modo ignoscere:cũ quis se interemerit nulla existente causa honesta. **Elissa** Elissae.i. didoni:nã Elissa nomen fuit propriũ. **Dido** Dido uero poenorũ lingua uiraginem significat:q in ignem se imiserit. **Cõmittere** Cõmittit uates:q̃si psentes in certamen deducit:ut alter cum altero concertare possit:nec alter altero sit inferior. Est enim cõmittere idem quod comparare:& in contentionẽ adducere. Propertius. Et sua quum antiquae cõmittit scripta puellae. De cuius significatione huberius illic dicimus in prima saty. Rutulumq ferocem. Cõmittas. **trutina** Trutina:idest stathera: Idem enim significat Victruuius lib. xi. Id autem ex trutinis:quae stratherae dicuntur licet cõsiderare:a Trutina fit uerbum Trutinor. Persius. Atq ex porrecto trutinantur uerba labello. Cedunt grammatici. Et si inquit grammatici; & rhetores clamosi sunt:tamen superantur a muliere strepitu uocis. **Rhetor Orator** Rhetores. Differt rhetor ab Oratore:qd ille praecepta artis tradit & docet:hic uero scdm pcepta artis loquit. Nec causidicus. Hoc uult itelligi tãtũ eẽ mulieris clamorẽ:ut oporteat oẽs silere:dum loquitur etiã qui soleant esse clamosi:ut causidici: pcones; & reliquae mulieres:ac si dicat:si causidici & praecones loquerentur ea dicente non exaudirent:tantus est strepitus uocis muliebris:omnes inquit tacebunt:quando in cassum loquerentur:si ea loquetur:quia non audirent. Tanta uis: tanta copia uerborum. Cadit:exit ex ore. Tot pariter:tu dicas uocẽ illam tã sonorã tot pelues eẽ:& tot **Peluis** tintinabula. Peluis:uas aquariũ:in quo uaria perluunt:unde & nomen. Nemo fatiget tubas. Nemo iquit ad succurrẽdum lunae utatur tubis: neq alio strepitu quãdoquidem mulier uoce sua omnes uincat strepitus.

Lunae laboranti. Nam ut scri. Pli. lib. ii. cap. xii. Viri ingentes:inter quos fuit Stesichorus & Pindarus crediderunt:Lunã eclypsim:& q̃si mortẽ pati excãtationibus:unde ne id luna pateret dissono crepitu succurrebãt. Titus Liui. lib. vii. tertiae decadis. praeliũ non solito mõ:clamore:ac tumultu est:sed ad aliorũ uirorũ equorũ: armorũ p sonum disposita in muris campanorũ imbellis multitudo tãtum cum aeris crepitu:q̃lis in defectu lunae silenti nocte fieri solet:edidit clamorẽ:ait ergo poeta tã clamosam esse mulierẽ:ut sine tubis:aliisq crepitaculis sola facile possit sua uoce lunae excãtationibus laborãti auxiliari:ne excãtationes audiat. Imponit finẽ:non solũ inqt mulier de poetis iudicat:sed ẽt more phi praecepta dat de rõne recte uiuendi:ergo & pẽt imponit finẽ rebus honestis.i.ẽt praeter iudiciũ: qd habet de poetis:pcipit finẽ & modum rebus honestis.i.docet ipsa sapiens:quid sit honestũ: quã utile:quã pulchrum:pronunciandum est risu satyrico. Nam si docta:ex quo inquit sibi usurpat officium uirorum:ut more philosophi de uirtute & honesto disputet:iudicetq de poetis debet:etiã habitũ sumere uiris sapientibus congruũ:& oĩa facere:quae faciunt philosophi & uiri lr̃ati:si cupit uideri docta & facunda:ut quẽadmodũ doctrina uiris perarẽ se facit:ita & habitu sit similis:estq legendũ cũ risu: ut manifesta sit sciolae mulieris irrisio. Crure tenus medio. Talẽ etiã habitũ Oratoris fuisse ostẽdit Quinti. li. xi. Tunice prioribus oris infra genua paulũ:posterioribus ad medios poplites usq pueniant: nã infra mulierũ est:supra cẽturionũ. Caedere syluano porcum:debet inqt oĩa facere:q̃ fieri solent a poetis:& uiris lr̃atis:qui cũ loca solitaria q̃rant:& nemora:ubi sine strepitu cõmodius possint scribere Syluano Syl-

Vna laboranti poterit succurrere lunae.
Imponit finem sapiens & rebus honestis.
Nam quae docta nimis cupit & facũda uideri.
Crure tenus medio tunicas succingere debet.
Caedere siluano porcum:quadrante lauari.
Nõ habeat matrona:tibi quae iuncta recubit:
Dicendi genus:aut curtum sermone rotato
Torqueat enthymema:nec hystorias sciat oẽs.
Sed quaedam ex libris & non intelligit: odi
Hanc ego:q repetit:uoluitq palaemonis artem
Seruata semper lege:& ratione loquendi.
Ignotosq mihi tenet antiquaria uersus.
Nec curanda uiris opicae castigat amicae
Verba:soloecismum liceat fecisse marito.

uarũ deo sacrificant:mactantes porcũ:uideturq poeta ad id respexisse:quũ dixit porcum mactandũ Syluano: qm̃:ut docet Cato in re rusti. Marti syluano in sylua interdius in capita singula boum uotũ faciebãt. Nã martem syluanũ appellarunt:cui porcũ imolabant. Mulieri ad eã rẽ diuinã adesse non licebat:neq uidere qũo fieret permittebat. Vnde nunc poeta ur̃ per ironiã hortari mulierẽ etiã ad sacrificia:q̃ a uiris dũtaxat peragunt. **Syluanus** Ora. in epi. Syluanũ placari lacte sic docet ab agricolis. Tellurẽ porco Syluanũ lacte piabant. De hoc tamẽ aliquid certius q̃rendũ est. Quadrante lauari:exigua mercede:qualẽ psoluunt pauperes phi. unde Orati. in. iii. saty. irridens cynicũ:ut miserũ & pauperẽ ait. Quadrantẽ balneatori daturũ. Dum tu quadrante lauatũ. Rex ibis. Nõ habeat dicẽdi genus:nõ sit ea eruditione:ut ex arte possit dicere:cognoscatq genera dicendi: q̃ tria sunt grande:mediocre:& humile. Sic & Marti. Optat esse uxorẽ suã. Sit mihi uerna satur sit non doctissima coniunx. Torqueat enthymema. Rhetores enthymemata appellant snĩas cõclusas ex contrariis:non qd oĩs sententia enthymema non proprio nomine dicatur:sed ut Homer. propter excellentiam cõmune poetarum nomen efficit apud graecos suum (nam graeci quum uelint ostendere aliquid dictum ab Homero dicũt poeta ita dixit). Sic quum omnis sententia dicatur enthymema:quia uidetur:quae ex contrariis conficiatur acutissima:sola proprie nomen cõmune possedit:eius generis haec sunt. Hunc metuere:alterum in metu nõ ponere. Eam quã nihil accusas:damnas. Bene quã meritam autumas:male mereri iudicas. Id qd scis prodest: nihil id qd nescis obest. Tales igitur sniae:quae concluduntur ex repugnãtibus a rhetoribus enthymemata nuncupant. Alii Enthymema:ut scri. Quintil. Rhetoricum syllogismum. Alii imperfectũ syllogismũ uocauere:qa nec distinctis:nec totidem partibus concluderet. **Enthymema** Enthymema intellectũ unũ habet:quo oĩa mente concepta:significat:ενθυμημα.n. idẽ est q cogitatio: siue cõmentũ:& cõmẽtatio. Torq̃at:iaculet in aduersarium. Curtũ breue:nã paucis absoluit uerbis. Rotato sermo.i. celeri:& breuibus cõpraehẽso. Palaemonis: tãtae ut testat Suet. de claris grãmaticis arrogãtiae fuit Rhemius hic Palaemõ Vincẽtinus ut de se diuinasse diceret Virg. quũ dixit. Tãtũ uicine palaemõ:ut uidelicet poetarũ aliq̃do arbiter foret. Varro. porcũ lr̃arũ appellabat: lr̃as dicebat secũ eẽ natas:& secũ morituras. Antiq̃ria:q uerba ab usu remota:& pene exauctorata scrutant: **Antiq̃rius** q̃si inde eruditiõis famã aucupãtes antiq̃rii appellant. Quinti. eos irridet sic famã eruditiõis affectabant:ut q̃dam soli scire uiderent. Cacozelos ãt & antiq̃rios ut diuerso genere uiciosos pari studio spreuit autore Tranql. Augu. **Cacozelus** Nã Cacozeli latine dici posse uident mali affectatores aemulatoresq. Quinti. lib. viii. ait Cacozelon malã esse affectationẽ per oẽ dicendi genus peccãtẽ. Nã tumida:& exilia:& pdulcia:& abundãtia; & accersita: & exultãti sub idẽ nomẽ cadũt. Nec curãda uiris:illã etiã inquit odi:quae exq̃sitae est diligentiae circa studia: ut etiã amicae barbarismos (rem sane minimã) castiget:quod uiris etiam negligendũ sit; cũ ab amicis tale qd committatur. Opicae barbarae:& ueluti incultae latinitatis. De opico dictũ est in. iii. saty. Et diuina opici rodebant carmĩa mures. Soloecismũ. Soloecismus est:ut docet Ci. ad Herẽ. quũ uerbis pluribus cõsequẽs uerbũ superiori non accõmodat. **Soloecismus** Asinius capito in lr̃is:q̃s ad clodiũ tuscũ dedit hisce uerbis definit. Soloecismus ẽ inquit ĩpar & inconuenies cõpositura partiũ orationis:quũ graecum aũt uocabulũ sit soloecismus:an attici homĩnes:qui elegantius locuti sũt:usi eo sint q̃ri solet. Sed nos inqt Aulus Ge. neq soloecismũ neq barbarismũ apud graecorũ idoneos adhuc iuenimus. Nã sicut barbaron ita Soleocon dixerũt. Nr̃i quoq antiq̃res soloecon facile soloecismum haud scio an unquã dixerint:quod si ita est:neq in graeca:neq in latina ligua soloecis-

Stribiligo scriblita

mus probe dicitur a uetustioribus autem latinis Stribiligo dicebatur:a uersura uidelicet & prauitate tortuosæ orationis:tanquã strebiligo quædam.Nam στρεβλῶ apud græcos torqueo:ac deprauo significat:unde & Scriblita appellata est:quod in circuitu ad restis modum torqueretur:unde a nostris torta appellata est. Martialis.Circumlata diu mensis scriblita secundis.Vrebat nimio sæua calore manus.¶ Liceat fecisse marito. Nõ sit inquit tam docta:ut intelligat:quum maritus incõgrue loquit̃.Sic & Martialis:ut diximus:optat esse uxorem suam.Sit mihi uerna satur:sit non doctissima coniunx.¶ Nil non permittit sibi:mira inquit est mulierꝝ

Nil non permittit mulier sibi:turpe putat nil
Cum uirides gemmas collo circũdedit: & cum
Auribus extensis magnos commisit elenchos
Intolerabilius nihil est:q̃ fœmina diues.
Interrea fœda aspectu:ridendaq̃ multo
Pane tumet facies : aut pinguia poppeana
Spirat:& hinc miseri uiscantur labra mariti.
Ad mœchum ueniet lota cute:quando uideri
Vult formosa domi? mœchis foliata parãtur.
Emitur his quicqd graciles huc mittitis indi.
Tandem aperit uultũ : & tectoria pria reponit
Incipit agnosci:atq̃ illo lacte fouetur.
Propter quod secum comites educit asellas:
Exul hyperboreum si dimittatur ad axem.

impudicitia:quæ omnia sibi licere putant:quandoque dem nec eas pudet circa collum gemmas gestare: & auribus uniones suspẽdere.¶ Virides gẽmas. Smaragdos ĩtelligit:quibus ait Plini.nihil comparatum omnino uiridius uirere.¶ Commisit auribus : idest suspẽdit. Vnde Sene.in.vii.de beneficiis:uideo uniones non singulos singulis comparatos:iam enim exercitatæ aures oneri ferendo sunt.¶ Elenchos.Plin.lib.ix.cap.xxxv.Vniones fastigiata longitudine elenchos appellat:hos inquit digitis suspẽdere:& binos: ac ternos auribus fœminarũ gloria est.¶ Interea fœda aspectu:insurgit poeta in mulieres cutem curantes:& faciem expolientes:ut adulteriis placeant.¶ Interea:idest mulier dum sibi omnia permittit: indulgetq̃:totam faciem domi linit medicamẽtis & operit:ut tenera & cãdida cutis fiat:atq̃ ita a marito amplexu & osculis interea fouetur:quum uero ad mœchum proficiscitur deponit linteola:& medicamenta:exeritq̃ curatam faciem.Ordo autem est. Interea facies fœda aspectu : & ridenda tumet multo pane: hoc est pane madido lacte asinino . Nam eo lacte cutem in facie erugari:& tenerescere:candoremq̃ custodiri putant:autor est Plini.quod fieri solitum ab othone sic scribit Tranquillus:q pane madido faciem linere consueuerit:ubi intelligendum panem fuisse lacte asinino maceratum:sicut diximus illic.Et præssum in facie digitis extendere panem.¶ Pinguia poppeana Spirat.

Poppeanum

Alii poppeana medicamenta esse intelligunt.i.offas panis madidi lacte asinino:ut sit idem bis repetitum:multo pane tumet facies & pinguia poppeana spirat.Ego uero unguenta fuisse interprætor his rõnibus:& q pinguia dixit & spirat.Nam unguenti est esse pingue & suauis odoris ex pane autem macerato lacte asinino:neq̃ odor ullus habetur:neq̃ pingue:unguentum igitur expone præciosissimũ:quod ipsa poppea Neronis uxor adinuenerit:usaq̃ sit.Nam & unguentorum usus fuit apud mulieres:ut placerent:sequitur enim Mœchis foliata parantur:ut ita appellata sint poppeana a poppea:quẽadmodũ Cosmiana a Cosmo:& Niceroniana a Nicerote cõfectoribus:& magr̃is.¶ Spirat:fragrat:& olet.¶ Et hinc miseri uiscant̃:hinc maxie ĩdignat̃ poeta:q mulier se poliat:nõ ut marito placeat:sed amatori tñ.Nã medicamenta illa e facie nõ lauat domi:parꝝ curans an placeat marito:unde inqt labra mariti uiscant̃:quũ eã osculatur.¶ Lota cute:e lutis e uultu medicamentis. ¶ Quãdo uideri uult for.do.cũ ĩterrogatiõe legendũ est:ut sit nunq̃ curat uideri formosa apud maritũ.¶ Foliata:unguẽta nardina:nã ea pciosissima habebant̃:q̃ ex foliis & spicis nardi fiebãt.Vnde Pli.de folio nardi plura dicere par ẽ:ut principali in unguẽtis:ĩde addit.Cacumina nardi in aristas se spargũt:iõ gemina dote nardi spicas:ac folia celebrãt.Idẽ alibi ait unguẽtũ regale appellatũ:qd̃ parthorꝝ regibus ita tẽperant̃.Cõstat myrobalano: costoamomo:cinamomo:comaco:cardamomo:nardi:spica:maro:myrrha &c.Vnde spicatũ unguẽtũ dicebat̃:q ex spicis fieret.De quo Diuus Marcus in euãgelio mentionẽ fecit.Et attulit alabastrum unguẽti spicati:ubi loco deprauato legit̃ pistaci:q oĩno culpa librariorꝝ factũ est:q parũ curiosi pistaci pspicati trãsmutatis lr̃is scripsere:totidẽ.n.ex dẽq̃ lr̃e sunt in dictiõe pistaci:q̃ in spicati:itaq̃ locus est emẽdandus quũ unguentũ dicat̃ spicatũ ab ipsis spicis nardi:& nõ pistacũ.¶ Parant̃ mœchis:ac si dicat non iã marito:uult inqt p unguenta placere:& grata esse amatoribus suis:bene aũt ait parant̃:unguenta.n.inuenta sunt ad alienã uoluptatem:&.n.qui odorẽ gerit:ipse nõ sentit.¶ Emitur his.i.ab his mulieribus.¶ Indi mittitis : ex india eni multi ex hmõi odoribus habent̃:unde sic Plini.de Costo & Nardo loquens.Radix & foliũ indis ex maxio præcio. ¶ Graciles tenues corpore:& nõ pulposi:sic etiã appellauit mauros.Et nigri manus ossea mauri:qui ossa tantũ hẽre uident̃:quã sint exili & macilẽto corpore:hocq̃ rõne nimii æstus:q macilẽtiæ cã est:sicut humor pinguedinis.¶ Aperit uultũ:amotis liteolis:& medicamẽtis.¶ Tectoria.Ironicos ĩteguméta illa medicamẽtorꝝ: sũpta metaphora a parietibus:q tectoriis cooperiunt̃:ut sint pulchriores:nã tectoriũ appellat̃ ĩcrustatio illa ex calce:q̃ parietẽ reddit leuigatiorẽ:de quo plæraq̃ dixius apud Persiũ illic.¶ Tectoria:linguæ.¶ Illo lacte:ad illud respicit:qd̃ ait Pli.ut ante diximus:cutẽ in facie erugari:& tenerescere:& candorẽ custodiri lacte asinino: notũq̃ q̃sdã quotidie septingẽtas custodito numero fouere poppea hoc uxor Neronis prĩcipis ĩstituit balneorũ quoq̃ sic solito tẽperato asinarꝝ gregibus ob hoc eã comitãtibus.¶ Exul:tanta inqt est decoris affectatio:ut quocũq̃ ẽt migrandũ fuerit in erũnis ẽt uoluptatibus indulgeat.¶ Axem hyperboreũ.i.septẽtrionales regiones.Soli.scri.Hyperboreos incolere ultra aqlonẽ:apud quos mundi cardines eẽ credunt.Domus sũt nemora in diem arbores uictum subministrãt.Dicti hyperborei:idest super aquilonares:uetustas enim hyperboreos uocauit incolas locorum:quæ super scythiam sunt:quasi originem boreæ introrsum recedendo transissent.

Elẽch9 — Vnuentum spicatũ — Locus deprauatus in euangelio — Tectorium — Hyperborei

¶ Sed quæ mutatis.Ordo est:sed facies:quæ inducit̃:& fouetur tot medicaminibus mutatis : & accipit offas siliginis coctæ & madidæ:dicet̃ ne facies:an ulcus:Legendũ cũ ĩterrogatiõe.q.d.ulcus potius dicendũ est quã facies:nã & ulcera eodẽ mõ emplastris & medicamẽtis foueri solẽt.¶ Offas coctæ siliginis.i.frusta panis cocti & macerati lacte asinino:nã appellatione offæ intelligimus frusta panis:carnis:casei:& hmõi rerꝝ: unde dicius offam porcinã.i.frustũ carnis porcinæ:unde Iuue.ĩ saty.ii.Et patruo similes effunderet offas.Persius itẽ appellauit globum carminũ offas illic.Carminis offas.Ingeris:itẽ Pli.inqt amygdalas cõtusas:& in offam redactas.

Offa

Sed quæ mutatis inducitur:atq̃ fouetur
Tot medicaminibus:coctæq̃ siliginis offas
Accipit:& madidæ:facies dicetur:an ulcus?
Est öpere præcium penitus cognoscere toto
Quid faciant agitentq̃ die:si nocte maritus
Auersus iacuit:periit libraria:ponunt
Cosmetæ tunicas:tarde uenisse liburnus
Dicitur:& pœnas alieni pendere somni
Cogit̃:hic frangit ferulas:rubet ille flagellis:
Hic scutica:sunt quæ tortoribus annua pstent.
Verberat:atq̃ obiter faciẽ linit:audit amicas.
Aut latum pictæ uestis considerat aurum.
Et cædens longi relegit transuersa diurni
Et cædit:donec lassis cædentibus:exi
Intonat horrendum iam cognitione peracta.
Profectura domo sicula non mitior aula.
Nam si constituit:solitoq̃ decentius optat
Ornari:& pperat:iamq̃ expectatur in hortis.

¶ Siliginis:genus tritici : ex quo fit panis delicatissimus:de quo plura ante.¶ Auersus:ab uxore:si forte inqt maritus nocte cũ ea nõ cõcubuerit: ĩdignata sæuitiã in seruos exercet.¶ Periit lib.quũ.n.in maritũ aĩaduertere nõ possit in familiã sæuit.Libraria ãt dicta est a libris:quos dñæ exscriberet . Sicut librarius dño exscribebat:unde Pli.lib.vii.loquẽs de cæsare. Epistolas uero tantarꝝ rerꝝ q̃ternas pariter librariis dictare:aut si nihil aliud ageret septenas.Ciẽt Cice. filius ad tyronẽ ita scri.Peto a te:ut q̃ celerrime mihi librarius mittat̃:maxime qdẽ græcus:multũ.n.mihi eripit̃ opæ in exscribẽdis hypomnematis:nisi forte uocabulũ deducat̃ a libra:ut libraria ancilla diceret̃:q̃ dispartiendis pẽsis pesset.Librariã ẽt eleganter dicius:quã græco uocabulo bibliothecã appellamus Gelius in noctibus atticis lib.v.ca.iiii.In libraria ego & paulus cõsederamus.¶ Ponũt tu.i.deponũt:ut flagellent̃.Plau.in Persa.Vbi captũ est flagrũ : dũ tunicas ponit:q̃ta afficit̃ miseria.¶ Cosmetæ : ancillæ q̃ dñam ornãt.Nã κοσμέω idẽ ẽ qd̃ orno:& κοσμῶ ornamẽtũ.¶ Tarde uenisse:ĩcrepat̃ q tarde uenerit. ¶ Liburnus:seruus:nã ex liburnia mittebãt̃ serui robusto & pcero corpore:ut dixius illic.Et ingẽti curret sup ora liburno.¶ Pœnas alieni somni.i.mariti: q dormiuit.nec uxorẽ ea nocte attigit.¶ Hic frangit ferulas:i dorso suo ita dictum:sicut alibi de Mario.

Siligo — libraria — librari9 — liburn9

Nodosam frãgebat uertice uitẽ:uitẽ enĩ frangebat uertice suo:dũ uerberabat̃.¶ Flagellis:nam tortores in seruos flagellis aĩaduertebãt.Sene.ad Lucil. Audio inqt circa horã tertiã noctis flagellorꝝ sonum:q̃ro quid faciat dicit̃ rõnes accipe.Romæ flagella uendebant̃ in suburra.Mar.Tontrix suburræ faucibus sedet primis.Cruẽta pendẽt q̃ flagella tortorꝝ.¶ Tortoribus:lorariis:quos inter seruos hẽbant & mercede ẽt conducebãt.¶ Annua pstant:annua absolute salaria appellamus:siue alimẽta unius anni.Vnde Tranql.in Tyberio.Sed & peculio cõcesso a patre:pbitisq̃ annuis fraudauit per spẽm publici iuris.Idẽ in opusculo declaris grãmaticis:& rhetoribus loquens de palæmone uincentino.Quanq̃ ex schola q̃dringenta annua caperet:sic ẽt accipimus diurnum p uictu:siue mercede unius diei.Sene.in.ii.controuersiarꝝ.Consors mõ oĩs fortunæ diurnũ petam.Idẽ diurnũ accipit:incentuculo dormit.Diurnum item accipitur pro libro in quo singulorꝝ dierum rationes notantur ut infra.Et cedens longi relegit transacta diurni.Sueto.in Claudio.Extat talis scriptura in plærisq̃ libris:ac diurnis:titulisq̃ operũ.¶ Obiter.i.simul ut sit sensus.Verberat & simul faciem linit : & audit amicas: de quo plura alibi in tertia saty.Atq̃ obiter leget aut scribet.Plini.lib.xii.Vt obiter quæq̃ genera odorum dicantur:idest simul dicantur.¶ Audit amicas:cum amicis confabulatur.¶ Considerat:contemplatur.¶ Vestis pictæ:uestem phrygiã forte intelligit:quã:ut est autor Plini.acu facere ĩuenere phryges: unde & phrygiones appellati sunt qui acu uestes pingunt.Possumus etiã ĩtelligere uestẽ attalicam.Nam attalus rex asiæ uestibus aurũ intexere inuenit:unde Attalicis nomẽ.Hæc Pli.¶ Et cædens:uerberãs:hoc est dum uerberat.¶ Relegit: iterꝝ:& sæpius legit:& inspicit.¶ Transuersa:consueuisse romanos rõnem q̃rere ex seruis suis ostendit ut diximus paulo ante:Sene.ad Lucil. Audio inquit circa horã tertiã noctis flagellorꝝ sonum:quæro quid faciat: dr̃ rationes accipere.Mulier igit̃ furibunda:& irata recognoscens:& diligenter trutinans errata lõgi diurni uerberat seruũ.¶ Diurni.i.libri:in quo:ut diximus:singulorꝝ dierum rationes notant̃.¶ Transuersa:ego intelligo errata:& delicta cõmissa:quũ perperã rõnes notauerit:unde dicimus fertur transuersus:quũ non recte qspiam incedat:& a recta uia declinet.¶ Horrendũ:pro horrende:nomen p aduerbio.¶ Intonat:clamat inquit horrende.¶ Exi:profectura domo.i.quũ iam domo sit profectura:peracta iam cognitiõe tum demũ intonat. Exi iam fessis cædentibus.¶ Sicula nõ mitior aula.i.Phalaride Agrigentinorꝝ tyranno:cuius crudelitatẽ tantam fuisse constat:ut præmia nouorũ inuentoribus tormentorꝝ proponeret:cui ut placeret perillus optimus artifex æneũ taurum conflauit ut inclusus reus subiecto igne torquæret̃:& uox hoĩs exclamantis mugitũ bouis imitaret̃.Cæterũ phalaris perillum nouo instrumento inclusum supplicio mortis affecit.Vnde Ouid.Vt munus munere penses.Da præcor ingenio munera digna meo.Dixerat & phalaris pœnæ mirãdæ repertor. Ipse tuum præsens imbue dixit opus.¶ Iam cognitiõe peracta.Iam omnibus rationibus diligenter recognitis & excussis.¶ Nam si constituit.Ordo est.Psecas infœlix componit crinẽ:si cõstituit:domina.s.cũ adultero: & si optat ornari decẽtius solito.Et si pperat:& si iam expectatur in hortis:aut potius apud sacraria lenæ Isiacæ.

Annua — diurnũ — Obiter — Vestis phrygia — phrygio uestis attalica — Phalaris

Aut apud isiacæ potius sacraria lenæ.
Componit crinem laceratis ipsa capillis
Nuda hũeros psecas isfœlix: nudisq; mamillis.
Altior hic quare cincinus: taurea punit
Continuo flexi crimen: facinusq; capilli.
Quid psecas admisit: q̃ nã ẽ hic culpa puellæ.
Si tibi displicuit nasus tuus: altera læuum
Extendit: pectitq; comas: & uoluit in orbem.
Est in consilio matrona: admotaq; lanis
Emerita quæ cessat acu: sententia prima
Huius erit: post hac ætate: atq; arte minores
Censebunt: tanq̃ famæ discrimen agatur.
Aut animæ: tanti est quærendi cura decoris.
Tot pmit ordinibus: tot adhuc copagibus altũ
Aedificat caput: andromachen a frõte uidebis
Post minor est: aliã credas: cedo: si breue parui
Sortita est lateris spatium: breuiorq; uidetur

Sacrarium

¶ Sacraria: dicuntur loca: ubi sacra reponuntur: quæ etiam in ædificio priuato esse possunt & solent: qui liberare ea loca religiosa uolunt: sacra ide euocare. Locus autem sacer dicitur sacratus. Hæc Vlpianus titulo de rerum diuisione. ¶ Lenæ isiacæ. Isis ægyptiorum fuit dea: cuius sacrificia romam trãslata fuere: in eius templo maxima dabatur adulteriorum occasio. Ouidi. ad amantem ait. Nec fuge niliacæ memphitica templa iuuencæ. Multas illa facit: quod fuit ipsa ioui. Scribit Iosephus libro. viii. antiquitatum: Iuuenem quendam nomine Mundum: quum impatienter paulinam quandam generosam & pudicam alioquin matronam amaret: sacerdotes Isidis pecunia corrupisse: qui nouo religionis commento mulierem in templum uocarent: ii igitur: quũ fingerent se per noctem cũ Osiride collocutos persuasere eam a deo desiderari. Eam itaq; quum in templum uenisset Iuuenis tanquã Osiris compræssit: mox quum petulantius stuprum ei exprobasset: mulier marito rem detulit: maritus Tiberio: Qui indignatus sacerdotes cum liberta mundi: quæ totius facinoris fuerat conciliatrix crucibus affixit: templum isidis euertit. Simulachrum eius in tyberim præcipitauit. Iuuenem trasmare relegauit grauiore supplicio dignum nõ iudicans: q; amoris impatientia: & furore deliquisset. ¶ Lenæ isiacæ: idest lenæ: quæ in templo isidis mulierem expectat.

Téplũ isidis

Templum autem isidis proximum fuisse cãpo martio: & tyberi ostendit Iuuena. A meroe portabit aq̃s ut spargat in ædem isidis: antiquo quæ proxima surgit ouili. ¶ Componit crinem: notat superbiam mulierum uecordiam: quæ quum ab ancillis ornarentur essentq; deformes: offensæ ea deformitate: dum in speculo se inspicerent: ancillas ipsas pulsarẽt: idem etiam notatur a Martia. in primo. Vnus de toto peccauerat orbe comarum. Annulus incerta non bene fixus acu. Hoc facinus lalage speculo quod uiderat ulta ẽ. Et cecidit sectis icta præclusa comis. ¶ Psecas: nomen fictum ancillæ. ψεκαζω enim idem est: quod irroro: nam dominam se componentem irrorat: sumpsit autem ex metamorphosi Ouidii: ubi eiusdem nominis est ministra Dianæ. ¶ Laceratis capillis: a domina: scilicet. ¶ Nuda humeros: idest habens humeros nudos: & mamillas discissã ueste a domina: a qua ceditur. ¶ Altior hic quare: uerba dominæ increpantis ancillam. Quod & Sene. notat in lib. de breuitate uitæ his uerbis. Quomodo excandescunt: si quid extra ordinem iacuit: nisi omnia sua in annulos suos reciderunt. ¶ Cincinus: hoc est capillus annullatus: ut dixi modo testimonio. Martia. Annulus incerta non bene fixus acu. ¶ Taurea: nomen matronæ fictum a feritate tauri: sicuti lalage apud Martia. quæ significat uocem: ac per hoc mulierem clamosam: & loquacem. ¶ Punit crimen: idest quod ipsa putat: & uocat crimẽ. ¶ Quid psecas: uerba poetæ subsanantis furentem dominam. ¶ Hic: in hac re: idest quum tu tibi displiceas: indignatur enim & irascitur ancillis: q; deformis sit altera læuum. Sensus est: altera mulier est quæ quum se comit: & capillum circa caput digerit: alias de ornatu consulit. ¶ Altera læuum: utrum extendit læuum capillũ: an extendit & pectit comas: & uoluit in læuum orbem. ¶ Voluit in orbem: circum caput multimodis reuolutiõibus disponit. ¶ Est in consilio matrona: hoc est: quod dicit: quum altera extẽdit: pectitq; comas: statim adhibetur matrona in cõsilio: nam matronam & ancillam anum quasi per ætatem peritiorem consulit de capitis ornatu: est autem ordo: matrona: & ea quæ emerita acu cessat admota lanis est in consilio. ¶ Emerita acu. i. iã finito munere suendi ppter ætatem: emeriti. n. illi dicunt: qui functi sunt munere suo: & uacationẽ habent. Trangl. in Caligula. Cæterorum increpita cupiditate: cõmoda emeritæ militiæ ad sexcentorum miliũ sũmã rescidit. Papinius in syluis. Cæsar ab emerito iubeat discedere bello. Mulier. n. uetula omisso munere suẽdi uitio ætatis carpẽdis lanis admouet. Vnde Ora. De anu. Te lanæ ppe nobilẽ tõsæ lucæriã nõ cytharæ decẽt. ¶ Snĩa pri. huius. s. ancillæ uetulæ: ut peritioris. ¶ Minores arte. i. peritia ornãdi. ¶ Discrimẽ fa. periculũ existimatiõis & uitæ. ¶ Tãti ẽ q̃rendi. i. tãti faciunt studiũ ornandi se. ¶ Aedificat: amplificatio est p irrisionẽ: q̃si triũ altam extruat. ¶ Andromachen a fronte: pcero corpore fuisse andromachen Hectoris uxorẽ ostẽdit Oui. Parua uehat æquo: qd erat lõgissima nunq̃. Thebais hectoreo iuncta resedit æquo. ¶ A frõte. Incessum mulierum designat: q̃ ore elato icedũt ita ut a fronte uideant pceræ: & a tergo minores. Vnde est illud Papinii in epithalamio uiolãtillæ. Celsæ pcul aspice frontis honores. Suggestũq; comæ. Est ergo sensus: si a fronte inqt & parte anteriore mulierẽ spectaueris: altissimã dices: & alterã andromachen: ita est capillorum ordo in capite fastigiatus: a tergo uero: si uideris cognosces breuẽ esse: ita ut aliã credas. ¶ Cedo si breue parui: iocat poeta in breuiculã mulierem: cedo inqt. i. dic mihi qũo facit tam breui statura: quum maritum uult osculari: erigit se inquit in plãtas: erit ergo ordo cedo: idest dic subaudi extrinsecus: qũo facit quũ uult osculari maritum: si sortita est breue spatium lateris parui: & si uidetur breuior uirgine pygmæa adiuta nullis cothurnis: & si leuis est: idest minime ponderosa: quũ sit pusilla: cõsurgit inqt ad oscula planta erecta: hoc est ipsa erecta in plãtas: sicq; poeta cauillat mulieres breuiculas. ¶ Adiuta: subleuata. ¶ Cothurnis: calciamentis. Qualia fiunt ex cortice suberis in usum mulierum: ut docet Pli.

Virgine pygmæa nullis adiuta cothurnis.
Et leuis: erecta consurgit ad oscula planta.
Nulla uiri interea cura: nec mentio fiet
Damnorum: uiuit tanquam uicina marito.
Hoc solo propior: quod amicos coniugis odit:
Et seruos: grauis est rationibus: ecce furentis
Bellonæ: matrisq; deum chorus intrat: & igens
Semiuir obscœno facies reuerenda minori.
Mollia qui rupta secuit genitalia testa
Iampride cui rauca cohors: cui tympana cedũt
Plæbeia: & phrygia uestitur bucca tyara.

Pygmeus Spithameus

¶ Virgine pygmæa: idest breuis staturæ: quales sunt pygmæi: q & spithamæi dicunt: eo qd ternas spithamas longitudine hoc est ternos dodrantes non excedant: ad extremos indiæ fines habitant: salubri cœlo sempq; uernanti: montibus ab aqlone oppositis: quos a gruibus infestari Home. quoq; pdidit. Fama est isidẽtes arietũ: caprarũq; dorsis armatos sagittis ueris tpe uniuerso agmine ad mare descendere: & oua pullosq; earũ alitũ cõsumere: aliter futuris gregibus nõ resisti. Pli. ¶ Nulla uiri cura interea: dũ hæc inquit curat: qũo se ornet & comat: nullã rerum domesticarum curam hẽt: q̃si ad eã nihil pertinẽtiũ. ¶ Nulla cura: subaudi erit. Hoc solo ppior Satyrice dictũ: hac una re ur rerum mariti curã hẽre: q. s. odit amicos eius: & seruos: quũ in cæteris rebus: q̃si ad se non spectãtibus sit negligentissima. ¶ Grauis rõnibus: domesticis. s. quũ plus ipendat quã rõ familiaris tollerat. ¶ Ecce furentis bellonæ: matrisq; deũ. Stultã superstitionem mulierum multis carminibus insectat: qd nimis credulæ timeant: q̃ a sacerdotibus cybeleis: & Isiacis horribiliter pnuncient.

Cybele Bellona isis

Cybele aũt ex snĩa Apulei Bellona & Isis eædem fuere deæ: Ideq; sacerdotes triũ dearum sacra peragebant: unde nũc recte eundẽ cybeles: Bellonæ: & Isidis chorũ iducit. ¶ Chorus: cœtus. ¶ Bellonæ furentis. i. sacerdotũ Bellonæ furẽtium: nã in eius sacris sacerdotes suo cruore sacrificabant: gladios. n. districtos utraq; manu tenentes: sectis pariter humeris: & lacertis: & capitis rotatiõe discurrebãt: & ueluti numie deæ afflari agebãt: unde superius. Sed ut fanaticus oestro. Percussus Bellona tuo diuinat. Tibul. Hæc ubi Bellonæ motu est agitata: eam turbã Mar. Entheã appellat. i. fanaticã: & numine afflatã. De sacerdotibus Bellonæ sic scri. Lampri. Bellonæ seruiẽtes uere execare brachiũ pcepit studio crudelitatis. ¶ Matrisq; deũ: cybeles. De qua Liui. li. xxix. Oratores romani pergamũ ad regẽ uenerũt. Is legatos comiter acceptos pessinuntẽ in phrygiã deduxit: sacrũq; his lapidẽ quẽ matrẽ deum eẽ icolæ dicebãt: tradidit: & deportare romam iussit: hinc sacerdotes galli seruiebãt eunuchi: q apud deam se iactantes faciebãt cymbalorum: ferramentorũq; iactatorum: ac manuũ sonitũ.

Galli

Galli aũt sunt cognominati sacerdotes deæ: a gallo fluuio phrygiæ: apud quẽ orgia colebãt: simulachrũ aũt illud deæ facile romanis cõcessum fuit: consanguineos se dictantibus: atq; oriundos ab ænea phryge. Ipsum simulachrum cælitus: ut aiunt demissum: neq; qua sit materia: neq; a quo fabricatum artifice: ut scribit. Herodianus satis constat: neq; plane hominum manibus creditur factum hoc igitur decidisse cælitus ferunt in quendam phrygiæ agrum: cui nomen pessinunti a casu eius simulachri factum putant: nam πιπτω cado significat: cuius aoristus est επεσον: Vnde pesinus nomen tractum est.

Pesin9

¶ Ingens semiuir: idest antistes sacrorum: & præfectus gallorum: ordo est: ingens semiuir appositio facies reuerenda minori grande sonat. ¶ Semiuir: quia eunuchus. ¶ Facies reuerenda: quem cæteri sacerdotes minores uenerantur. ¶ Minori obscœno: idest gallo fœdo fœmineo. Nam Diuus Augustinus scribit: Gallos molles contra omnem uirorum: mulierumq; uerecundiam consecratos: madidis unguẽto capillis: facie dealbata: fluentibus membris: incessu fœmineo per plateas: uicosq; a populis: unde uiuerent: turpiter quæsitasse. ¶ Secuit genitalia: uirilitatem enim sibi: ut scribit. Plini. testa samia amputabant in monumẽtum atys ab dea dilecti: unde Ouid. uenit in exemplum furor hic: mollesq; ministri. Cedunt iactatis uilia mẽbra comis. Ad quam consuetudinem alludit Martia. Abscissa est quare samia tibi mentula testa. Si tibi tã gratus betice cunus erat. ¶ Mollia: proprium est epitheton eunuchorum: molles enim sũt ueluti fœminæ: unde superius. Sunt quas eunuchi imbelles ac mollia semp. Oscula: delectẽt: & desperatio barbæ. ¶ Rauca cohors: idest uocis acutæ exilis & muliebris: nam eunuchi: autore Macrobio: ita acutæ sunt uocis: ut sæpe mulier: an eunuchus loquatur: nisi uideas ignores. Id facere superflui humoris abundantiam tradit: qui arteriã: per quã sonus uocis ascendit: efficiens crassiorem: angustat uocis meatum: & ideo: uel fœminis: uel eunuchis uox acuta est: uiris grauis: quibus uocis transitus habet liberum: & ex integro patentem meatum. Quintilia. lib. xi. ostendit uocẽ exilem esse eunuchis: his uerbis. Ne ad spadonũ: & mulierum: & ægrorum exilitatẽ uox nr̃a tenuet. ¶ Cui: antistiti. ¶ Tympana plæbeia. i. sacerdotes minores: & plæbei. Nã ministri cybẽles: qui eã comitantur tympana: aliaq; instrũ pulsabant. Ouid. in. iiii. fa. Aera deæ comites: raucaq; terga mouẽt. Cymbala p galeis: p scutis tympana pulsant. Tybia dat phrygios ut dedit ante modos. ¶ Cedũt: uenerantur. ¶ Et cui. s. antistiti. ¶ Vestit buc. i. os uestit: nã redimicula a pileo depẽdebãt: qbus maxillæ: & mẽtũ uestiebant.

Bucca

Nã bucca: p buccis dixit: & pprie bucca: ut alibi dixius: appellat ea pars oris: q̃ infra malas iflari solet. Vnde Orat. Quin iuppiter ambas iratus buccas iflet.

Buccea

A bucca fit Buccea: hoc ẽ frustulũ alicuius rei esui aptæ: q̃tũ. s. bucca cõmode capit Augu. in epi. ad Tyberiũ: Autore Trangl. sic scrib. in Balneo demũ post horã primam noctis duas bucceas manducaui priusquã ungi iciperem.

Bucella

Inde ẽt fit bucella in eodẽ significatu: ut est apud Diuũ Ioan. in sacra scriptura sic. Et quũ intinxisset panẽ dedit Iudæ Simonis scariothis. Et post bucellã introiuit in eũ sathanas:

Bucellatum

ide etiã est Bucellatũ genus cibi castrẽsis: & frumẽtacei: quo Pessenius niger iubebat cõtentos esse debere milites oẽs: ut scri. Spartia. De Bucellato itẽ meminit Volcatius gallicanus in uita Auidii iperatoris his uerbis. Et pter laridũ: ac bucellatũ: atq; acetũ militẽ in expeditione portare phibuit. Ammianus ẽt marcellinus sic. Bucellatum: ut uulgo appellant: humeris imposuit libentium militum.

Buccula

A bucca etiam fit buccula: quæ pars est cassidis: quæ prominens buccas ipsas tegit: de qua alibi poeta. Et fracta de casside buccula pendens.

Tyara

¶ Tyara ge-

Grande sonat:metuiq; iubet septẽbris:& austri
Aduentum:nisi se centum lustrauerit ouis:
Et xerampelinas uestes donauerit ipsi.
Vt quicquid subiti:& magni discriminis istat.
In tunicas eat:& totum semel expiet annum.
Hybernum fracta glacie descendet in amnem.
Ter matutino tyberi mergetur:& ipsis
Vorticibus timidum caput abluet:inde superbi
Totũ regis agrũ:nuda ac tremebunda cruentis
Erepet genibus:si candida iusserit io.
Ibit ad ægypti finem calidasq; petitas
A meroe portabit aquas:ut spargat in ædem

nus pilei:quo peculiariter persæ utebantur:de quo Herodo.lib.vii.Sic.Ex quibus:qui militabant:si erãt per/
sæ:hunc in modum ornati circa capita gestabant pilea:quos uocant tyaras impenetrabilia.Lunatæ formæ in
dicat fuisse Sidonius in panegyrico.Flectit a chemenius lunatum persa tyaram.Seruius quoq; declarãs illud
Virgilia.Sacerq; tyaras.Dicit pileum fuisse phrygium:quo ipsi sacerdotes uterentur:q in phrygia prius sunt
instituti ipsi matri deum:unde nunc dixit.Et phrygia uestitur bucca tyara.De tyata ita scribit Diuus Hiero/
nymus ab fabiolam. Quartum genus est uestimenti rotundum pileolum:q̃si sphæra media sit diuisa:& pars
una ponatur in capite hoc græci & nostri tyarã:nõ
nulli galerum uocant:non habet acumẽ in summo:
nec totum usq; ad comas caput tegit:sed tertiã par/
tem a fronte inopertam relinquit:atq; ita in occipi/
tio uitta constrictus est:ut non facile labatur ex capi/
te:est aũt bissinũ:& sic fabre operatũ linteolo:ut nul
la acus uestigia forinsecus pateant.¶ Grande sonat:
miranda prædicit:& grandia:ut non ad uocem cla/
rã referas:sed ad faciem rei horrẽdã:nam galli:sacer
dotesq; ægyptii per urbes cũ insignibus suis uatici/
nãtes:fanatico carmine talia populis uẽtura minabã
tur:q̃lia Sene.in lib.de beata uita sic irridet.Quum
sistrũ aliquis cõcutiens ex imperio mentit̃:quũ ali/
quis secando lacertos suos artifex brachia atq; hume
ros suspensa manu cruentat:quũ aliqua genibus per
uiam repẽs ululat:laurũq; linteatus senex & medio
lucernam die præferens conclamat iratum aliquem
deorum:concurritis & auditis:ac diuinum esse eum
inuicem mutuum alentes stuporem affirmatis.¶ Lustrauerit:expiauerit.¶ Centum ouis:admittebantur enĩ
oua ad expiationes.Ouidius.Et ueniat quæ lustret anus:lectumq; locũq;.Præferat:& tremula sulphur & oua
manu:Apule.lib.xi.de Asino aureo loquens de naui expiata sic scribit.Summus sacerdos tæda lucida:& ouo
Xerampelinæ Vestes
& sulphure solemnissimas præces de casto præfatus ore q̃ purissime purificatam deæ nuncupauit.¶ Et xe/
rampelinas:ad usum matronarum scribit fuisse Probus uestes ampelini coloris:qui inter occinum & muri/
ceum medius est.ξηρος enim siccum significat αμπελος uitem:itaq; xerampelinus color is esse existimatur
Xerampelinus color
quem nũc rosam siccam nominamus.Georgius Merula præceptor meus in commentariis suis ita scriptum
reliquit.Has uestes atrabaticas inuenio latine appellatas his uerbis apud Suidam.Diebus festis:& in uictoria
aut astantibus legatis induebãtur tunicas:& Clamydes auro ac purpura uariatas : aut alio quouis modo præ
Atrabatica uestis
ciosas:in quotidianis uero conuentibus xerampelinas sic a colore dictas : quas uocabãt atrabaticas a colore ui/
delicet:atrum enim nigrum significat:unde coniicimus xerampelinas nigras fuisse.Hæc illæ . Aut reuera in/
telligit uestes lineas:quales solent gestare sacerdotes ægyptii:nam de sacerdotibus & Cybeleis & Isiacis intel/
ligit:uestes autem conficiebantur ex genere lini quod xylon appellarunt:de quo ita Plini.lib.xix.capi.i.Supe
rior pars ægypti in arabia uergens gignit fruticem : quem aliqui gossiopion uocant:plures xylon: & ideo li/
na inde facta xylina paruulus est:similemq; barbatæ nucis defert fructum:cuius in exteriore bombice lanugo
netur.Nec ulla sunt eis in candore : molliciaue præferenda.Vestes inde sacerdotibus ægypti gratissimæ : ut
intelligas uestes lineas coloris ampelini:& legas xylampelinas:nisi forte ratio metri reclamet:nam xylon pri
mam syllabam habet correptam:quæ tamen ratio plærunq; a poetis confunditur:sensus tamen prius magis
placet.¶ Donauerit ipsi:idest sibiipsi scilicet sacerdoti.¶ Vt quid:quid subiti:ut si quid mali immineat:id to/
tum eat in tunicas.¶ Magni discriminis:idest periculi.¶ Semel:sola hac lustratione.¶ Descendet:scilicet mu/
lier ita sacerdote iubente.Putabant enim se tyberis aqua profundentes expiari . Persius . Hæc sancte ut poscas
tyberino in gurgite mergis Mane caput:bis terq; & noctem flumine purgas.¶ Timidum caput : idest ipsa ti/
mida.¶ Totum agrum regis superbi.i.campum martium: qui eiecto Tarquinio superbo datus est populo &
marti consecratus.¶ Io candida : idest si sacerdos ex Isidis imperio iusserit:non enim ipsa dea iubet:sequitur
enim.Credit enim ipsius domine se uoce moneri.¶ Candida:aut pulchra:aut uerius est : respexit ad id:quod
uestibus lineis uterentur Isiaci sacerdotes : ut statim dicemus.¶ Io : inachi argiuorum regis filia a phœnici/
bus rapta est : ut scribit Herodotus libro primo . Et abducta in ægyptum . Osiris eam duxit uxorem:quo
mortuo regnum tenuit : dictaque Isis : post mortem habita pro dea . Eius sacra romam translata sunt.Tem
plum iuxta campum martium extructum fuit : sacerdotes uestibus lineis induti per urbem lugentes uaga/
bantur:mox ad læticiam conuersi : sacra perficiebant : Id erat monumentum Isidis:quæ quum ossa osiridis
a fratre typhone(ut ferunt occisi) diu quæsita non inuenisset : in maximos prorupit luctus . Vnde commoti
ægyptii tam diu ea multo luctu quæsiuerunt : quoad iuxta Syenem inuenerunt quibus inuentis lachrymas
in læticiam uerterunt . Ea illic ab Iside mandata sunt sepulturæ . De quo plura illic recitabuntur in.viii.saty/
ra.Populus quod clamat Osiri inuento : mulieres hæc sacra frequentabant : nephasq; iis erat:illis diebus con
iungi cũ uiro.Proper.Tristia iã redeunt iteꝝ solẽnia nobis.Cynthia iam noctes est opata nouem.¶ A meroe:
multas magnasq; insulas ambit nilus:quarum nobilissima est meroe.¶ Aquas calidas.Pars.n.illa ægypti zo
ne proxima est torridæ.¶ Portabit.Hyperbolicos dixit.idest etiam ex parte extrema orbis.¶ Vt spargat: hoc
est ex instituto sacri Isiaci:nam in templo Isidis aqua sparsa de nilo dicebatur:q̃uis simulata forent.Nã q̃ exhi
beri non poterant simulabant̃ & habebantur ꝓ ueris. Vnde Virgi.Sparserat & latices simulati fontis auerni.

Isidis:antiquo quæ proxima surgit ouili.
Credit enim ipsius dominæ se uoce moneri.
En aiam:& mentem:cũ q̃ dii nocte loquuntur.
Ergo hic præcipuũ:summũq; meret̃ honorem
Q ui grege linigero circũdatus: & grege caluo
Plangentis populi currit derisor anubis.
Ille petit ueniam:quoties non abstinet uxor
Concubitu:sacris obseruandisq; diebus.
Magnaq; debetur uiolato pœna cadurco
Et mouisse caput uisa est argentea serpens
Illius lachrymis:meditataq; murmura ꝓstãt.
Vt ueniam culpæ non abnuat ansere magno

¶ Proxima antiquo ouili.i.loco ita cognominato in campo martio:nam Ouile ideo appellatus est locus in cã/ Ouile
po martio:q ibi greges ouium a Tarqniis haberent̃:fuit.n.eorum ager. Hocq; magis placet q̃ ut intelligas de
septis:hoc est tabulatis:in qbus clauderet̃ populus tẽpore comitiorũ:ait.n.antiquo ouili:hoc est illi loco : q in
campo martio antea & priscis tẽporibus appellatus ẽ ouile:ubi.s.greges:& ouilia habuere.Tarquinii:qbus po
stea:ut diximus:expulsis:cãpus populo datus est:& marti cõsecratus:inde postea septa illa fabricata fuere:qui/
bus populus claudebat̃ ad danda suffragia:De qbus sic Spartianus in Hadriano.Romæ instaurauit pantheũ:
septa basilicã Neptuni.Pli.li.xvi.loquẽs de magnitu
dine arborũ.Fuit inqt & memoria nr̃a in porticibꝰ
septoꝝ a.M.Agryppa relicta De ouili antiquo in cã
po martio intellexit:& Luca.in.i.Et miseræ macula
uit ouilia romæ.i.ipsum cãpũ martiũ:q ãtea habue/
rat ouilia tarquinioꝝ:lege Liuiꝰ.in.i. Decade. Stra.
quoq; mẽtionẽ facit in.v.his uerbis Sylla alios: q ar
ma ꝓiecerant:ad milia tria:uel ut alii q̃tuor in cãpo
martio ad ouilia coactos ĩmissis militibus triduo iu
gulauit.¶ Credit.n.ipsius dñæ se uoce moneri : cre/
dit iqt q̃ a sacerdotibus dicunt̃:a dea ipsa dici : ita ab
eis ꝑsuasa.¶ Voce dominæ:isidis.¶ En animã & mẽ Anima
tẽ:ironia est in sacerdotẽ:o quã sanctus inqt est sacer
dos: quãq; dignus cũ quo loquat̃ nocte dea. Aia ẽ q̃
uiuimus: Animus uero quo sapimus:nã autore Lu/ animus
cretio:ea est mens:q & aius.Est.n.aius : autore bea/
to Augu.substantia quædã rõnis participes regẽdo
corpori accomodata: uñ ẽ illud:salustianũ. Sed dux
atq; iperator uitæ mortaliũ est animus &c.¶ Ergo hoc præcipuũ.Ordo est & sensus . Ergo hic Anubis deri/
sor.i.sacerdos isidis:qui ut antistes grege linigero circundatus currit.i.discurrit & uagat̃ per urbem:meretur
præcipuũ honorẽ apud mulieres:nam superstitioso quodam metu mulieres sacerdotes ipsos isidis colebant.
¶ Ergo.Quum mulieres:inquit credãt sacerdotes colloquia cum iside habere:ergo eos præcipue colũt.¶ Gre
ge linigero.i.reliquis sacerdotibus indutis uestes:ut diximus:lineas.De qbus ita Ouidius . Nunc dea linigera
colitur celeberrima turba.Marti.Linigeri fugiunt calui sistrataq; turba.Suetonius in Orthone.Sacra etiam isi
dis sæpe in linea religiosaq; ueste pro palam celebrauit.Apule.in ulti.meta. Loquens de cerimoniis isiacis sic
scribit.Tunc influunt turbæ sacris diuinis initiatæ uiri fœminæq; omnis dignitatis:& omnis ætatis linteæ ue
stis candore puro luminosi.¶ Grege caluo:hoc dicit quia caput deradebant . Vnde Lampridius de Commo/
do imperatore sic scribit.Sacra isidis coluit:ut & caput deraderet:& Annubin portaret.Apule.in ultimo me/
tamor.ille lympido tegmine crines madidos obuolutæ:hi capillum derasi funditus uerticẽ prenitẽtes: & cæ/
tera.¶ Plangentis populi.i.reliquorum sacerdotum:qui lugentes:& lintea ueste amicti uagabantur per urbẽ:
ut diximus in memoriam Isidis.¶ Currit:discurrit:uagatur.¶ Derisor:quasi qui nimis credulum populum
derideat.¶ Anubis:hoc loco Anubin appellat sacerdotem.Isidis:quando nuncius sit inter mulieres:& isidem
nam Anubin ægyptii colunt ut nuncium intersuperos:& inferos.De quo sic Apule.li.ulti.meta. Illæ superũ
commeator:& inferum:nunc atra:nunc aurea facie sublimis attollens canis ceruices arduas Anubis leua cadu
ceum gerens.De eo sic & Diodorus lib.secundo.Deum qui apud ægyptios Anubis uocatur capitæ fingunt
canino:significantes custodem corporis Osiridis:& isidis fuisse.Vnde a Virg.appellator latrator Anubis . Sic Anubis
& a Propertio.Ausa ioui nostro latrantem opponere anubin:filium docet Diodorus fuisse Osiridis. ¶ Ille pe/
tit:scilicet sacerdos:qui se cum iside colloquium habere simulat.¶ Veniam : scilicet mulier & uxori ab iside.
¶ Concubitu:mariti sui.¶ Violato cadurco:cadurco legendum est:non caduceo:nam & syllaba repugnat : &
sensus non procedit.Caduceus enim primam producit Ouid.Tartara iussus adit sumptis caduci feralis. ergo
uiolato cadurco.i.non seruata castitate lecti matrimonialis per eos dies:quibus sacra Isidis peragebãtur.Nam
nephas erat:ut diximus:coniungi marito:id autẽ nouem diebus fiebat.Proper. Tristia iam redeunt iterũ so/
lemnia nobis:Cynthia iam noctes est operata nouẽ:nã cadurcũ posuit ꝓ lecto.Cadurci enim populi sunt gal/ Cadurci
liæ:apud quos lini præstantia obtinet palmam in culcitris:ob præcipuũ candorem:quod docet Pli.li.xx.quũ
ait.Nullum est candidius linum lanæue similius:sic culcitris præcipuam gloriam cadurci obtinent . Galliarũ
hoc ad tomenta pariter inuentum.Vnde poeta in sequẽti Saty.Institor hybernæ tegetis:niueiq; cadurci:idest
culcitræ candidæ.Ergo uiolato cadurco:uiolato lecto matrimoniali per eos dies:quibus sacra Isidis celebra/
bantur:& castitas seruanda erat.¶ Magnaq; debetur:pœna:ordo est a superiore sic.ille petit ueniam quotiens
magna pœna debetur:uiolato cadurco.Et mouisse caput:hæc Ironicos legenda sunt:& ꝓfecto inquit ipse Osi
ris præcibus sacerdotis anuit.Nam uisa est serpẽs argentea mouisse caput.i.sensisse. ¶ Serpẽs argẽtea.In simu
lacro enim Sarapis:quẽ Osiridẽ appellant:ut scribit Diodo.in.i.lib.signũ erat:ut tradit Macrobius primo Sa Sarapis
turnalium.Tricipitis animantis:quod exprimit medio eodemq; maximo capite leonis effigiem.Dextera par
te caput canis exoritur:mãsueta specie blandientis.Vnde etiam in pompa Isica gestabatur serpens in imagine
Osiridis:de qua meminit Ouidius.Pigraquæ labatur circum donaria serpens . Et comes in pompa corniger
apis erat.¶ Illius lachrymis:scilicet sacerdotis.¶ Meditataq; murmura præstant:cum ironia legenda sunt.Or
do ẽ:murmura scilicet sacerdotis meditata ꝓstant:ut Osiris scilicet corruptus ansere:& popano nõ abnuat ue
niã culpæ.¶ Ansere magno.Nã sacerdotes carne bubula:& anserina maxĩe uescebant̃:autor Herodotus li.ii.

Popanum

Cophinus

Iudæi cum cophino

Solyma Solymi pisidiæ

Armeniæ duæ

Haruspex haruga chaldei

Magi philosophi prophetæ

Sacerdotes gymnosophistæ

Sapiẽs Druidæ

Oraculum Iouis in lybia

Tẽplũ Iouis hãmonis

⁊ Corruptus: quasi more mortalium muneribus corruptus sententiam mutet: ut illud apud Persium. Quæ nisi seductis nequeas cõmittere diuis. ⁊ Tenui popano: tenui placenta. Nã: ut tradit Domitius in cõmentariis suis ex auctoritate Suidæ: popanũ est placenta lata tenuis & rotunda. Et autore Polluce utebantur in sacrificiis. ⁊ Non abnuat: nõ deneget: nõ recuset. ⁊ Culpæ. crimini mulieres: quæ cum uiro concubuit. ⁊ Quum dedit ille locũ. Sensus est: ubi inquit isidis & cybeles sacerdotes abiere: præsto sunt iudæi: quorum superstitiosis monitionibus credunt mulieres. Nã iudæa médicat í aurem. ⁊ Arcaná. i. arcanis susurris: quos auribus mulierũ instillat: & ueluti legũ interpres iudaicarum quæ rit sibi unde uiuat. ⁊ Cophino fœnoq; relicto. i. í sylua relicta supellectile in urbẽ uenit. Sic iudæorũ pauperiẽ ostendit: qui roma a Domitiano expulsi nemus urbi uicinũ incolebant: ut diximus in tertia Satyra illíc nunc sacri fontis nemus: & delubra locant. Iudæis quorũ cophinus fœnumq; suppellex: ubi nõ nulla de cophino & fœno diximus: illud adiicimus cophinũ genus fuisse: ut diximus tamẽ in tertia satyra cistæ: qd' apertissime docet. Mar. in. v. Dũ te posse negas nisi lato gelia clauo. Nubere: nupsisti gelia cristifero: hoc est iudæo: ná & in septimo scribit ad eandẽ geliam nec recutitorũ fugis inguina iudæog; Iosephus in. ii. li. de bello iudaico canistrum appellat his uerbis. Et canistrum circũferétes stipem eius nomine postulabant. Cophinog; ét p canistris: siue cistis fit mentio in sacra scriptura apud Diuũ ioannẽ. Collegerũt ergo & impleuerũt duodecim cophinos fragmetoq; iudæi ergo ut mendici & pauperes cophinũ gestabãt: quo stipé: reliquas q̃ erogata excipérent: eodẽ mõ & fœnũ: ubi cubitarent: ea enim erat suppellex eorũ. ⁊ Tremens: aut more pauperum tremens: aut ueluti anxia futuri. ⁊ Interpres: subaudi quasi. ⁊ Legũ solymarum. i. legũ iudaicarũ: qs iudæi a Moyse acceperũt in monte Sinai: hoc est testamentũ uetus. Solymas autẽ appellauit: quia q̃ hierosolyma dicitur antea solyma uocabaẽ. Ciuitas enim fuit iudæorũ uetustate: diuitiis: multaq; religionis obseruatiõe celebratissima: quã Titus secundo anno principatus Vespasiani: septẽbris: mẽsis octauo die funditus sustulit: lege Iosephũ lib. ulti. de bello iudaico. Solymi itẽ populi sunt: ut docet Plinius. v. proximi ciliciæ: q̃ post appellati sunt pisidiæ: quorũ colonia cesarea: eadẽ antiochia. ⁊ Magna sacerdos arboris. i. syluæ & nemoris: de quo supra. Ois. n. populo mercedẽ pendere. Iussa Arbor: & electis mendicat silua camœnis: alludit tamen ad sacerdotes dodoneos: de quibus Herodo. li. iii. ⁊ Implet & illa manũ: aut iudæa implet sibi manum prædicẽdo futura aut illa. s. mulier romana implet manũ iudææ. ⁊ Aere minuto: utputa triẽtibus: & id genus numismatis. ⁊ Qualiacunq; uoles. Hinc iudæorũ fallacias ostendit: q pro mercedis qualitate prænunciant futura oĩa. n. ad cõsulentis uotum cõfingunt: quod ét docet Apuleius in secũda apologia: loquẽs de chaldæis. ⁊ Somnia uẽdũt: ut modo bona: mõ mala: q̃ p nocté fingunt se habuisse: illud autẽ nõ placet: q̃d' ad somnia referas: quæ captarétur pro se: uel ,p aliis in tẽplo serapidis in canopo. Neq; n. nũc res agíẽ in ægypto: nec nũc loquiẽ de isíde: q̃ a iudæis haud quaquá colebaẽ: sed de iudæis: q per noctem fingebant se somniare futura pro se: & pro aliis. ⁊ Spondet: fidé ét íquit habẽt haruspicis syriis: & armeniis: sed maiorem Chaldæis. i. astrologis. Ordo autẽ est. Haruspex armenius: uel cõmagenus spondet amatorem. ⁊ Spõdet: quasi in eius potestate sit ex uera diuinæ mẽtis cognitione. ⁊ Ingẽs testamentũ: ingenté hereditatẽ. ⁊ Calidæ colũbæ. i. recens occisæ. ⁊ Armenius. Duæ sunt armeniæ maior: & minor: de qbus multa. Pli. li. vi. &. Stra. li. xi. dictã autẽ armeniã testatur Strabo ab armenio quodã ex armenia Thessaliæ urbe: quæ inter pheras & larissam iacet: qui cũ Iasone in armenia militauit. Minorem autẽ Armeniam: maioréq; & cõmagenam cappadocia leuo suo latere tran sit. ⁊ Cõmagenus: cõmagena pars est Syriæ ínter monté taurum: & Euphratem sita. ⁊ Haruspex: dictus est: ut supradiximus ab Haruga & inspicio. Harugam. n. hoc est uictimam autore Donato in Terẽ. appellauerũt ab hara. i. stabulo. ⁊ Rimat: scrutatur. ⁊ Faciet quod deferat ipse. i. pueros non uerebitur ad talia inuestiganda occidere: quod alius: si faciat ipse accuset: nam deferre ẽ: ut diximus alibi: occulte accusare. ⁊ Chaldæis maior erit fiducia: credũt ingt haruspicibus armeniis: sed magis chaldæis: babyloníi: & syrii Chaldæos appellauere: quos magnos psæ: Philosophos græci: Prophetas iudæi: Aegyptii sacerdotes: Indi gymnosophistas: Nos sapientes uocamus: galli druidas. autor Laer. Astrologiæ peritissimi habebantur multi diuinatione quadam futura prædicebant mala augurriis: sacrisq; & aliis q̃busdã incantationibus auertebant: somnia & prodigia interprætabantur. Vnde Tyberius Thrasyllum chaldæum de futuris maxime consulebat. ⁊ A fonte relatum hammonis: ex oraculo Iouis hãmonis acceptũ. Duplici íqt ratione mulier credit qcqd ab astrologo dicitur ab oraculo Hãmonis proficisci. Tum quia appollinea oracula cessauere: tum ét: qa humanũ genus p seipsum futura noscere nõ potest: iure ergo tribuit iouiq; prædicuntur ab astrologo: quãdo aliunde futuri rationé haberi posse non credit. Oraculum Iouis erat in lybia cyrenaica frequẽtissimũ. Quũ. n. bacchus per lybiã exercitum ductaret: isq; penuria aquarũ ,ppemodũ siti periret: rogauit Iouẽ patrẽ: ut sibi & exercitui subueniret: itaq; aries quidam fortuitu ad milites eius errans peruenit: quos quum uidisset in fugam cõuersus est: milites autẽ qui eum conspicati fuerant: & si puluere & æstu pfi uix progrediebantur: arietem tamen seq; cœperũt usq; ad eũ locũ: q̃ Iouis hãmonis postea tẽplo ædificato est

Scilicet: & tenui popano corruptus osyris.
Cum dedit ille locum cophino fœnoq; relicto
Arcanam iudæa tremens mendicat in aurem
Interpres legum solymarũ: & magna sacerdos
Arboris: ac summi fida internuncia cœli.
Implet & illa manum: sed parcius ære minuto
Qualiacunq; uoles iudæi somnia uendunt.
Spondet amatorem tenerum: uel diuitis orbi
Testamentum ingens: calidæ pulmõe colũbæ
Tractato: armenius: uel cõmagenus aruspex
Pectora pullorum rimatur: & exta catelli.
Interdum & pueri: faciet quod deferat ipse.
Chaldæis sed maior erit fiducia: quicquid
Dixerit astrologus: credet a fonte relatum

Hammonis: quoniam delphis oracula cessant.
Et genus humanum damnat caligo futuri.
Præcipuus tamẽ horũ est: qui sæpius exul
Cuius amicitia: conducendaq; tabella
Magnus cuius obit: & formidatus othoni.
Inde fides arti: sonuit si dextera ferro
Læuaq; si longo castrorum in carcere mansit
Nemo mathematicus geniũ idenatus habebit.
Sed qui pene perit: cui uix in cyclada mitti
Contigit: & parua tandem caruisse serypho.
Consulit ictericæ lento de funere matris:

appellatus: quo quũ pertiensent arietẽ: quẽ cõsecuti fuerant nusq; inuenire potuerũt. Sed qđ magis his fuerat optandum aquæ magnã copiã in eo loco nacti sunt: corporibusq; recupatis libero statí nũciauerunt: q gauisus exercitũ ad eos fines duxit: & iouis hãmonis tẽplũ cũ arietinis cornibus simulacro facto cõstituit í eo tẽplo cẽtũ fuisse aras ostendit. Vir. Tẽpla iouis cẽtũ latis imania regnis: cẽtũ aras posuit. De quo tẽplo uideẽ itellexisse Mar. Illic. Dissimuletq; deũ cornibus ara frequẽs: ut sit frequens cornibus: hoc est tẽplũ qđ' frequẽtes. incẽtũ habet aras cũ simulacris facie arietina dissimulet deũ. i. taceat: & nullã de eo mẽtionẽ faciat: illic igiẽ erat iuppiter specie arietis: illicq; dabanẽ responsa. Vnde Lysander lacedemoniorũ dux eo ,pfectus est: ut tẽpli sacerdotes corrúperet: de oraculo lege Probũ: Aemilium: Hegyliũ: Diodo. Herodo. Straboné. ⁊ Delphis oracula cessant. Scri. Cice. in lib. de diuinatiõe: ideo delphicũ oraculum eueníse: qđ' exhausta sit celestis cuiusdam spiritus uis. Strabo itẽ li. nono sic scribit. Hodie ,pfecto summa in mẽdicitate delphicũ oraculũ. Lucanus. Sed siluit postquã reges timuere futura. Et superos uetuere loq. De oraculis deficiẽtibus sic recitat Porphirius. Ablata est pythii uox haud reuocabilis ulli. Tẽporibus longis etenim iã cessit apollo. Clauibus occlusus silet: ergo rite pactis. Discedas patria & redeas ad limina sacris. Adiciã & illa q̃ Plutarchus de deficientibus conscriplit oraculis. Quũ igiẽ ait hãmonius tacuisset: tũc ego ad cleombrotũ dixi: Narra nobis o amice: si placet de oraculis. de q̃ bus apud uos præclara dicebanẽ. Nunc autem omnia extincta esse uidenẽ: & cætera: lege Eusebiũ de ꝓparatione euangelica. ⁊ Delphis. Delphi oppidum est phocidis regionis: propter templũ Appollinis pythii: & oraculũ uetustate insigne. ⁊ Et genus humanũ: quoniã inquit mortalitas hac una re damnatur: qđ' futura noscere non possit. ⁊ Caligo: cæcitas & ignoratio. ⁊ Præcipuus tamẽ: quãto inquit sceleſtior fuerit astrologus: tãto maior eí habebitur fides a muliere. ⁊ Qui sæpius exul: subaudi fuit. i. qui sceleratíssimus: ac per hoc sæpe missus in exilium. Seleucum Astrologũ signat: cuius consilio mors Galbæ: ut scri. Tranqllus: dilata fuit ab Othone: qui eũ aggredi cœnantẽ in palatio statuerat. Sed seleuci cõsilio res dilata est in aliud tẽpus: apparet artẽ eum ex uerbis poetæ sepæ exulasse. ⁊ Cuius amicitia: ná othonis fuit familiaris. ⁊ Cõducenda tabella. Ironicos ait tabella cõducẽda: q̃si q̃ dãnáda sit: sic supra gutturis exẽplũ cõducenduſq; magister: in tabellis autẽ & mẽbranis quæ ex syderũ ratione colligũt: notanẽ. Ergo cuius tabella. i. cuius astrologia: q̃ in tabella notaẽ. ⁊ Magnus cuius obit. i. Galba imperator. ⁊ Obit: iam iugulatus est ad lacũ curtii in urbe. ⁊ Formidatus othoni. i. quẽ Otho formidauit: ut sit Othoni ,p ab Othone. Hæc fuit cã: ut Otho Galbã occideret. Sperauerat. n. fore: ut a Galba adoptaretẽ: idq; í dies expectabat: sed postq̃ pisone frugi prælato spe decidit ad uim cõuersus est. ⁊ Inde fides: ex illa re. s. quæ sequitur. i. si in uinculis sæpe fuerit. ⁊ Arti: sciẽtiæ & astrologiæ. ⁊ Si dextera & læua sonuit ferri manicis ferreis uinctæ fuere. ⁊ Lõgo carcere: diutino. ⁊ Castrorum: si in castris ab imperatore detẽtus ẽ: in carcere aut diu fuit in cathenis: quæ castrorũ sunt carcen. ⁊ Nemo mathe. Sensus est: nullius scientiæ existimatur astrologus: nisi sceleratus extiterit & sæpe dãnatus. ⁊ Mathematicus: dici põt latine disciplinabilis: q̃ ad disciplinã maxime spectant mathematicæ: q̃ sunt geometria: arithmetica: musica: & astrologia. Hæ autem mathemata proprie dicunẽ: hoc est disciplinæ: qa certiores aliis sunt. Mathematicos uulgus: ut scri. Gelius appellat: qui & Chaldæi nominantur: iídẽ etiã genethliaci: sunt. n. syderalis scientiæ peritissimi: de qbus alibi huberius. ⁊ Non habebit genium. i. nõ existimabiẽ altæ esse cognitionis: & sciẽtiæ: ná ut dictũ est superius ex autoritate Apulei. Genius dicitur in corpore humano animus uirtute pfectus. i. demõ bõus: quoniã is deus: q ẽ animus sui cuiusq; quãq; sit ímortalis: tamẽ quodámõ cũ hoíe gignitur. Ergo nõ habebit genium. i. nõ putabitur esse pfectæ uirtutis: & sciẽtiæ. ⁊ Sed qui pene perit: sed ille inquit habebitur uerus & magnus astrologus: q tot flagitia cõmiserit: ut uix capitis supplicium euaserit. Sed qui pene dánatus: occisusq; est. ⁊ Cui uix in cyclada mitti cõtigit: hoc est q uix impetrauit: ut relegareẽ potiusq̃ occideréẽ. Dánatorũ autem multi in cyclades: aliasq; ínsulas relegabãtur: alibi. Aude aliqd breuibus gyaris & carcere dignũ. Cycades. n. Insulæ sunt duodecim in mari ægeo: ita dictæ: q̃ in circulũ sint positæ: ná κυκλοσ circulũ signat. ⁊ Caruisse parua serypho. i. cui tandẽ cõtigit ab exilio reuocari: quũ in seryphũ Insulam esset relegatus: qđ' sane grauissimũ erat exiliũ: tum angusto íinsulæ spacio: tum quod petrosa est & sterilis multũ: ut illi obiiciatur hoc fuisse passũm: qđ' illic pseus educatq̃ incolas ostẽso capite medusæ in lapides cõuerterit indignatus: & q̃ his adiutoribus polydectes rex Persei matrẽ ad nuptias cogere uoluerit. Hæc ex Strabone. Est autẽ una ex cycladibus. ⁊ Consulit de lento funere. Mulierum scelera sui tpis insectatur: quæ nõ modo in mortẽ maritorum: sed etiã parentum & cognatorum inquirerent. Ordo est: tua tanaquil consulit. ⁊ De lento funere: & quãdo moritura sit mater: cuius finis uideaẽ nimiũ differri. ⁊ Ictericæ: Icterus morbus est: quum per totũ corpus bilis suffundiẽ: q̃ interdũ nigra: interdũ flaua est. Pli. lib. xxvi. cap. xxxi. morbum regium appellat: morbum inquit regium in oculis ꝓcipue mirari est tenuitatem densitatemque tunicularum felle subeunte: arquatũ etiam appellant a colore arcus cælestis. Regium autem ait Celsus libro appellari: quod regio cubiculi apparatu curetur. Varro autem: q̃ multo præcio, sissimo remedio curetur. Est autem ab ictero aue denominatus. Nam auis inquit Plinius icterus uocatur a colore: quæ si ꝓspectetur sanari morbũ regiũ traduntauem uero mori: ea esse putatur quæ latinæ galbula dicit.

Delphi

Mathematici

Chaldæi Genethliaci

Genius

Cycla des

Icterus Morbus regius

¶De te.i.de morte tua.¶ Tua Tanaquil.Ironicos uxor tua mulier sane bona & pudica: qualis fertur fuisse Ta
ab antiquis erigebant.Hocq; a carthaginẽsibus manauit:qui primi omnium Harmodio:& Aristogitoni ty-
rannicidis publice posuerunt statuas:eo anno:quo Tarquinius expulsus fuit regno.Excepta deinde est res:au
tore Plinio.ab toto orbe terrarum humanissima ambitione:unde & poetis imagines nõ solum publicitus:sed
Statuarum erigẽdarũ origo & priuatim a studiosis ponebantur.Vnde & Martia,ad Auitum statuam sibi ponentem edit carmen subscri-
bendum.Hoc tibi sub nostra breue carmẽ imagine
uiuat.Quã nõ obscuris iungis auite uiris.L. Actius
poeta in æde camœnarũ:ut scribit Pli.lib.xxxiii.ma
xima forma statuã sibi posuit:quũ is breuiculus eẽt.
Statuam item Carthaginenses Apuleio:ut ipse testa
tur in.iii.floridoꝝ:posuerunt.Macro.i.pallente: nã
poetæ ex nimio:& assiduo pallore cõficiunt.¶ Auẽ
Argus iunonis:periphrasis est pauonis. Nam quum argus
Iunonis pastor:quẽ centum oculos habuisse. Ouid.
refert a mercurio iterfectus fuisset:abscisso capite:ar
gi oculos in cauda pauonis Iuno collocauit:eaq; auẽ
in suã tutelã esse uoluit.¶ Sed defluit ætas.i.iuuẽtus
ipsa:quæ laboribus & bellicis:& maritimis:agrico-
lationiq; sufficere potuit.¶ Senectus facũda.i.ipse se-
nex facundus:& pauper.¶ Suam terpsichoren.i.car
Terpsi-chore mina sua.Nam Terpsichore una est musarum dicta
qđ choros oblectet:τερψις enim ioꝰ delectationẽ si
gnificat.¶ Tunc se odit:poeta inquit quum ad sene-
ctutem peruenit:omni ætate in componẽdis carmi
nibus iam attrita seipsum odit: & studia dãnat sua.
¶ Accipe nunc artes:accipe inquit nunc astutias diui
tis romani:quem ut cliens quottidie relicta æde: &
musaꝝ & Apollinis sequeris & colis:nõ sine spe mer
cedis cõsequẽdæ ex carmine tuo: reliqs.n.comertiũ
musaꝝ & poetaꝝ:qui in ædem musaꝝ:autore Por-
phyrione:cõueniebant:ut disputarẽt recitarẽtq; sua carmina:unde Orati.in saty.Hæc ego ludo. Quæ neq; in
æde sonẽt certantia iudice Tarpa:& huic soli carmine tuo studes placere:sed neqd tibi conferat.i.nequid tibi
præmii det:ipse faciat uersus.i.se quoq; poetã esse ostendit præstantissimũ:hoc aũt astute facit:q̃si non conue
niat poete poetã largiri.Nã multi carmina pro carminibus:& libellos pro libellis mittebãt:unde Papinius in
hendecasyllabo ad Grippũ cauillando ipsum sic inquit.Est sane iocus iste:quod libellum misisti mihi Grip-
pe pro libello.¶ Quẽ colis.Nam poetæ primarios colebant:seq; eorũ comites præbebant.Orati.Brutum co-
luit adolescens:sub quo tribunus militũ ciuili bello militauit.Ouid.in ponto ad maximũ scribẽs ostendit:eũ
cultum fuisse a Celso.Nam tua non alia coluit penetralia ritu.Terrarum dominos q̃ colis ipse deos.¶ Musaꝝ
Tẽplũ musaꝝ & Apollinis æde relicta.Templum appollinis palatini excitauit Augustus:ĩ cuius aditu porticus erat cum bi-
bliotheca librorum tam latinorum quã græcorum:autor Tranquil.in Augusto.¶ Musarum:templũ musa-
rum romæ extruxit:autore Tranquil.in Augusto:Martius Philippus ubi:ut diximus ex sentẽtia Porphyrio
nis poetæ opera sua recitabant.¶ Atq; uni cædit homero:hoc dictũ ex persona ipsius diuitis:qui homero tan
tum se putat cedere:nec cuiquã alii.¶ Propter mille annos:ratio quare cedat homero: pp uetustatem inquit.
Nam multi:qđ extreme est dementiæ:in libris tantũ uetustatẽ:& nõ meritũ cõsiderare cõsueuerũt : unde ab
Oratio dãnant sic. Si ueteres ita mirãt laudatq; poetas.Vt nihil anteferat:nihil illis cõparet: errat.¶ Maculo
nus cõmodat ædes:si forte ingt motus dulcedie gloriæ:aut famæ aliquid cupias recitare:hoc tantũ beneficio
te prosequiẽ diues:ut tibi domũ suã cõmodet ubi recites:aliud aũt nihil dat:nam nobiliores ædes suas poetis
opera sua recitaturis cõmodabãt:ut in pria saty.diximus illic.Frõtonis Platani.Inter cõmodatũ ãt: & mutuo
Cõmodatum Mutuo datũ datũ nõ nihil distare docet Agræcius sic.Cõmodamus amico pro tẽpore quũ : seruũ uestẽ hanc ipsam rẽ:quã
dedimus recepturi.Mutuo damus pecuniã triticũ uinũ:& his similia:q̃ mutuo data recipere necesse non est.
¶ Longe ferrata.i.ualde ferrata:hinc romanoꝝ potentiã pariter:& superbiã ostẽdit poeta:q; ianuas hærent fer
ratas ĩstar portaꝝ urbis:qbus uenientes nõ minore cura excipiebant:q̃ solent excipi intra portas urbis tpe bel
li Prisci.ut scri.Pli.lib.xxxiiii.limina & ualuas in tẽplis ex ære factitauere.Vnde illud est apud Virg.in primo
æneidos. Aerea cui gradibus surgebant limina:nexæq; ære trabes foribus cardo stridebat ahenis.Veꝝ ẽt pri-
uata opulẽtia eo mõ usurpata é.Camillo.m.crimini:obiecit Sp.Caruilius q̃stor:q; ærata hostia hẽret ĩ domo.
Ianua porta ¶ Ianua:iter portã & ianuã hoc interest:qđ ianua,prie ẽ priuatoꝝ:porta uero publica:ut urbis plerũq; tamen
cõfundunt.¶ Scit dare libertos:q; recitanti applaudãt.¶ Sedẽtes in extrema parte.s.theatri.Nã ex arte in thea
tro collocabant:q; applauderẽt:ut Nero autore Trangl.plures ex alexãdria euocauit & adolescentulos eõstris
ordinis:& qnq; amplius milia e plebæ robustissimæ iuuẽtutis undiq; elegit:q diuisi plausum genera cõdisce-
rẽt.¶ Ordinis:subselliorum.¶ Nemo dabit regũ.Ordo est & sensus:nemo regũ.i.diuitũ dabit tibi: quãtũ cõ
stãt subsellia:q̃ conduxisti:ut sedeãt in auditorio:cuius cõsuetudinis meminit Corne. Tacitus ĩ li.de claris ora
toribus loq̃ns de poetis sic.Nã & domũ mutuat:& auditoriũ extruit:& subsellia cõducit:& libellos dispgit.

Vt dignus uenias hæderis:& imagine macra.
Spes nulla ulterior:didicit nam diues auarus
Tantum admirari:tantum laudare diserto.
Vt pueri iunonis auem:sed defluit ætas
Et pelagi patiens:& cassidis:atq; ligonis.
Tædia tunc subeunt animos:tunc seq; suamq;
Terpsichoren odit facunda:& nuda senectus.
Accipe nunc artes:ne quid tibi conferat iste:
Quẽ colis:& musarũ:& apollinis æde relicta.
Ipse facit uersus:atq; uni cædit homero
Propter mille annos:at si dulcedine famæ
Succensus recites:maculonus comodat æde.
Ac longæ ferrata domus seruire iubetur.
In qua sollicitas imitatur ianua portas.
Scit dare libertos extrema in parte sedentes
Ordinis:& magnas comitum disponere uoces:
Nemo dabit regum:quanti subsellia constent.

¶ Et quæ conducto.Ordo est a superiore:scilicet nemo dabit quanti constent anabathra tigillo cõducto:idest
lignis conductis a te poeta scilicet.¶ Anabathra:idest gradus:uel scalæ ἀναβαίνω ascendo:nam gradus struc
bantur ad pulpita ascendenda.¶ Orchestra:sic etiam subaudi nemo dabit quanti constet orchestra:quæ posi-
ta est cathedris reportandis.Orchestra locus erat in theatro:ubi honoratiores sedebant.Vnde alibi ante.Simi
lemq; uidebis.Orchestram & populum.Tradit Victruuius libro quinto.Scænicos artifices per orchestram
suas præstare actiones ορχεῖσθαι enim significat saltare:unde & ὀρχήστης saltator ὀρχήστρια saltatrix & ὀρ-
χήστρα:idest orchestra declinatur.Tráquil.in Cæ-
sare.Decius Laberius eques romanus mimum suũ
egit.Donatusq; est quingẽtis sestertiis:& annulo au
reo:sessum in quattuordecim ĩ scæna per orchestrã
transiit.¶ Posita est:extructa est.¶ Cathedris repor-
tandis:nam sedilia illic non erant perpetua: sicut in
theatro:sed temporaria:quæ a poeta:recitatis carmi
nibus: soluebantur : ad dominosq; reportabantur.
¶ Nos tamen hoc agimus:& si nullum ex nostris la
boribus emolumentum consequimur : tamen hoc
agimus : ut carmina scribamus : & recitemus.¶ Te-
nuiq; in puluere sulcos.Ducimus.Metaphora sum-
pta ab iis:qui sterilẽ agrũ colunt:iuxta illud Ouidii:
Quid semina mandas harenæ.Non profecturis lit-
tora bobus aras.¶ Ducimus sulcos : uersus compo-
nimus.¶ In tenui puluere:inter ciues auaros:& steri
les:qui nihil dant.¶ Versamus littus:multũ scriben
do defatigamur.¶ Aratro tenui.i.stilo:& labore no
stro tenui:& sterili:ex quo nullus est fructus laboris
nĩi.¶ Nã discedas:si uelis discedere:ne scribas:nõ po
tes:dulcedie.n.gloriæ teneris:q; te ueluti pedicis ap-
prehendit.¶ Laqueo:pedica:tractũ a feris:q; laqueo ca
piunt.¶ Cacoethes:metaphoricos inueteratã scribẽdi libidinẽ cacoethes quoddã appellat ĩsanabile.Est enim
uitium corpori obnoxiũ curatione difficile:parũ absimile a carcinomate:de quo Corne. Celsus lib.v.capide
carcinomate sic.Nãq; pessimum id genus est:ferecq; id primum fit:quod cacoethes a græcis dicitur:deinde ex
eo id carcinoma:quod sine ulcere est.Ergo cacoethes insanabile scribendi:idest inueterata illa scribẽdi libido
quæ nõ minus animũ scribentium obsidet:& angit:q̃ cacoethes corpus.¶ Tenet:uexat: præmit.¶ Insanabile:
quod ex suo animo nequeunt auellere:illa rõne:licet poeta insanabile dixerit.Celsus tamẽ curationẽ his uer-
bis accipere docet.Discedere aũt cacoethes:q; curationẽ recipit a carcinomate:quod nõ recipit:nemo scire po
test:generis est neutri:ut Hippomanes:noĩa enim græca in es correptam desinentia generis sunt neutri:& ut
uersus ratio stet:tetrasyllabum scribendum est subsequente &c.¶ Senescit: ĩueteratur.¶ Aegro:agitato cupi-
dine gloriæ.¶ Sed uatem egregium.Sensus hic est:multi carmina quidẽ cõponunt poetæq; noĩantur: & hac
scribendi consuetudine tenentur.Sed excellens & egregius poeta eẽ is non poterit:quẽ rei familiaris angustia
præmat:cuius mens non careat anxietate.Sicq; docet mentẽ poetæ oĩbus curis uacuam esse oportere.Sapho.
Proueniũt uacuæ carmina mẽtis opus. Ordo est.Sed aĩus carens anxietate facit uatem egregiũ.¶ Cui non sit
publica uena.i.ingeniũ uulgare:& rude:& cõe cum aliis.¶ Soleat deducere:scribere:tractũ a mulieribus nẽti-
bus:q̃ pensa deducere dicunt.Nã deducere est lanã in fila trahere.Pli.loquẽs de Araneo:subitq; pariter:ac fila
deducit.Ouid.& ipse sic metaphoricos.Ad mea perpetuũ deducite tpa carmen.¶ Nihil expositũ:nihil cõe:nã
quæ exponunt cõia sũt:sed qđ sublime sit:& qđ alii ob sublimitatẽ attingere nõ putauerũt.¶ Feriat:facit: me
taphora sũpta ab his:q monetã feriũt.¶ Triuiale:tenue:& uulgare:q̃le solẽt rustici in triuiis cãtare.Virg.Non
tu ĩ triuiis docte solebas.Stridẽti miseꝝ stipula disperdere carmen.¶ Moneta cõi:cõi nota:& stilo uulgatiore.
Sic ẽt locutus ẽ Apule.in pria apolo.Ea tamẽ noĩa labore meo & studio ita de græcis,puenere:ut tamen latina
moneta pcussa sint.i.nota:& latino sermone.¶ Aius ca.anxiq; pauptate non uexeẽ:ut sit sensus. Aius q oĩbus
curis uacuus est talẽ pstat poetã:qualẽ nescio mõstrare:& sentio tantũ.q.d.oĩbus numeris perfectũ:& cõsuma
tum.¶ Hunc.i.talẽ.¶ Impatiens oĩs acerbi:qui nullã acerbitatẽ patiaẽ.¶ Cupidus ſyluaꝝ:nam potæ solitudi-
nem amãt:& secessus:ut ab oĩ strepitu:& reꝝ actione semoti cõmodius scribant.Ora.Bona pars non ungues
ponere curat.Nõ barbã secreta petit loca:balnea uitat.Alibi.Scriptoꝝ chorus oĩs amat nemus:& fugit urbẽ.
Apruſq; bibẽdis fontibus.i.q; a natura ferat ad carmen:nã poeticæ:ut sensit Democritus natura magis q̃ arte
cõstat:unde Ora.in arte poetica.Ingeniũ misera qã fortunatius arte.Credit.¶ Aonidũ musaꝝ:nã Aonia dicta
est Boetia ab Aonibus gẽtibus barbaris:q̃ loca illa prius ĩhabitauere:ubi plurima antra loca: & fontes musis
sũt cõsecrati:autor Stra.¶ Neq;.n.cãtare sub antro:neq;.n.ingt poeta põt:urgente paupertate:licet doctus sit:
cãtare carmina:hocq; mõ ostẽdit:oportere poetã reliquoſq; scriptores oĩum curaꝝ esse expertes.¶ Sub antro
pierio:pieria ãt rupes est in macedonia(ut dixius)musis cõsecrata:unde ipsæ musæ dicunt pierides.¶ Thyr-
sum cõtingere:furorẽ bacchicũ concipere:nã eos solos esse ueros poetas sensit idẽ Democritus : q ĩsaniunt:in
qua persuasione est Plato:in tutela enim bacchi sunt poetæ:nec sine afflatu quodam diuino cõsistere possunt.
Ora.Et excludit sanos helicone poetas.Democritus:unde & Papinius in Lucani Genethliaco.Docto pectora
cõcitatus oestro:& infra.Et docti furor arduus Lucreti.Ad quod & Virgi.allusit.Insanire libet qm. Thyrsus

Anabathra Orchestra

Aonia

Pieria Pierides

Thyrsus

autem hasta erat pampinis: hæderaq; inuoluta: quam in sacris bacchades in sublime iactabant: summis uociferationibus: & capitis agitatione: hocque ad imitationem Bacchi: qui thyrsum gestabat: unde illud notissimum. Et tibi thyrsus erat gemmis ornatus & auro. ☞ Sana paupertas: idest pauper poeta: quamuis sane mẽtis sit: idest sapiens: nec contrarium est: quod ait Democritus oportere poetam esse insanum. Nam illic intelligit oportere agi quodam mentis calore ad carmen faciendum: hic autem intelligit poetam pauperem esse & sapientem. Nam sanum dicimus consilium quod sapientiam præ se fert: ergo sanus poeta qui sapiens est

sanum consiliũ

& eruditus. Talis est fere sentẽtia apud Dionẽ Chrisostomum prusiensem his uerbis de Homero scribentem. Eos autem: qui nunc in paupertate positi sunt: nihil sani dicere aiunt. ☞ Satur est: quasi responsio tacitæ obiectioni. Ais o Iuuenalis: poetam pauperem carmina non posse facere sublimia. Atqui Oratius quodam Bacchico furore fertur: & carmẽ optimum facit. Sed satur inquit est: & factus diues indulgentia mecœnatis: a quo multis muneribus est donatus. ☞ Dicit ohe: uox est facietatem designãtis: ut testatur Donatus: estque peculiaris Oratii: ut illud. Importunus amat laudari: donec ohe iam Ad cœlum manibus sublatis dixerit urge. Idem. Trecẽtos inseris ohe iam satis est. Martialis. ☞ Ohe. iam satis: ohe libelle. Iam peruenimus usque ad umbilicum: ubi apparet semper facietatem designare. Plautus in Sticho. Ohe iam satis est. Idem in Aulularia. Abscede hinc etiam nunc: etiam nunc: etiam ohe: quasi dicat satis est.

Ohe

Paupertas: atq; æris inops: quo nocte dieq;
Corpus eget: satur est: quũ dicit horatius ohe:
Q uis locus ingenio? nisi cum se carmine solo
Vexant: & dominis cyrrhæ: nysæq; feruntur
Pectora nostra duas non admittentia curas.
Magnæ mentis opus: nec de lodice paranda
Attonitæ: currus: & equos: faciesq; deorum
Aspicere: & qualis rutulum cõfundat erinnys.
Nam si Vergilio puer: & tolerabile desit
Hospitium: caderent oẽs a crinibus hydri. (sit
Surda nihil gemeret graue buccina: poscimus: ut

☞ Quis locus igenio: scilicet est? ut se proferat: & exerceat? ut sit sensus. Potest inquit poeta ingenium suum facile probare: quum nulli alii negocio intentus est: q̃ musis ipsis. ☞ Vexant: exercẽt se. ☞ Solo carmine: nullo alio negocio. ☞ Et dominis cyrrhæ nysæq; feruntur: ducũtur calore quodam Apollineo: & furore bacchico: ĩ tutela enim sunt poetæ Apollinis & bacchi. Cyrrha autem oppidum est phocidis regionis ad mare locatum: non longe a delphis ubi Apollo dabat responsa: ob eam rem a loci uicinitate dicitur Apollo cyrrheus. ☞ Nysæq;. In Arabia nysa antrum est inter pheniciam: nilumq;: ubi autore Diodo. a nymphis bacchus est educatus: quum ab Ioue illuc per mercurium missus fuisset: unde ab Ioue Nysaq; Dionysium dixerunt. Nysam etiam uicum esse Helyconis scribit Strabo libro. ix. Est & nysa urbium indiæ clarissima: & montium Meros ioui sacer: & famam hinc præcipuam habent liberũ in illla gentium: in huius specu nutritum autor Mela. ☞ Duas curas: nam uno eodemq; tempore mens hominis intenta esse non potest uariis studiis. ☞ Magnæ mentis opus. Sensus est: oportet inquit illũ: qui carmine scripturus est bella: quæ intercedentibus curribus: & equis: deorumq; personis tractari solẽt: carere omni animi sollicitudine. Res enim poscit mentem magnam: & tranquillam. Respicitq; ad opus Virgilianum: quod ipse poeta haud quaquã fœliciter scribere potuisset: si his incommodis laborasset: nec a Mecœnate esset multis muneribus donatus. Ordo est. Aspicere currus: & equos: faciesque deorum: & qualis erynnis confundat rutulum est opus magnæ mentis: nec attonitæ de lodice paranda. ☞ Magnæ mentis opus: quod magnã mentem exposcat. ☞ De lodice: dictum est in præcedenti Satyra de lodice illic: modo sub lodice relictis. Vteris in turba. ☞ Nec attonitæ: anxiæ: & sollicitæ de rebus domesticis. ☞ Currus & equos: quales describuntur a Virg. in bello: quod inter se gesserunt æneas & Turnus. Vt illic in duodecimo æneido. Poscit equos: atque arma simul saltuq; superbus. Emicat in currum: & manibus molitur habenas. ☞ Faciesq; deorum. Nam in toto opere uaria numina describuntur. ☞ Aspicere: ingenio suo repræsentare. ☞ Qualis erynnis: q̃ horrenda: & terribilis. Nam Alecto: quæ una est furiarum infernalium excitata per iunonem ab inferis ad ferendam discordiam inter troianos & latinos Turnum hortatur in somnis: ut arma capiat aduersus æneam: ne sibi præripiat coniugium lauiniæ filiæ latini regis. Cuius suasionem quum Turnus contẽneret: indignata Alecto: horrorem ei imisit: tantumq; perterrefecit: ut solutus somno arma cœperit: hortatusq; sit iuuentutem latinam aduersus troianos: unde est illud Virg. Ergo iter ad regem polluta pace latinum. Inducit primis iuuenum: & iubet arma parari. Tutari italiam: detrudere finibus hostem. Erynnis autem furiam significat. Tres autem dicunt furiæ infernales: quæ tricerbero deseruire feruntur. A lecto Thisiphone: & Megera. ☞ Confundat: rutulum: p̃turbet: & terrore repleat turnũ: quũ in eum facẽ coniecerit. Vnde Virg. Sic affata facẽ iuueni coniecit: & atro Lumine fumantis fixit sub pectore tædas. ☞ Caderent hydri. non potuisset inquit Virg. canere bellũ: qd inter Aeneã & Turnũ gestũ est: ubi Alecto furia infernalis: ut diximus: ab iunone excita ab inferis: pastores latinos ad arma suscitat contra Troianos: si cõmoda domestica defuissent ei. ☞ Puer: seruus q ministrabat. ☞ Caderent hydri. i. nõ describeret: ut hydri in capite Alectus erigant: alludens ad id. Et geminos erexit crinibus angues: sed oẽs caderent: quia de iis nihil scriberet. ☞ Nil gemeret: non potuisset scribere: quõ alecto sua buccina agricolas latinos ad arma excitauerit cõtra troianos. ☞ Surda: quia nihil cecinisset: nec sonũ ullũ edidisset: sed surda extitisset. Nã surdũ non solũ dicimus: qui non audit: sed ẽt qui non audit: unde Iuue. alibi. Et cædit uerbere surdo. ☞ Buccina: alludit ad carmen. Virg. Tũ uero ad uocẽ celeres q̃ buccina signũ. Dira dedit: raptis cõcurrũt undiq; telis. Indomiti agricolæ. ☞ Buccina. i. tuba: a bucca: q̃ inflat: unde & buccinator ipse tubicen. ☞ Poscimus ut sit: exigimus inqt: ut poetæ nr̃i tpis nõ sint iferiores carminis dignitate priscis poetis: sed nõ cõsideramus id: haud q̃q̃ fieri posse: quũ egestate laborent: & anxii sint de cõmodis domesticis: & rebus necessariis.

Cyrrha
Apollo Cyrrheus
Nysæ
Dionysius
Furiæ tres
surdus
Buccina
Buccinator

☞ Rubrenus lappa: per rubrenum intelligit unũquẽq; poetam pauperẽ: nã & is fuit tpibus Iuue. pauperimus poeta tragicus. ☞ Cothurno: antiquo: stilo: & carminis grauitate antiquoꝝ tragicoꝝ: nã cothurnus calciamẽtum fuit tragicoꝝ: ut antea diximus. ☞ Alueolos: dictũ miseratiõe quadã satyrica: legendũ est aũt alueolos nõ albiolos: ut alibi: illud. n. uñis datur Alueolis: qd Canna Micipsaꝝ: ut ostendat uilẽ ẽt suppellectilẽ pignerari a Rubreno. i. ẽt uasa escaria: ea aũt fieri ex ligno docet Colu. in. ix. Sed totum ouoꝝ numeꝝ in alueolũ ligneum cõferant: ut intelligas ipsas scutellas ligneas: de quo uocabulo pluscula illic diximus in qnta. Qd uestris datur

Lappa
cothurnus
alueolus

Nõ minor antiquo rubrenus lappa cothurno.
Cuius & alueolos: & lænam pignerat atreus.
Nõ habet infœlix numitor: qd mittat amico.
Q uintillæ quod donet habet: nec defuit illi
Vnde emeret multa pascendum carne leonem
Iam domitum: constat leuiori belua sumptu
Nimirum: & capiunt plus intestina poetæ.
Contentus fama iaceat lucanus in hortis
Marmoreis: at sarano: tenuiq; saleio.
Gloria quantalibet: qd erit: si gloria tantu est?
Curritur ad uocem iocundam: & carmẽ amicæ
Thebaidos: lætam fecit: quum statius urbem

alueolis. ☞ Læna: uestimẽti genus hitus duplicis: qd appellatã existimãt tusce: qd græce clamyda: Autor est Festus: Nonius uero ait uestimentũ esse militare qd sup oĩa uestimenta sumit. Virg. Tyrioq; ardebat murice læna. Diony. lib. vi. loquẽs de Castore & polluce sic scri. Adolescẽtes dicunt duo bellicas iduti lænas in foro romano apparuisse. Varro a lana dictam putat. Alii uero αποτισ κλαινησ detractione primæ lrãe: nã κλαινα græce uestimẽtũ est. ☞ Pignerat atreus: qui hunc locũ hactenus exposuere oẽs uno ore affirmarunt Atreũ nomẽ esse fœneratoris: q res poetæ pigneraret: q̃ si pignerare sit pignori accipere: & non dare: ita ut nec sensus: nec latinitas ulla cõstet. Est. n. pignerare pignori opponere. Teren. Num potuit filia mea oppignerare? Tranql. in Vitelio. Vt ex aure matris detractũ unionẽ pignerauerit ad itineris ĩpensas. Martia. lib. ii. Oppignerauit ad mõ mensam. Vix octo nũmis annulum: unde cœnaret. Itaq;

Læna
Pignerare
Atreus

ego sic hũc locum interp̃tor: ut Atreus sit tragœdia de Atreo: ut Tereus tragœdia de Tereo: ut Orestes tragœdia de oreste: alibi. Scriptus & in tergo nec dum finitus orestes: & Thelephus tragœdia de Thelepho: Quam Atreum Tragœdiã Rubrenus lappa poeta tragicus scripsit: ut sit sensus. Rubrenus dũ Atreũ Tragœdiã scrib. eo peruenit paupertatis: ut coactus sit pignerare: & uestimenta: & uasa æscaria: ut sit ipse atreus. i. ipsa tragœdia fuit in cã: ut pigneraret reculas suas: ut si diceremus Thebais fuit in cã: ut Statius pigneraret res suas: dum eã scri. hic est uerus poetæ sensus. ☞ Lænã pignerat Atreus. Ita dictũ: sicut & illud: purpura uendit causidicũ: uendunt amethysina. i. purpura est in cã: ut causidicus conducatur præcio: eoq; modo a ueste purpurea dicit uendit. Sic etiã illud Valerianũ in primo. Sulpitio Apex prolapsus e capite sacerdotiũ abstulit. i. apex prolapsus fuit in cã: ut Sulpitio sacerdotiũ auferretur. ☞ Non habet infœlix numitor: insultat diuiti auaro per ironiam: quẽ infelicẽ appellat: q; uerã munificentiã nesciat: quũ nihil habeat: qd donet poetæ uiro honesto: multa autẽ quintillæ meretrici. ☞ Numitor: pro quocũq; nobili & diuite romano ponitur: de quo forte & infra. Et capito & numitor ruerint damnãte senatu. ☞ Leonẽ pascendũ. Nã leones alebant in delitiis: sequit enĩ iam dominum. i. mansuefactũ. Vnde tpibus Domitiani leo mansuetus magr̃m: a quo fuerat educatus lacerauit in theatro. Mar. Læserat ĩgrato leo p̃fidus ore magr̃m. Lampridius in Heliogabalo de leonibus mansuefactis sic meminit. Habuit Leones: & leopardos exarmatos ĩ delitiis: quos edoctos p mansuetarios subito ad secundam & tertiã mensam iubebat accũbere: quos psitacis: & phasianis pauit. ☞ Constat: per ironiã sunt legẽda hæc. ☞ Capiunt plus intestina: poeta inqt multo plus comedit q̃ Leo. ☞ Contẽtus fama. Tacitæ obiectiõi respõdet: posset. n. dici poetas sola cõtẽtos eẽ debere gloria & fama: nec aliud sibi q̃rendũ: ait ergo: ita si diuites sint: q̃lis fuit Luca. is. n. sola fama cõtentus põt iacere in diuitiis suis. Sed Sarrano: & Saleio Basso pauperibus poetis sit gloria quis magna: qd tamẽ illis p̃derit: si nihil aliud habeant q̃ gloriã. Luca. n. amplissimas habuisse diuitias. Docet Corne. q scri. Anneũ melam. Lucani patrem per p̃curationes administrandis principis negociis adeo locupletatũ: ut Nero eius opibus inhians passus sit eum falso crimine cõiurationis pisonianæ accusatũ condẽnari. ☞ Hortis marmoreis. luxũ romanoꝝ ostendit: qui hortos suos ẽt marmore ornarent: nam eo delitiaꝝ peruenerant: ut non solũ ædificia marmore exornarẽt: sed pedibus ẽt gẽmas in pauimẽtis calcarent. Vnde & Sene. carpens luxũ sui tpis ita scri. ad Lucil. Quid quũ ad balnea libertinoꝝ puenero? quantũ statuaꝝ: quantũ colũnaꝝ est nihil sustinentiũ? sed in ornamẽtũ positaꝝ ĩpensæ cã. ☞ Iaceat: maneat: & sit cõtentus sola fama in hortis marmoreis. i. amplissimis opibus. ☞ At sarrano. Sarranus: & Saleius: Bassus poetæ fuere pauperes tpibus Iuue. De Saleio basso his uerbis tacitus meminit. Quis saleiũ nr̃m egregiũ poetã: uel si hoc honorificẽtius est præclarissimũ uatẽ deducit: aut salutat: aut p̃sequit. De quo plura in principio ultimæ satyræ Persii diximus. ☞ Gloria quantalibet. s. sit. ☞ Curritur ad uocẽ iocundã. Totũ hoc a superiore depẽdet. Est. n. sensus. Nõ ignoro inqt ex suo carmine magnã etiã Statio gloriã exurgere: qui præcipuo oĩum studio: & plausu audit: quũ recitat suã Thebaida. Tamẽ ea gloria parũ illi prodesset: nisi thebaida Paridi pantomimo uenderet: fame. n. cõsiceretur: nam sequit. Nõ tñ inuideas uati: quẽ pulpita pascunt. Sicq; per exemplũ Statii ostẽdit: gloriã oĩno nõ satis esse pauperi poetæ: sine p̃miis. Totus ãt sensus eo fert: ut ostẽdat carmina qdẽ Statii uniuersis placere: sed nullũ extare: nisi paridẽ pantomimũ: q poetã remuneret: ita aĩum oĩum iuasit auaritia: ut in cõtemptũ nobiliũ dicat: solũ paridẽ pantomimũ p̃sonã ĩfamẽ: & scænicã inueniri: q poetis foueat. ☞ Curritur: qd oĩno gloriosum est: ut ipsum Statiũ audiant. ☞ Iocundã: poetæ recitãtis. ☞ Amicæ thebaidos: q̃ oĩbus grata est. ☞ Statius. Neapolitanus fuit: quod ipse in syluis suis testatur. At te nascentẽ gremio mea prima recepit. Parthenope: dulcisq; solo tu gloria nr̃o. Alius ẽt fuit Tholosanus: q in gallia celeberrime rhetoricam docuit: autor Eusebius.

Lucanus diues
Sarranus saleius Bassus
Statius Neapolitanus
Statius tholosanus
subsellia

Promisitq; diem:recitandi scilicet. Sed quum fregit:sed profecto inquit fame conficitur:& si magna cum laude & gloria carmen suum recitauit:nisi uendat Thebaida paridi pantomimo. Fregit:ita dictum quéadmodum & illud. Et assiduo ruptæ lectore columnæ. Subsellia:sedilia:& scamna auditorii a poeta extructa: nam ut pauloante diximus illic. Nemo dabit regum quanti subsellia constent. Et in prima satyra. Frontonis platani:auditoria a poetis apparabantur:extructis sedilibus. Versu:recitatione uersuum. Agauem:utrum tragœdiam de Agaue filia cadmi thebarum conditoris:& matre penthei:quæ bacchabunda eum in celebratione sacrorum liberi patris iteremit; rata eum esse aprum. Vnde Ouid. Ille mihi feriendus aper:quum ab eo talia sacrificia contemneretur. De ea igitur potuit scribi fabula: quæ Agaue inscriberetur. per tragœdias igitur ostendit poetas:præfecturas:& tribunatus ꝓmeruisse. Præfectos pelopea facit:philomela tribunos:an quod magis placet ipsum opus. Thebanum:in quo de pentheo & Agaue:meminit:ut referatur ad illud. Curritur ad uocem iocundã:& carmen amicæ. Thebaidos. Intactam: expone quam adhuc non recitauerat:non autem ab aliis non scriptam: nam ponticus poeta clarus carmine heroico scripsit Thebanum bellum: de quo ita Propertius. Quum tibi cadmeæ dicuntur pontice Thebe. Armaq; fraternæ tristia militiæ: eiusdem pontici meminit & Ouidius in tristibus. Ponticus heroo. Battus quoq; clarus iambis. Scripserunt ergo & ponticus: & Statius bellum Thebanum:quod inter Etheoclem & polynicem fratres gestum fuit tanto odio: ut mutuis uulneribus sese confoderint. Vnde Statius in undecimo Thebaidos. Ite truces animæ:funestaq; tartara letho Polluite & cunctas herebi consumite pœnas. Paridi:hic est ille Paris pantomimus:de quo apud Martia. extat epitaphium. Quisquis flaminiam teris uiator. Noli nobile præterire marmor. Vrbis deliciæ salesq; nili. Ars & gratia lusus & uoluptas. Romani decus & dolor theatri. Atq; omnes ueneres cupidinesq;. Hoc sunt cõdita:quo paris sepulchro. Eiusdem sic meminit Tranquillus in Domitiano. Deide Domitianus uxorem suã Domitiam ex qua in secundo consulatu filium tulerat:alteroq; anno consultauerat:ut augustam eandem Paridis histrionis amore deperditam repudiauit. De eo & poeta in præcedẽti satyra:paridem: ludosq; reliquit. Fuit autem non modo Domitiano:sed toti ciuitati gratissimus: a quo ostendit poeta Statium salario fuisse sustentatum quum in eius gratiam uideretur scribere:nec a diuitibus quicq̃ haberet:quod speraret:hocq; totum in inuidiam tam principis:q̃ ciuium diuitum:quum principi chariores essent histriones q̃ poetæ: diuitesq; tanta tenerentur auaricia:ut non inueniretur:qui præmiis afficeret scriptores. Illud tamen obseruandũ aliũ fuisse paridem pantomimũ occisum a Nerone:q̃si graué aduersariũ. Ille & militiæ: q̃si aliquis dixerit: nunqd paris potest tantũ poetis præstare. Immo etiã inquit potest honores largiri militares:sicq; imperatoré suggillat qui pro meritis poetas non ornaret:sed pluris histrionem q̃ poetã faceret. Semestri auro:hoc dicit multos etiam uates ad æquestrem dignitatem prouehi per paridé. Semestre aũt aurum intelligimus ipsum annulum:quo equites aureo uterentur:ut sit periphrasis annuli:hoc est formæ rotundæ. Nam semestris nõ solum sex mensium dicitur:sed medii etiam mensis:unde lunã Semestré dicimus:quũ ad medium peruenit mensem & rotunda est. Sic sensus est manifestus poetæ. Apule. in ultimo de Asino aureo sic. Stellarumq; media semestris luna flãmeos spirabat ignes. Luna ergo semestris:hoc est rotunda:qua similitudine poeta appellauit aurum semestre:hoc est rotũdum:ac per hoc annulum ipsum:quasi qui ferat similitudinem lunæ semestris:in qua opinione est & Probus. Alii per aurum semestre exponunt tribunitiam dignitatem:q̃ tribuni annulum gestarent:ut ostendit Pli. lib. xxxiii. & Plini. eius nepos in epistolis pro caluisio sic. Nunc rogo semestri tribunatu splendidioré:& sibi auunculo suo facias. Quod nõ dant proceres. Histrio inqt dabit poetis qđ diuites per auariciã:nõ dant:sicq; auariciã sui téporis sugillat:docetq; diuites:ut Camerinos:& Bareas non esse colẽdos:q̃do ab eis nihil sit sperandũ:nã multi poetæ:ut dictũ est ante:nobiles sequebanť ut ab eis præmium aliqđ acciperent ex carminibus suis. Accipe nũc artes:neqd tibi conferat iste. Qué colis & musaꝝ & apollinis æde relicta. Tu camerinos. Per camerinos:& Bareas ĩtelligit nobiles & potẽtes. Tu inqt sequeris:& colis nobiles:sed falleris:nihil enim tibi dãt:solus paris histrio ob opera tua ei dicata te præfectum:& tribunum facit. Non tamen dicit hoc:quia Statius unq̃ scripserit tragœdias:sed ut ostendat poetas per fabulas suas aliquando ad dignitates prouehi:sed tamen illis non esse inuidendum:quorum uita ex arte musica tantũ pendeat. Pelopea:idest tragœdia de Pelopea filia Thiestæ:cum qua ipse pater concubuerat:ex qua natus est Aegysthus: q agaménona:& Atreum ĩteremit. Philomela:tragœdia de Philomela:& Progne sororibus:quæ itim Tereo patri epulandum apposuerunt:nota est fabula. Haud tamé inuideas:licet inquit ex carmine suo poetæ præmia accipiant ex publico:tamen inuidendum non est illis:quum aliunde nihil consequantur:nec peculiare habeant patrimonium. Quem pulpita pascunt:quem pascunt opera recitata in scænis: ex publico enim p̃mia accipiebant:quũ placebant populo:quibus alebantur. Vnde Teren. ex eunucho sua quũ esset rursus uẽdita:& ageretur iterum pro noua:præciũ accepit octo miliũ sestertiũ:ut innuat poetã miseꝝ esse:uitam scriptoꝝ pendere ex incerto euentu scænæ. Camerini auté originem habuerunt a Cæmerino Sulpitio:qui missus fuit una cũ spurio posthumo albo. Aulo Manlio athenas:ut inde inclytas leges Solonis acciperent:& aliaꝝ ciuitatum instituta: & iura:moresq; noscerẽt. De Barea sarano dictum est in tertia Satyra illic: stoicus occidit Baream.

Pôticus poeta

Paris Pantomimus

Semestris

Camerini

Promisitq; diem:tanta dulcedine captos
Afficit ille animos:tantaq; libidine uulgi
Auditur:sed cum fregit subsellia uersu.
Esurit:intactam paridi:nisi uendat agauem.
Ille & militiæ multis largitur honorem.
Semestri uatum digitos circunligat auro.
Qd nõ dãt pceres:dabit hystrio: tu camerios.
Et bareas:tu nobilium magna atria curas.
Præfectos pelopea facit:philomela tribunos.
Haud tamẽ inuideas uati:quẽ pulpita pascũt.

Quis tibi mecœnas:qs nũc erit:aut ꝓculeius:
Aut fabius: qs cotta iterum: qs lentulus alter:
Tunc par ingenio præcium: tunc utile multis
Pallere:& uinum toto nescire decembri.
Vester porro labor fœcundior historiarum
Scriptores:petit hic plus tẽporis:atq; olei plus.
Namq; oblita modi millesima pagina surgit
Omnibus:& crescit multa damnosa papyro.
Sic ingens reꝝ numerus iubet:atq; operꝝ lex.
Quæ tamẽ inde seges:terræ qs fructus apertæ:
Quis dabit historico: qtũ daret acta legẽti:
Sed genus ignauũ:qđ tecto gaudet:& umbra.
Dic igitur quid causidicis ciuilia præstent
Officia: & magno comites in fasce libelli:
Ipsi magna sonant:sed tũc cum creditor audit
Præcipue:uel si tetigit latus acrior illo
Qui uenit ad dubiũ grandi cũ codice nomen.

Quis tibi Mecœnas: poetaꝝ studiosissimũ fuisse Mecœnaté:notius q̃dem ẽ q̃ ut hoc loco oporteat ĩdicari. Ora. O & p̃sidiũ & dulce dec⁹ meũ. Martia. Ocia da nobis:sed q̃lia fecerat olim Mecœnas: Flacco: Vergilioq; suo:ergo inqt Iu. qué ĩuenies:quũ aliqd scripseris Mecœnaté. i. tã mũificũ ĩ poetas q̃ fuit Mecœnas? Proculeius:eqs fuit Romanus:ut scri. Porphy. Augusti apprime familiaris:ĩ fratres suos Scipioné & Murenã adeo liberalis:ut bona sua cũ iis æqs partibus diuiserit:quũ bello ciuili spoliati fuissent. Ora. Viuet extẽto ꝓculeius æuo. Notus ĩ fratres aĩ paterni. De proculeio meminit & Plutar. ĩ Antonio. Fabius:forte ĩtelligit de Fabio illo:ad qué Oui. exulãs scri. q̃ttuor Epistolas in libro de põto:tanq̃ ad eũ:q scriptoꝝ eẽt amic⁹ & liberalis: unde ẽ illud ipsius Oui. Dignus es argẽto fuluo quoque dignior auro. Sed te quũ donas ista iuuare solẽt. Hocq; magis placet q̃ ut intelligas de Fabio maximo:q uendito fundo suo:ab Hãnibale captiuos Romanos redemit. Cotta: cottã bonũ uirũ fuisse ostẽdit superi⁹. Quæ piso bõus q̃ cotta solebat: Largiri: Ad cottã scribit Oui. ĩ põto ter:qué amicũ sibi eẽ oñdit sic. Quũq; labẽt alii:iactataq; uela reliquãt. Tu laceræ rẽanes anchora sola rati. Grata tua ẽ igiť pietas: ignoscimus illis. Qui cũ fortuna terga dedere fugæ. Tũc par:tẽpore mecœnatis:& ꝓculei: & cæteroꝝ: q iisdẽ fere fuere tẽporibus mũifici & liberales: merces dabať æq̃ ĩgeniis scribentiũ. Nescire uinũ to. decẽbri:hoc dicit pp saturnalia:q̃ mẽse decẽbri celebrabanť. Papinius. Et multo grauid⁹ mero decẽber. Sẽsus igiť ẽ:multis fuisse utile uino abstinuisse: quo tẽpore maxime:alii uino ĩdulgebãt. i. toto decẽbri: ac ꝑ hoc totis saturnalibus q̃ ꝑ quinq;: ut cõmunior ẽ opinio dies celebrabanť. Martia. Oĩa misisti mihi saturnalibus umber. Munera cõtulerãt q̃ tibi quinq; dies. De saturnalib⁹ lege Macrobiũ prĩo Saturnaliũ & Geliũ. Vester porro labor:sensus est uos ãt:q historias scribitis plus ẽt tẽporis consumitis q̃ poetæ: plus ẽt laboris sustinetis ẽt cũ ĩpensa olei:& iactura papyri. Sed q̃ tũ inde ẽ merces. q. d. nulla. Ordo autem ẽ. O scriptores historiaꝝ. Fœcũdior: huberior:& maior. Plus olei:maioré lucubrationé:alludit ad ꝓuerbiũ illud: qđ apud ueteres erat frequens in eos:q lõgo ꝑuigilio aliquid frustra lucubrassent. Cuius Cicero libro .vii. epistolaꝝ sic memini. Põpeius se ꝓfiteť & oleũ & operã ꝑdidisse. Plau. ĩ penulo. Tũ pol ego & oleum & operã perdidi. Pagina: in libris diciť a pangendo. i. fingendo: qđ in ea uersus pãganť. unde & plante dicuntur pãgi. Suetonius in Galba. Pangi malum placuisset. Plinius libro decimosexto capitulo uigesimoseptimo. Nascenti & de pacto surculo natura incuriosius semen dedit. Millesima:numerosa. Oblita modi: quasi finem nõ inueniens:quale est opus Titi Liuii:qđ centum & quadraginta uoluminibus absoluitur. Operum lex:ut nihil:scilicet de historia omittatur: neq; enim oportet historicum: quemadmodũ faciunt poetæ uno aut altero uerbo rem tetigisse:sed plene omnia narrasse. Papyro:hoc est charta. Nam ex Papyro:quæ herba nascitur in palustribus ægypti:aut q̃escentibus nili aquis: ꝑparanť chartæ diuisæ acu ĩ p̃tenues: sed quã latissimas philyras:ex ea etiam nauigia texũt:& e libro uela:tegetesq; necnõ:& uesté:& stragula: ac funes. Quæ tamen inde seges:quæ utilitas tibi? est metaphora est ab agris. Inde:ex laboribus scribendarum historiarũ. Terræ apertæ:historiæ diligenter explicatæ. Quis dabit historico:ut sit sensus:historicus non tantũ emolumenti ex laboribus suis consequitur:quantum scribæ & actuario legendi acta publica datur. Legẽti acta: idest scribe: siue actuario:qui uerba:siue legis: siue actorum senatus præconi subiiceret:ut ab eo clare enunciarentur. Ergo actuarii uidentur dici:qui acta:actionesq; describerẽt. Eaq; descripta recitarẽt. De quibus sic tranquillus in Cæsare. Orationem non immerito Augustus existimabat magis ab auctariis exceptam male subsequentibus uerba dicentis:q̃ ab ipso editam. Ergo qui acta:siue priuata:siue publica describerent:actuarii sunt dicti. Acta: dicuntur quæcunq; publicis monumentis mandantur. Vnde in secunda Satyra. Cupient & in acta referri:ubi de uocabulo multa diximus:pluraq; dicemus in nona saty. illic. Et libris actorum spargere gaudes. Sed genus ignauũ:obiectio est nõ esse mirũ:si historicis nullũ sit emolumẽtũ:quum in umbra semper uersentur:qđ est ociosoꝝ:& mollium. Vnde Ora. Poscimur si quid uacui sub umbra Lusimus tecum. Et idé in epistolis. Somno gaudentis:& umbra. Dic igitur. Ostẽdit hac interrogatione neq; causidicos:q se lõge aliter in forensius actionibus exercent:multũ lucrari. Officia ciuilia:actiones causarũ ciuilium. Præstẽt: quid lucri afferant. Libelli comites:quos secũ in forũ deferũt. Ipsi. s. causidici. Magna sonãt:magno agũt strepitu & clamore:ut uideanť clientum suorum acerrimi defensores. Sed tunc quum creditor audit. Sẽsus est:causidicus tunc inquit magna sonat:quum creditor eum agentem audit:& præcipue inquit magna sonat: si debitor latus eius tetigit:tãq̃ qui eũ magis urgeat ad dicẽdũ:utpote q neget credita:sic q̃ ostẽdit poeta dictis magis ab debitoribus q̃ creditoribus: causidicũ urgeri. Acrior illo. s. creditore. Qui. s. debitor. Venit ad nomen dubium:idest ad ambiguum debitum refellendũ quod incertũ est & dubium: quũ ipse neget. Nam nomen pro debitore ponitur:& sæpe pro debito. Cicero in Oratione pro Roscio. Non refert parua nomina ĩ

Proculeius

Pagina

Papyr⁹

Actuarius

Acta

creditor creditorũ appellatiõ inqt Iurisconsultus de uer. sig: nõ tantũ accipiuntur q pecuniã crediderunt sed omnia cui ex aliq̃ causa debet

caui folles pectora uana per rudia et uana uacua ut folles sunt

Nomẽ codices.Immo omnis summas.Idem in epistola ad Atticum.Perfeci inquit ut salaminii totum nomen persoluerent:idest debitum.Plau.in cistella.Nunc quod reliquum restat:uolo persoluere:ut expungatur nomen:ne quid debeam:idest ut debitum deleatur pro debitore:sic Oratius.Nomina sectatur:modo sumpta ueste uirili.Sub patribus duris tyronum fœnerator Alphius.¶ Cum codice:utrum legum:an accepti:& expensi. Tunc inquam caui folles spirant mendacia:quum creditor audit:ut a superiore dependeat:sicq; causidicos taxat:qui lucri cupiditate falsas agunt causas:in quibus effundunt magnas offas mendaciorum.¶ Folles metaphoricos: idest ora ipsorum causidicorum.¶ Conspuiturq; sinus:sputo nimio cõspergitur.¶ Veram messem:uerum laboris emolumentum.Sensus est. Si uoles tamen causidicorũ etiam:qui negociũ agunt: lucrũ & diuitias:cõsiderare inuenies solũ patrimoniũ Russati lacertæ:plus ualere:quã patrimonia centum causidicorum:sicq; ostendit longe maius esse lucrũ in militia uersantium:quã litteratorũ: & hoc quidem culpa temporum: quibus auaricia cunctis in rebus dãnatur:ut bene cõueniat solũ patrimonium:& nõ so/

Tunc immensa caui spirant mendacia folles.
Conspuiturq; sinus:ueram deprendere messem
Si libet:hinc centum patrimonia causidicorũ.
Parte alia solum russati pone lacertæ.
Consedere duces:surgis tu pallidus aiax
Dicturus dubia pro libertate:bubulco

lum rus:pcessit enim centũ patrimonia:& nõ centum rura:cõparat enim patrimonium patrimonio:ut nullo modo legẽdũ sit rus sati:ut capias satum pro proprio nomine:sed Russati unica dictione.¶ Solũ.s.patrimõiũ & unicũ.¶ Russati lacertæ:lacerta nomen militis fictũ a poeta.Nã milites romani usi sunt in prælio uestibus russatis:quos græci phœniceas:nos uero coccinas appellamus:sumpta a lacedæmoniis cõsuetudine: q autore Vale.tali genere uestium usi sunt:ut coloris similitudine uulnerum suorum cruorẽ occultarent: ne hostibus aliquid fiduciæ afferrent:si fuissent uulnerati.De colore russato meminit Serui.libro.viii.ubi exponit piléta. Erant inqt tunc ueneti coloris non ut nunc russati:qbus nisi caste utebantur.Romæ etiam & præneste ut scri. hermolaus in.vii.li.annotationum Pli.lapidum monumenta comprobant:in qbus sæpe est iueniri russatos. Purpureis etiam uestibus usos esse in prælio ostendit Plutar.in Eumene sic. Instructa igitur acie incedẽtibus: ut primum auratis in armis ad solem splendor enituit:ac beluæ cũ turribus:& purpureæ uestes ĩspectæ sunt. (Is enim uadentibus in prælium ornatus est)primi iter cum clamore sistũt.Treuellius item polio in uita diui claudii.Russas uestes sic meminit.De nostro ærario priuato dabis huic salarium.Tunicas russas militares annuas.Sago clamydes annuas duas.Flauius uopiscus item sic scri. de ueste russa in Aureliano. Cape igit tibi p rebus gestis tunicas ducales russas quatuor.¶ Consedere duces:sumptum ex est li.xiii.met.Oui.Cõsedere duces:& uulgi stante corona: igitur ostendit poeta causidicorum labores omnino graues esse: quos nõ sine magna anxietate exanclant in agendis causis:sed eorũ præmia perexigua.¶ Consedere duces: idest iudicibus sedẽtibus pro tribunali:tu oras & causam alienam dicis.¶ Aiax pallidus.i.tu causidice non minus palles:quum ad alienam causam tuendã surgis q̃ palluit. Aiax in causa sua agenda:ubi sedentibus græcorum ducibus tanquã iudicibus:aiax causam suam agit:petẽs arma patruelis Achillis aduersum Vlyssem.Dicturus pro dubia libertate:oraturus pro eo:cuius libertas in ambiguo est:quum quæritur:sit ne liber?Nam Romæ in iudiciis plærunq; quæsitum est:an is appellandus esset liber:qui natus esset ex matre libera:licet ancilla cõcepisset.Et ecõtrario si libera concepisset.Deinde ancilla facta peperisset:placuit:eum qui nascitur:liberum nasci . Et an is diceretur liber:qui non iustis nuptiis:sed uulgo conceptus esset:placuit etiam eum nasci liberum:quia nõ debet calamitas matris ei nocere:qui ĩ utero est.Ex hoc quæsitum est:si ancilla prægnans manumissa sit:deinde ancilla postea facta:aut expulsa ciuitate peperit liberum an seruum pariat:& tamẽ rectius probatum est liberum nasci & sufficere ei:qui in uentre est:liberã matrem uel medio tempore habuisse.Emergebant igitur sepæ romæ tales causæ ubi de libertate agebatur:quas tanq̃ magnũ aliquid causidici non sine animi & corporis labore tuendas suscipiebant:quã multi:qui se liberos dicerent in seruitutem uendicarẽtur.¶ Bubulco iudice:hoc est rustico:siue barbaro:ac per hoc legum imperito.Nam multi indulgentia imperatorum asciti fuerãt ĩ decurias iudicum externi:rudes:& barbari.Vnde Iulio Cæsari obiectum est:q; ex gallis multos in numerum senatorum introduxisset:illa enim in eum uulgo cantabantur.Gallos Cæsar in triumphum ducit: idem in curia galli brachas deposuerunt:latum clauum sumpserunt:quam senatorum indignitatem ab Augusto Cæsare sublatam sic scribit Sueto.Senatorum affluentem numerum deformi & incondita turba(erant enim supra mille & quidam ĩdignissimi:& post necem Cæsaris per gratiam & præmium allecti: quos abortiuos uulgus uocabat)ad modum pristinum & splendorem redegit. Vnde nunc iudicem bubulcum nominat : non exponas ciuem Romanum bubulcum:q; agricolationi intentus esset:non enim temporibus poetæ Romani omnibus affluens delitiis:omniq; luxu corrupti agriculturæ uacabant.Licet id priscis temporibus factitatum fuisset.Nam ex agris subinde:ut scribit Pli.senatus duces accerscebantur:hincq;:qui eos uocabant:appellati sunt uiatores:indito nomine a frequenti uia:sed ut dixi hominem rudem:siue rusticum:& barbarum: qui principũ indulgentia inter iudices electus fuisset.Non ignoro tribus fuisse apud romanos rusticas: & urbanas:de quibus sic Pli.li.xviii.Rusticæ tribus laudatissimæ eorum:qui rura haberent.Vrbanæ uero : in quas transire rei ignominia eẽt desidiæ Probro.Et Asconius in.ii.uerrinarum.Tribus urbanæ:rusticæq; omnes triginta quique numerantur:ex quarum singulis terni eligebantur ad iudicandum:hiq; centumuiri dicebantur:licet centum & quinq; essent.Potuit etiam poeta posuisse bubulcum pro omni ciue romano graui & seuero:sicut etiã alibi Creticum posuit uiro nobili cretice pelluces.Nam.C.Attilius bubulcus consul fuit una cum Tito Manlio Torquato:quo tẽpore Sardinia insula rebellauit:autoribus penis.Vnde mox sardi subacti:& oppressi: fuit item Iunius rusticus:quẽ Domitianus iteremit:q; Peti Traseæ:& Heluidii prisci laudes edidisset;appellaretq;

Russati Milites (margin)

Cẽtum uiri (margin)

Lacertæ nomen proprium agitatoris in ludis circensibus a factione russata

Libertate condicionis Cic. in de orator quid de libertate his qua nihil grauius est

tensum dilatatum diffusum

eos sanctissimos uiros:ut sit sensus.Surgis tu pallidus aiax:dicturus pro dubia libertate: bubulco iudice: hoc est graui:& magno uiro iudice:qualis fuit Attilius:siue bubulcus: siue iunius . Huic tamen opinioni non ita me addico:ut nolim etiam posse:quum libeat citra repræhensionem:discedere.¶ Rumpe : insultatio poetæ in uanum causidici laborem.¶ Palmæ uirides figantur:ut consequaris uictoriam in iudicio & damnes reum ad scalas gemonias.Nam scalæ gemoniæ locus erat in urbe:in quem rei unco trahebantur. Trãquillus nemo punitorum non in gemonias abiectus;uncoq; tractus;dictæ autem sunt gemoniæ a gemendo:q; non sine gemitu:& lachrymis in eas traherentur. Vnde Plinius libro octauo mentionem faciẽs de canibus appellat gradus gemitorios his uerbis.Testatum est canem: nec a corpore recessisse abiecto in gradibus gemitoriis mœstos edentem ululatus : magna ergo gloria erat causidico damnasse reum ad scalas gemonias. Inde plurima palma fores eius ornabantur. Mar.in libro septimo ad fuscum causidicum.Sic fora mirẽtur:sic te pallatia laudent.Excolat & geminas plurima parua fores.¶ Petasunculus:diminutiuum a petasone:est autem perna salita:quæ:si uetula est: ĩgrati est saporis.Mart.libro decimotertio Musteus est propera:caros nec differ amicos.Nam mihi cum uetulo sit petasone nihil.¶ Siccus:aut quia in fumo suspenditur:aut quia uetulus est : & succo exhaustus. ¶ Pelamydum:piscis est:qui quum minimus est: & fœtas redeuntes in mare autumno comitatur cordilla appellatur.Quum e mari uerno tempore pon

Iudice:rumpe miser tensum iecur:ut tibi lasso
Figantur uirides scalarum gloria palmæ.
Quod uocis pciũ? siccus petasunculus:& uas
Pelamydũ:aut ueteres afrorũ epimenida bulbi.
Aut uinũ thyberi deuectum quinq; lagœnæ.
Si quater egisti:si contigit aureus unus.
Inde cadunt partes in fœdere pragmaticorum.
Aemilio dabitur:quantum petet:& melius nos
Egimus:huius enim stat currus haeneus:alti
Quadriiuges in uestibulis:atq; ipse feroci
Bellatore sedens curuatum hastile minatur
Eminus:& statua meditatur prælia lusca.

tũ intrat:limosa aut e luto pelamys incipit uocari απο του πηλου:idest a luto:qd eruit. Festus sic inqt : pelamys genus piscis dictum:quod in luto moretur:quod græce πηλος dicitur.Quum autem tempus annuum excessit thinnus.Cybium uero concisa pelamys dicitur.De hoc pisce Plinius libro nono & trigesimosecundo multa scribit:de quo & nos ex autoritate eius in commentariis Persii.¶ Veteres bulbi : idest non recentes : & proinde minus sapidi.Nam:ut scribit Plinius Vetustiores improbantur:& parui : & longi : est enim Bulbus genus oleris:de quo multa Plinius libro nono capitulo quarto & quinto . Bulbos Cato imprimis serendos præcipit:celebrans megaricos a megara ciuitate.Vnde Columella.Iam megaris uenient genitalia semina bulbi.Bulbos.item scribit Columella libro tertio esse oculos harundinum.¶ Epimenida:appositio est. Nam ex genere bulborum sunt scylla:& duo genera medicæ:masculus albis foliis:fœmina nigris: & tertium genus ẽ cibis gratum Epimenidum uocatur.Afrorum autem dicit bulbos:quia qui in africa nascuntur maxime : ut scribit Plinius laudantur.¶ Vinum tyberi deuectum:quasi dicat transmarinum non romanum : aut campanum:quod optimum erat.¶ Quinq; lagœnæ:cum distinctione legendum:quasi dicat non iam multum uinum dabitur:sed quinq; dum taxat lagœnæ.Est autem lagœna tam aquarium quam uinarium uas. Martialis.Et nigra syra defruti lagœna.Talis est etiam locutio apud Plautum in pseudulo.Nisi argentum mihi redditur:uiginti minæ.Sic etiam locutus est Plinius libro decimoquarto capitulo decimoquarto.Censores edixerunt nequis uinum græcum amineumq; octonis æris singula quadrantalia uenderet.¶ Si quater egisti: si contigit aureus unus.Laborem causidici magnum esse ostendit : cum modico emolumento . Sensus enim est.Si forte causam.quater egisti:& si ex ea re aureum unum accepisti eius mercedis pars tibi danda est pragmaticis:a quibus adiutus fuisti.Nam pragmatici dicũtur: qui causidicis & oratoribus uerba Iuris subministrant:de quibus sic Cicero libro primo de Oratore . Itaq; non : ut apud græcos infimi homines mercedula adducti : ministros se præbent in iuduciis oratoribus : ii qui apud illos pragmatici uocant : πραγμα enim negocium significat.Plautus in Casina Enimuero prãgmata : mox Parechis : hoc est negocium mihi exhibes:nam παρέχειν est exhibere : πραγματευτης negociator . ¶ Inde : ex eo aureo. ¶ In fœdera:quia ita pacti sunt.¶ Aemilio dabitur : illud etiam incommodum est causidicis:ut inter illos præmia ii tantum capiant : qui diuites habentur : & nobiles : per Aemilium autem intelligimus diuitem : & nobilem. ¶ Huius enim : hæc particula semper rei præcedentis signat causam.¶ Stat currus haeneus: statuas habet in quadrigis : & nobilis habetur. Nam apud romanos : quum antiquitus statuæ maiorum togata effigie ponerentur. deinde etiam hastas tenentes equestres quoq; statuæ celebratæ sunt : postea uero in bigis & quadrigis: unde & triumphales natæ.Plinius hæc libro uigesimoquarto ponebantur etiam & causidicis equestres statuæ . Martialis libro nono.Tam graue percussis incudibus æra resultant . Causidicum medio quum faber aptat equo . Alti quadriiuges : quaterni equi iuncti currui quadriiuges dicuntur & quadriiugi : & biuges: & biugi si bini tantum.¶ In uestibulis:in prima ædium parte : de quo plura illic. Vestibulis abeũt ueteres lassique clientes.¶ Ipse: Aemilius.¶ Bellatore equo haeneo:qui uidetur pugnas minari.¶ Minatur : ĩtentat quasi in hostem:sic Papinius de equo domitiani:cursumq; minatur. ¶ Meditatur prælia : præparare : & exercere uidetur.¶ Lusca:quia ita se habebat statua:ut unus tantum oculos uideretur in alteram partẽ obliquato capite:aut : (quod magis placet) quia unum claudebat oculum : quo certiorem inferret ictum : nam naturale est : ut uno tantum oculo clauso : aliquid rectius longe mittatur : quia plures motus : ut scribit . Aristoteles duobus quam uno excitantur oculo . Et quia radii utriusque oculi non sine perturbatione in idem cõcidunt.

Prag/matici (margin)

palme signum uictoria Scalas gradus pulpiti siue concionis

Egimus oratione usca clausa altero oculo

in fœdera prag Pragmatici dicuntur qui in foro ac iudiciis uersantes leges diriment

Plau: Pragmata Parechis .i. negotium mihi exhibes

¶ Sic pedo conturbat. Sensus est. Pedo causas agit:tractat:miscet sic:idest per exiguam mercedẽ:& modica munera:ut reliqui de quibus supra. ¶ Sed Matho:etiam infelicius:qui deficit:& propemodum omni ope destituitur:quem exitum sentit:& Tonigillus:idest Tongillus eundem exitum & finem experitur:quia nihil lucrat: licet uariis modis diuitem se ostentet ut conducatur:quasi inuat hoc accidere iniuria temporum:quibus auaritia bonos mores oppressit. Et tamen inquit hæc falsa opum ostentatio fuit utilis multis: hominum enim ingenia ex cultu maxime censentur. Sicq; poeta per hos tres causidicos ostendit:aut nullum: aut sane modicum esse in actionibus.causarum emolumentum. De mathone causidico diximus in prima satyra. De quo & Martialis. Parua rogas magnos: sed non dant hæc quoq; magni. Vt leuius pudeat iam matho magna roga. ¶ Exitus hic est tongilli: idest talis est: & finis Tongilli:ut deficiat:modicamq; capiat mercedem: qui ut se per opes commendet in balneis lauatur rhinocerote comitatus magna hominum multitudine & per forum gestatur lectica purpura amictus: tanq̃ q empturus sit seruos:aliaq; multa præciosa. ¶ Exitus finis alibi. Quis enim te deficiente crumena. Et crescente gula manet exitus. Alibi. Sæuus & illũ exitus eripuit. De Tongillo meminit Martia. Vri Tongillus male dicitur hemytriteo. Noui hominis mores esuritatq; sitit. ¶ Rhinocerote:hoc est uase ex cor-

Sic pedo conturbat:matho deficit:exitus hic ẽ
Tongilli:magno cum rhinocerote lauari
Qui solet:& uexat lutulenta balnea turba.
Per quæ forũ iuuenes longo p̃mit assere medos
Empturus pueros:argentum: murrina:uillas.
Spondet enim tyrio stlataria purpura filo.
Et tamen hoc ipsis est utile:purpura uendit
Causidicum:uendũt amethysina. couenit illis
Et strepitu:& facie maioris uiuere census.
Sed fine impensæ non seruat prodiga Roma:

Rhinoceros nu rhinocerotis:quo potentiores in balneis utebantur cum oleo:pauperioribus autem in usu erat Guttus ex cornu tauri:unde supra:pleno componit lintea gutto. Rhinoceros est animal:de quo meminerunt Plinius libro octauo Diodo.& Solinus unum i fronte cornu habet, ριυ.n.nasus dicitur:κερασ cornu:hostis est Elephãto:cornuq; ad saxa elimato se pugnæ præparat: in dimicatione aluum maxime petens:quam scit esse molliorem:uulgo nunc appellamus alicornum. ¶ Turba lutulenta:idest multitudine comitum:qui eum per lutum sunt comitati. ¶ Præmit Iuuenes:idest oneri est iuuenibus medis:hoc est seruis medis:dum lectica per forum gestatur. ¶ Medos:populi sunt contermini Persis. Illinc mittebantur serui robusto:& ualido corpore. ¶ Assere:idest ligno: quo lecticarii serui utebantur ad sustinendam lecticam. Vnde Tranquillus in Caligula. Ad primum tumultum lecticarii cum asseribus in auxilium accurrerunt. Mar. Vt canusinatus nostro syrus assere sudet. Iuuenalis alibi. Ferit hic cubito ferit assere duro Alter. De hoc autem plura dicimus in tertia satyra. ¶ Empturus pueros:ut diues uideatur:ostentat se uelle emere multa præciosa. ¶ Argenteum:uasa argentea. ¶ Murrina. Oriens autore Plinius libro trigesimoseptimo Murrina mittit. Inueniuntur enim ibi in pluribus locis: **Murrina** nec insignibus parthici regni. Vocabulum autem deductum est a murra:quem humorem putãt sub terra calore densari:de qua Lucanus. Non auro murraq; bibunt. Martialis. Si calidum petas ardenti murra falernum Conuenit & melior fit sapor inde mero. ¶ Spondet:idest promittit:ostenditq; hominem esse diuitẽ: qui possit talia:emere. ¶ Stlataria:idest ampla:& lata:nam autore Festo antiqui Stlatum pro latum dixerunt: Stlitem pro litem:unde & stlatam genus nauigii appellarunt latum magisquam altum. Latum clauum uidetur designare. ¶ Filo tyrio:idest purpureo. Nam ut scribit Plinius libro nono purpuræ usum Romæ semper fuisse cõstat:sed Romulo i Trabea. Nam toga prætexta:& latiore clauo Tullium hostilium e regibus primum usum manifestum est:ut liquido appareat de lato clauo:hoc loco intelligere. ¶ Et tamen hoc ipsis est utile. Sensus ẽ: licet hoc sit ambitiosum hæc ostentare:tamen ipsis aliquam affert utilitatem:quod a clientibus facilius cõducuntur. ¶ Purpura:idest uestis ipsa purpurea in causa est:ut causidicus conducatur:ita dictum sicut illud. Et lenam pignerat Atreus:idest Atreus fabula in causa est:ut poeta pigneret uestimenta: ita præmitur paupertate: **Amethysina** dum scribit. ¶ Amethysina. Vestiméta coloris uiolacei: nam amethysus lapis est præciosus : de quo Plinius libro trigesimoseptimo capitulo nono. Cuius fulgor ille emicans uiolaceus est:a cuius similitudine dicuntur uestes amethysinæ Amethysi indicæ principatum tenent illud obseruandum amethysum legendum esse:nõ amethystum:quod uocabuli origo maxime docet:est enim facta compositio nominis ab a: quæ particula est priuatiua:& μετισοσ ebrius. Vnde sic scribit Plinius eodem libro. Causam nominis afferũt:q; usq; ad uini colorem accedẽs priusquam eum degustet:in uiolam desinit:fulgorq; quidam in illa purpuræ nõ ex toto igneus:sed in uini colorem deficiens:quibus uerbis ostendit dici amethysumq;:q; non penitus colore uini inebrietur. Et Paulo infra hæc subdit. Magorum uanitas resistere ebrietati amethysos promittit:& inde appellatas: ita ut manifesto constet amethysum non amethystum dicendum. Et sic amethysina:& nõ amethystina: sicut dicimus byssina a bysso. ¶ Conuenit illis:non est inquit mirum:si talia per ostentationem faciunt:nam cõuenit illis uiuere(si conduci uolunt)facie maioris census. ¶ Strepitur:referri potest ad seruorum multitudinem. ¶ Facie:ostentatione:& apparentia:licet proprie sit ipsa oris species:qua nobis hominis qualitas ostenditur ad alia tamen metaphoricos refertur:ut dicamus:faciem huius rei:idest apparẽtiam huius rei. Salustius in Iugurtha. Cæterum facies totius negocii uaria erat:idest species:& apparentia. ¶ Maioris census : maiorum opum. ¶ Sed finem impensæ:ut igitur diuites uiderentur:& sic conducerẽtur ultra modum circa corporis ornatum impendebant:ita moribus urbis exigentibus. Vnde Seneca ad Lucil. Nõ ego ambitiosus sum : sed nemo aliter potest uiuere:non ego sumptuosus sum:sed urbs ipsa magnas impensas exigit. ¶ Prodiga:profusa ad sumptũ prodigere enim apud Festum est pro consumere.

¶ Vt redeat ueteres:temporis sui stultitiam notat:quum i causidicis diuitiæ tantum:& non uirtutes considerentur. Est enim sensus. Si inquit detur:ut ueteres oratores reuiuiscant: qualis fuit Cicero nemo ei ducentos dabit nummos:nisi in illius manibus inspecti fuerint annuli præciosi:quasi soli diuites sint sapientes:& diserti:ut ostendat homines non de uestibus:sed de uirtutibus esse censendos. ¶ Octo serui:qui lecticam ferãt:unde octophorum:& exaphorum:quæ ab octo & sex seruis fertur appellatur. Martialis libro sexto. Laxior exaphoris tua sit lectica licebit. Idem libro quarto. Quum tibi non essent sex milia cecilianæ. Ingenti late uectus ex exaphoro:de Octophoro Tranqul.i Caligula : eũ enim adeo delicate icessisse scribit:ut octophoro ueheretur. **Octophorũ exaphorũ** ¶ Decem comites:post te:idest clientes:qui te prosequantur. ¶ An sit sella:utrum ubi sedeat: an lectica qua gestetur. Nam sella accipi pro lectica manifestum est. Iuue. in prima saty. Ostendens uacuam & clausam pro coniuge sellam. **Sella** ¶ Togati ante pedes: idest anteambulões togati:qui per ambitionem diuitem præcedebant. Martia. libro tertio Cẽtum miselli iam ualere quadrantes. Anteambulonis congiarium lassi. Idem. Sum comes ipsæ tuus: tumidiq; anteabulo regis. ¶ Ideo:qa animaduerteret istius ostentationes opum eẽ utiles. ¶ Agebat : causam dicebat. **Onyx** Sardoniche. Onycem scribit Plinius gemmam esse: cui cum sarda nomen sit cõiunctum(est enim alius lapis)scribit etiam Porphyrio Onycem marmoreã ampullam significare. Onyci enim cãdor est unguis humani similitudine. Item Chrysoliti:& iaspidis:& Sardæ:unde nominis societas oritur: Sardonichem Ptolemæus a Sardonice monte indie deriuari tradit ergo Sardonyche:idest annulo sardonyche ornato. ¶ Conducta:nam uestes: & comites conducebãtur. ¶ Pluris:maiore emolumento cõducitur. ¶ Basilus & Cossus:nomina pauperum causidicorum. ¶ Ra-

Vt redeant ueteres:Ciceroni nemo ducentos
Nunc dederit nũmos:nisi fulserit anulus igẽs.
Respicit hoc primum:qui litigat:an tibi serui
Octo:decem comites:post te:an sit sella:togati
Ante pedes:ideo conducta paulus agebat
Sardoniche:atq; ideo pluris q̃ cossus agebat.
Quam basilus:rara in tenui facundia panno.
Quãdo licet flente basilo deducere matrem:
Quis benedicentem basilum ferat: accipiat te
Gallia:uel potius nutricula causidicorum
Aphrica:si placuit mercedem impõere linguæ.
Declamare doces:o ferrea pectora uectii.
Cum perimit sæuos classis numerosa tyrãnos.
Nã quæcũq; sedens mõ legerat: hæc eadẽ stãs
Proferet:atq; eadem cantabit uersibus iisdem.
Occidit miseros crambe repetita magistros.
Quis color:& qđ sit cãæ genus: atq; ubi suma

ra in tenui facundia panno:non mirum est inquit:si cossus:& Basilus raro conducuntur ad agẽdas causas. Putat enim uulgus sub sordido amictu facundiam nõ habitare:hoc igitur modo poeta hominum stultitiam taxat:quum homines de uestibus(ut diximus)non sint censendi. ¶ Quando licet basilo:uult ostendere grauiores causas non committi causidicis pauperibus:licet sint diserti. Est enim sensus. Quando licet basilo deducere matrem:idest agere causam difficilem:ubi maxime sit iudicum miseratio captanda per multas matris lachrymas:idest mulieris uiduæ:cuius filii circumueniantur. ¶ Quis ferat : licet inquit sic causidicus disertissimus:tamen quia pauper est:non auditur a iudicibus:non conducitur a litigantibus. ¶ Accipiat te. Sensus est: si uis inquit agendo causas lucrari:fac petas galliam:aut aphricam : ubi magnis patroni præmiis afficiuntur. ¶ Declamare doces:miseretur rhetorum:qui adolescentulos per declamationes exerceant summo cum labore:& modico emolumento. Est enim declamatio(ut inquit Quinti. libro decimo)forensium actionum meditatio. **Declamatio** Nam in scholis ponebantur certa quædam discipulis:quæ themata dicimus : quibus sic exercebantur ut domestica illa exercitatione ad ueras litium causas instructiores descenderent. Declamationes ante Ciceronem (ut scribit Seneca) uocabant thesis:deinde controuersias nominarunt:& declamationes. Est enim ordo. Tu doces uecti:appositiue pectora ferrea:idest patientissima declamare:est autem interposita acclamatio in nimiam patientiam retoris:q quotidie tot adolescentes:& doceat:& audiat. ¶ Nam q̃cunq; sedens:ratio q̃re sit patientissimus. ¶ Sedens legerat:scilicet classis puerorum. ¶ Classis numerosa:scilicet puerorum declamantium ordo. Classis autem dicebatur:ut ostendit Quinti. libro primo discipulorum multitudo:quibus in ordinem distributis præceptores secundum ingenii uires ordinem dicendi dabant: & ita superiore loco quisq; declamabat:ut præcedere profectu uidebatur illic ingens palmæ contentio:ducere uero classem multo pulcherrimum. **Classis** Nec de hoc semel decretum erat tricesimus dies reddebat uicto certaminis potestatem. ¶ Quum perimit. Tunc inquit sunt ferrea:& patientissima pectora:quum classis numerosa perimit sæuos tyrannos: idest quum audis discipulos se declamationibus exercentes : quibus tyrannorum cædes continentur. ¶ Crambe repetita. Angelus politianus uir ætate nostra sine cõtrouersia graphice eruditus contendit. Crãbe legendũ eẽ: expressumq; esse a Iuue. adagium illud græcum Διϲ κρα ὐβη φα ματοσ quo significatur bis positã crãbem mortẽ eẽ:est enim crãbe(ut ostendit Pli.)genus brassicæ:ut fastidiũ:uidelicet sæpius repetitæ cõtrouersiæ denotaret:quũ uulgo quoq; recalefacta brassica iã in puerbiũ fastidii cõcesserit:erit ergo dictũ p prouerbiũ. Declamatio sæpe repetita fastidio p̃ceptores cõficit. ¶ Quis color:ordo est:oẽs uolunt noscere:quis color: & qđ sit genus causæ &c. ¶ Quis color:uolũt iqt discipuli noscere oĩa q̃ pertineãt ad declamationũ exercitationẽ : & qs sit color:q in declamationibus q̃ritur:de quo supius disseruimus. Dic qntiliane colorẽ:hoc ẽ: q̃ sit ratio excusans factũ. Nã color:ut diximus:ante est ratio quæ factũ excusat:ut Orestes:quũ fatetur se occidisse matrẽ nisi attulerit facti rationẽ:peruertit defensionẽ:ergo affer rationẽ:quæ nisi itercedere: ne causa quidẽ esset. Illa.n. inquit patrem meum occiderat:ergo ratio ea est:quæ continet defensionem : sine qua causa non consisteret.

Inuenta ratione: firmamentum quærendum est: ideſt quod accuſationem continet: & quod affertur cõtra ra/
tionem defenſionis hoc modo. Quum uſus fuerit Oreſtes ratione: hoc pacto: iure occidi: Illa enim patrem
meum occiderat: utetur firmamento accuſator hoc modo: ſed non abs te occidi: neq; indemnatam penas pẽ/
dere oportuit. Ex ratione defenſionis & ex firmamento accuſationis iudicii quæſtio naſcatur oportet: quam
iudicationem appellamus. Quum ergo poeta ait Quis color intelligit: quæ ratio ſit rei. Quum ait quæ ueni
ant diuerſa parte ſagittæ: firmamentum intelligit: quod affertur contra rationem defenſionis: qd' ideo appel
lat ſagittas: q; eo q̃ſi acutis ſagittis reus urgeat'. ☞ Ge
nus cauſæ: an demonſtratiuum: an deliberatiuum:
an iudiciale: aut cauſæ genus honeſtum: turpe dubi/
um: humile: admirabile. Cauſa aũt eſt: ut finit Apol
lodorus: negocium omnibus ſuis partibus ſpectans
ad quæſtionem: aut cauſa eſt negocium: cuius finis
eſt controuerſia. ☞ Summa quæſtio: in cauſa plures
poſſunt eſſe quæſtiones: ſed ſumma illa appellatur:
unde ſummis naſcitur ſtatus: & in qua res maxime
uertitur: quam aliqui: autore Fabio: generalem quæ
ſtionem: uel caput generale appellauerunt. ☞ Quæ
ſagittæ: ſumptum a ſagittariis: ideſt quod ſit firma/
mentum: quod ab accuſatore affertur: ut diximus:
ad euertendam rationẽ defenſionis: aut reuerra ſtelli
git firmiſſima argumẽta: grauiſſimaſq; accuſatiões:
ut illud. Nũc ét audes inhoc conſpectũ uenire pdi/
tor patriæ: pditor inq̃ patriæ uenire audes in hoc
conſpectum. Vehementer enim aduerſarium urget
feritque quaſi aliquod telum ſæpius peruenĩat in eandem partem corporis. ☞ Mercedem appellas: uerba
ſunt poetæ ad rhetorem: ideſt ſi laboris tui mercedem petis: diſcipulus reſpondet: quid ſcio? ☞ Culpa docẽtis:
ſcilicet ſtatim inquit accuſatur magiſter: quum ad diſcendum tardus ſit diſcipulus: ideo ironicos pronuncia/
tur. ☞ In læua parte: ubi ſedes eſt cordis: unde omnis eſt intellectus: nam ut auror eſt Plinius libro undecimo.
Cor homini eſt tantum infra leuam papillam: quum in cæteris animalibus in medio pectore ſit. ☞ Nil ſalit.
Nihil ſapientiæ ſit. Nam nonnulli philoſophorum in corde: ut ſcribit Fulgentius: ſapiẽtiam eſſe dixerũt. Sed
hoc uerbo ſaltat ad id reſpexit: q; cordi præcipuus eſt calor: & palpitatio. ☞ Arcadico iuueni: ideſt tardo: & aſi/
nino. Nam in arcadia optimi progenerantur: ut apud Perſi. docuimus illic. Vt arcadiæ pecuaria rudere credas
quod alii ſentiant iuueni arcadico: ideſt nobili: q; romani ab Euandro rege arcadiæ originem duxerint: proin
deq; in teſtimonium originis antiquæ in calceis lunam geſtarent: ut docet Plutar. non Probo: hinc enim exit
indignatio: q; inique præceptor accuſetur: quum aſinus doceri nequeat: quaſi in poteſtate præceptoris ſit etiã
tardo & aſino uirtutis cognitionem ingerere. Sicq; poeta oſtẽdit: ſterilia nullo labore uinci. ☞ Sexta quaq; die
dirus Hannibal implet caput miſerum. Ordo eſt. Cuius Hannibal dirus implet mihi caput ſexta quaque die.
☞ Quicquid: ideſt de quo deliberat: ut ſit ſenſus. Cuius ſuaſoria de hannibale ſexta quaq; die mihi nõ ſine ma
gna animi moleſtia & faſtidio audienda eſt. Nam in ſcholis rhetorum præter declamationes & controuerſias:
ſuaſoriæ quoq; proponebantur diſcipulis: in quibus ſe exercerent. Talis ergo ſuaſoria erat de Hannibale. Deli
berat Hannibal: an poſt uictoriam canenſem ducat exercitum ad urbem Maherbale præfecto equitum ſua/
dente: pollicenteq; ei cœnam in capitolio die quinto. Et an relicta urbe: quam armis præmebat: reducat copi/
as in Apuliam: repulſus bis ab imbre: quum eſſet ad tertium lapidem. ☞ Circumagat: ide reducat. Sillius cun/
ctantem: & uana minantem circumagit: caſtiſq; ducem ſuccedere cogit. ☞ A tempeſtate. Nam duplici tempe/
ſtate quum iam ad tertium lapidem exercitum duxiſſet: repulſus eſt: ut ſcribit Liuius. Quantum uis ſtipula
re: uerba ſunt diſpenſatoris diſcipulum prætori tradentis: ideſt pete: & roga. Colu. Fœnoris tui ſyluine: quod
ſtipulant ſpoponderam tibi: reliquam penſiunculam percipe: unde & ſtipulatio eſt uerborum conceptio: q/
bus is: qui interrogatur: daturum facturumue id quod interrogatus eſt reſpõdet: ut das ne capram ſanam? do
Protinus accipe quod: ideſt tantum cape: quantum tecum paciſcor: & quantum teneor dare ex cõuentione no
ſtra. ☞ Vt totiens illum: accedebant enim patres ad magiſtros: quum filii in ſcholis declamarent. Perſius. Atq;
oculos memini tingebam paruus oliuo. Grandia ſi nollem morituri uerba catonis. Diſcere: ab inſano multũ
laudanda magiſtro. Quæ pater adductis ſudans audiret amicis. Audiebantur autem certis diebus: ut modo
dixit poeta. Quaq; die ſexta: unde ita Quintilianus in decimo. Obſtat huic frequens turba diſcipulorum &
conſuetudo claſſium certis diebus audiendarum: non nihil etiam perſuaſio patrum numerantium potius de
clamationes quam æſtimantium. ☞ Aſt alii ſex & plures: hæc a poeta: cum indignatione: & miſeratione qua/
dam proferuntur: ut ſit ſenſus. Grauis profecto labor eſt: exigua autem merces docẽtium declamare: & mul
ti tamen id muneris obeunt: uerum multi alii ex iis intelligentes in huiuſmodi munere docendi tenuem eſſe
quæſtum relictis declamationibus: quæ in ſcholis: & locis priuatis exercebantur: in forum deſcendunt ubi
agant ueras cauſas: ſed melius inquit poeta ſibi conſulerent: ſi alium uiuendi tramitem ingrederentur. ☞ Alii
ſex: & plures: ideſt multi. ☞ Sophiſtæ: ſophiſtæ idem fuere apud antiquos qui rhetores dicuntur: uerum po/
ſtea cœpti ſunt dici qui artem deceptoriam: quæ ſophiſtice dicitur exercent: unde & Boetius interprætatur
Sophiſticen cauillatoriã. ☞ Vno ore: uno modo: quũ oẽs idẽ agunt: ut conferant ſe ad agendas ueras cauſas.

Causa

Stipulari

Stipulatio

Sophiſta

Q uæſtio: quæ ueniant diuerſa parte ſagittæ.
Scire uolunt omnes: mercedem ſoluere nemo.
Mercedẽ appellas? qd enim ſcio? culpa docẽtis
Scilicet arguitur: quod læua in parte mamillæ
Nil ſalit arcadico iuueni: cuius mihi ſexta
Q uaq; die miſerũ dirus caput hãnibal iplet.
Q uicqd ideſt: de quo deliberat: an petat urbẽ
A cannis: an poſt nymbos: & fulmina cautus
Circumagat maddidas a tempeſtate cohortes.
Q uãtũ uis ſtipulare: & ptinus accipe: qd' do.
Vt totiens illum pater audeat: aſt alii ſex.
Et plures uno conclamant ore ſophiſtæ.

☞ Raptore relicto: ideſt declamatione obmiſſa de raptore: ideſt ſtupratore. Nam in ſcholis talis proponebatur
declamatio. Rapta raptoris: aut nuptias indotatas: aut mortem optet: una nocte quidã duas rapuit: altera mor
tem optat: altera nuptias. Hanc tractat Seneca in primo Declamationum. Item alia eſt declamatio. Rapta Ra/
ptoris mortem: aut idotatas nuptias optet. Rapta producta nuptias oprauit. Iuuenis raptorem ſe negauit. Cõ
uictus eſt: illa mortem petiit: Raptor contradicit. ☞ Fuſa uenena ſilent: ideſt declamatio omittitur: ubi actio ẽ
ueneficii: qualis ſeptima eſt declamatio apud Sene. libro tertio de ueneno dato filio furenti: quæ ſic incipit. Fi/
lio furenti: & ſua membra lanianti pater uenenũ de/
dit. Accuſatur ab uxore malæ tractationis: unde ſeq/
tur malus: ingratuſq; maritus poteſt etiam ingratus
maritus ita exponi: ut intelligamus aliam declama/
tionem: quæ eſt huiuſmodi. Torta a tyranno uxor:
nunquid de uiri tyrannicidio ſciret: perſeuerauit ne
gare: poſtea eius maritus tyrannum occidit. Intra qn
quennium non parientem nomine ſterilitatis dimi
ſit: agit illa ingrati. ☞ Et mortaria: ſubaudi a ſuperio
re ſilent: ideſt declamatio omittitur filii conterentis
in mortario medica: mẽta ad ſanãdos cæci patris ocu
los: quæ nouerca uenena eſſe dixit: & pater credidit:
teſtamentum q; mutauit. Ait ergo poeta: tales decla/
matiões a Sophiſtis reliqui: & ueras cauſas agi. ☞ Da
bit ſibi rudem: imponet ſibi finem agendi cauſas in
foro: eſt autem rudis: qua donabantur gladiatores:
quum miſſionem artis impetrabant: autor Priſcia/
nus. Oratius ſpectatum ſatis & donatum iam rude quæris. Mecœnas iterum antiquo me includere ludo. Et
ſupra. Accepta rude cœpiſſet ueiẽto uideri. Ouidius. Et me donari iam rude tempus erat. Eiuſdem ſit mentio
apud Ciceronem in ſecundo antonianarum. Tam bonus gladiator rudem: tam cito cœpiſti. Inde Rudiarii: q
miſſionem artis gladiatoriæ impetrarunt: quo uocabulo utitur Tranquillus in Tyberio. ☞ Diuerſum: contra
rium a ſuperiore. ☞ Ab umbra rhetorica: a declamationibus: quæ in ſcholis aguntur. ☞ Ad pugnam. Ad uerũ
certamen: ideſt ad ueras lites: & cauſas forenſes. ☞ Summula ne pereat: hæc uidetur eſſe ratio: quare in forũ de
ſcendat ad agendas ueras cauſas: ne ſummã: ſcilicet & cenſus decreſcat: propter quem teſſeram habuit frumen
tariam: apparet teſſeram dari conſueuiſſe pro qualitate cẽſus: dabatur autem populo per teſſeram frumentũ.
Tranquillus in Auguſto. Ac ne plæbs frumentationum cauſa frequentius a negociis auocaretur: ter in anno q
ternorum menſium teſſeras dare deſtinauit. Dabantur & pecuniæ per teſſeras. Tranquil. in eodem. Frumen/
tumq; in annonæ difficultatibus ſæpe leuiſſimo interdum nullo præcio uiritim admẽſus eſt: teſſeraſque nu/
maris duplicauit. Teſſera etiam erat præceptum ducis: quo uel ad aliquod opus: uel ad bellum mouebatur.
Vegetius autor libro ſexto capitulo ſeptimo Virgilius. It bello teſſera ſignum. ☞ Quippæ hæc merces lautiſſi/
ma. Ironice: ideſt hæc eſt merces ampliſſima: quæ datur romæ. ☞ Tenta Chryſogonus quanti doceat. Inquire
inquit: & inueſtiga quanti cytharedi filios nobilium doceant fidibus: ut oſtendat longe huberius eſſe cythare
dorum lucrum: q; ſophiſtarum: & cauſidicorum. Sic igitur poeta ſui temporis cæcitatem: & ſtulticiam notat
quum ſtudia litterarum arti muſicæ poſtponantur: paruoq; in præcio habeantur: quod & Martialis notat li/
bro quinto. Artes diſcere uult pecunioſas. Fac diſcat cytharedos: aut choraulas. ☞ Chryſogonus: de hoc & ſa/
tyra ſexta. Chryſogonum cantare uetent: fuit enim cytharedus. ☞ Pollio: de eo illic diximus. An capitolinam
deberet pollio quercum: eſt autem nomen cytharedi: oſtendit igitur cytharedos: maiorem ex laboribus ſuis
mercedem conſequi: q̃ rhetores: tẽta igitur ait: ideſt ſi tentare uolueris: inuenies eorum mercedẽ eſſe maiorẽ.
☞ Pueros lautorum: filios diuitum: & primorum. ☞ Scindens: lacerans: & derides: nam pollio inquit deridet
artem rhetoricam: quum plus ipſe lucretur in arte ſua. Scindere enim eſt contumelia uerborum lacerare. Trã
quillus in Auguſto. Antonio honorifice ſalutato: Auguſtum ſæuiſſimo conuicio coram proſciderũt. ☞ Theo
dori: hic eſt de quo Quitilia. ſic libro tertio. Theodorus Gadareus: qui ſe dici maluit Rhodium: quem ſtudio
ſe: quum in eam inſulam ſeceſſiſſet: dicitur Tyberius audiuiſſe: de hoc meminit & Tranquil. in Tyberio. Do/
cuit autẽ Rhodii præcepta rhetorices per id tempus: quo Tyberius Rhodum ſeceſſit: ubi circa ſcholas & au/
ditoria profeſſorum aſſiduus fuit: & imprimis Theodorum audiuit. Gadareus autem dictus eſt a Gadaribus
ciuitate Syriæ: quam iudæi ſibi uendicarũt. Vnde & Stra. quum de Gadaribus loqueretur ait: hinc fuit Theo
dorus orator: qui ætate noſtra uiguit. Strabo autem ſcribit ſe temporibus tyberii floruiſſe. Theodori etiã cu/
iuſdam Gadarei meminit & Ioſephus libro primo belli iudaici: incertum autem an hunc intelligat. ☞ Balnea
ſexcentis. Senſus eſt non cunctabuntur diuites romani: & balnea & alia ædificia ſummis impenſis erigere: cir
ca autem filiorum eruditionem erunt parciſſimi. ☞ Balnea ſexcentis: ſcilicet ſeſtertiis: ſcilicet extruũtur a diui/
tibus: nec eiuſmodi parcunt impenſis. Vnde Seneca ad Lucili. At nunc quis eſt: qui ſic lauari ſuſtineat: pauper
ſibi uidetur & ſobrius: niſi parietes magnis: & præcioſis orbibus refulſerunt: niſi Alexandrina marmora nu/
midicis cruſtis diſtincta ſunt: niſi illis undiq; operoſa & in picturæ modum uariata circumlitio prætexitur ni
ſi uitro abſcondit' camera: niſi thaſius lapis quondam rarũ in aliquo ſpectaculũ templo piſcinas noſtras circũ
dedit: in q̃s multa ſudatione corpora exanimata demittimus: niſi aquam argentea epitonia fuderint: & adhuc
plæbeias fiſtulas loquor. Quid quũ ad balnea libertinorum peruenero? quãtum ſtatuarum? quantũ colũnar
eſt? nihil ſuſtinentium: ſed in ornamẽtũ poſitarũ impenſæ cauſa? quãtũ aquarũ per gradus cũ frigore labẽtiũ.

Rudis

Rudiarii

Teſſera

Scidere

Gestetur dominus quotiens pluit: an ne serenũ
Expectet? spargatq; luto iumenta recenti?
Hic potius: naq; hic mũdæ nitet ungula mulæ.
Parte alia longis numidarum fulta columnis
Surgat. & algentem rapiat cœnatio solem.
Quanticunq; domus: ueniet qui fercula docte
Componit: ueniet qui pulmentaria condit.
Hos inter sumptus sestertia quintiliano
Vt multum duo sufficient res: nulla minoris
Constabit patri: quam filius: unde igitur tot
Quintilianus habet saltus? exempla nouorũ
Fatorum transi: fœlix: & pulcher: & acer
Fœlix: & sapiens: & nobilis: & generosus

¶ In qua gestetur dominus: tãta erat urbis luxuria: ut porticus haberent: & loca: quas gestationes appellauere: in qbus æstiuo: pluuioq; tempore ad amœnitatem: uel gestarentur a seruis: uel ueherentur iumentis: de qbus sic Pli. iunior ad Caninium Ruffum. Quid agit Eurippus uiridis & gemmeus? quid subiectus & seruiens lacus? Quid illa mollis: & tam frigida gestatio? Idem ad Appollinarem. Ambit hunc ambitio præssis uarieq; tõsis uiridibus: inclusa ab iis gestatio in modum circi: quæ buxum multiformem huiusmodi: & recentes manu arbusculas circuit. Sydonius de gestatiõe sic meminit. Prædiorum iis iura cõtermina domicilia uicina: qbus interiecta gestatio lassat peditẽ: nec sufficit equitaturo. Gestatio item alia significatione accipit̃ pro portatione. s. Seneca ĩ. ii. li. epistolarum. Gestatio & corpus concutit: & studio non officit: possis legere: possis dictare: possis loqui: possis audire: quorum nihil nec ambulatio uetat fieri &c. ¶ An ne serenum expectet: luxuriæ romanæ per ironiam insultat: debet ne inqt spectare donec serenat: quo minus gestet̃. ¶ Hic potius. s. gestetur in porticu. ¶ Parte alia: magnificentiã pariter: & luxuriã urbis ostẽdit: ubi porticus colũnis marmoreis: & iis numidicis exædificabãtur. M. Lepidus Catuli in consulatu collega primus omniũ: ut scribit Plini. lib. xxxvi. Limina ex numidico marmore in domo posuit magna reprehensione: id autẽ erat uariatũ maculis purpureis: unde statius ĩ syluis. Sola nitet flauis nomadũ decisa metallis. Purpura. ¶ Surgat: fugere uideas. ¶ Cœnatio: locus ubi cœnabant: quod triclinium græci appellãt. Pli. Iunior. Iũctaq; ei quotidiana: amicorumq; cœnatio: hoc est locus ubi cœnabant. Idem etiam cœnaculum dicebatur: sed postq̃ (ut scribit Varro) in superiore parte domus cœnitare cœperunt: superioris domus uniuersa cœnacula sunt appellata: unde in sequentibus. Rarus uenit in cœnacula miles. ¶ Solem algentem: hoc est: ut habeat lumen ab sole hiberno: ita ut possit eam hiberni solis totus propemodum cursus hilarare. Nam antiqui pro temporum & regionum qualitate ædificia: ut docent & Victruuius: Palladius: & Columel. erigebant: ut fenestræ æstiuo tempore ad septentrionem uergerent: soleq; auersarentur: hiberno uero solem raperent: unde Plinius iunior ita scribit de domo sua nouocomensi. Incipit porticus ante medium diem hiberna ĩclinato die æstiua: hac adeuntur diætæ duæ: quarum in altera cubicula quatuor: altera tria: ut circuit sol: aut sole utuntur: aut umbra. De positione ædificii sic Columella in. i. Vrbana rursus in hibernacula: & æstiua sic digeratur: ut spectent hiemalis temporis cubicula brumalem oriẽtem: cœnationes æquinoctialem occidentem. Rursus æstiua cubilia spectent meridiem æquinoctialem: sed cœnationes eiusdem temporis prospectent hibernum orientem. ¶ Quanticunq; domus: subaudi cõstabit: hoc est magno: quasi dicat in ædificiis extruendis: parandisq; coquis: & epulis grandem pecuniæ summam non uerebuntur impendere: sed magistris qualis fuit Quintilianus exiguam sane mercedem dabunt. Nam (ut scribit Plinius lib. ix.) coqui triumphorum præciis parabantur: & coquorum pisces: nullusque prope iam mortalis æstimabatur pluris q̃ qui peritissime censum domini mergeret: coquos autem in seruitiis habebant: quum antea eos ex macello: ut docet Plini. conducere consueuissent. Liuius de bello macedo. Tum coquus uilissimũ antiquus mancipium: & æstimatione: & usu in p̃cio esse cœpit: & quod ministerium fuerat: ars haberi cœpta. ¶ Pulmẽtaria: græci uocant obsonia: q̃ nos plumentaria a pulte (ut scrib. Pli.) denominata: q̃ uice panis multis annis usi fuere romani. ¶ Hos iter sumptus. i. inter tales sumptus. ¶ Vt multũ: ut magnũ præcium. Vnde igit̃ tot uerba poetã interrogantis. Si romani inquit tam parci sunt erga præceptores: unde igitur Quinti. est tam locupletatus. Nam romæ. xxiii. annis rhetoricem professus est: ut ipse tradidit: primusq; mercedem publicã meruit. Ex hispania a Galba autore Eusebio ductus est: a Mart. Laudatur hoc epigrammate. Quintiliane uagæ moderator summe iuuentæ. Gloria romanæ Quintiliane togæ &c. ¶ Saltus: tantum soli: unde Saltuarii: quos nunc camparios uocant. ¶ Exempla transi: uerba sunt poetæ respondentis Quintilia. esse prætereundũ: tanq̃ unicum fœlicitatis exemplũ: ac si dicat nullum alium inuentum: qui ex liberalibus studiis sit locupletatus. ¶ Nouorum fatorum: nouæ fœlicitatis quã ipsa fata tribuere Quintiliano: ut esset diues. ¶ Fœlix: beneficio inquit fortunæ factum est: ut in Quintiliano omnia agnoscerentur: quæ in fortunato homine conueniũt esse. ¶ Fœlix: quasi cui fortuna aspirauerit: quod ter est repetitum: ut latẽter innuat tantam fœlicitatem nõ tã doctrinæ q̃ fortunæ beneficio esse assequutum: unde sequitur. Si fortuna uolet. ¶ Pulcher: iocundus aspectu. ¶ Acer: ad dicendum. ¶ Sapiens: erudione multa. ¶ Generosus: est qui magni & longi est generis. ¶ Subtexit lunam: nobiles romani lunatis calceis utebantur. Martia. li. ii. Lunata nusq̃ pellis & nusq̃ toga. Statius in syluis ad Crispinum. Primaq; patricia clausit uestigia luna. Cuius rationem Plutar. in problematis longa disputatione ostẽdit. Quid est qd' qui nobilitate p̃stare uident̃ lunulas in calceis ferũt: an ut dicit castor signum ẽ eius q̃ in luna esse dicitur habitationis: & q; post mortem animæ rursus lunam sub pedibus habebant: an q; arcades qui cum Euandro in italiam: uenerunt proselenes appellati: hoc est antelunares eo calcei genere uterentur: omitto reliqua quæ apud Plutarchus legi possunt: alii tradunt romanos calceis lunatis esse usos: instituente id numa Põpilio: q calceis senatorũ. c. litterã q̃ centũ significat ĩscribi iussit: ut p eã sese e numero centũ patrum admonerent̃: hanc postea a figuræ similitudine lunæ effigiem esse dixere: & ob id lunatos calceos appellatos.

Cœnatio

Pulmẽtaria obsonia

Lunati calcei

Appositam nigræ lunã subtexit alutæ
Fœlix: orator quoq; maximus: & iaculator.
Et si perfrixit: cantat bene: distat enim quæ
Sydera te excipiant modo primos incipiẽtem
Edere uagitus: & adhuc a matre rubentem.
Si fortuna uolet: fies de rhetore consul.
Si uolet hæc eadem: fies de consule rhetor.
Ventidius qd enim? quid tullius? an ne aliud q̃
Sydus: & occulti miranda potentia fati?
Seruis regna dabunt: captiuis fata triumphos
Fœlix ille tamẽ: coruo quoq; rarior albo.
Pœnituit multos uanæ: sterilisq; cathedræ:
Sicut thrasymachi probat exitus: atq; secundi
Carinatis: & hunc inopem uidistis athenæ.

¶ Nigræ alutæ: nigros fuisse calceos ex eo carmine Oratii datur intelligi in satyris. Nam ut quisq; insanus nigris medium impedit crus pellibus. ¶ Alutæ. i. calceo: appellatione alutæ intelligimus omnem pellem tenuẽ & mollem. ¶ Orator: dicendi peritus. ¶ Iaculator: qui argumentis suis tanq̃ telis aduersariũ urgeat. ¶ Et si p̃frixit: cãtat bene. Adeo inquit fortuna Quintiliano aspirauit: ut etsi raucus esset nimio frigore: tamẽ bene canere diceretur. ¶ Perfrixit: præteritum est a perfrigio: illum autem diximus perfrixisse: qui nimio frigore sit factus raucus. Martia. libro. iii. Perfrixisse tuas quæsta est præfatio fauces. ¶ Distat: differt. ¶ Quæ sydera te excipiant. i. qui syderum aspectus in ortu tibi affulserit. Creditum enim est ex astrorum motu futura cognosci: & nascentibus hominibus maliciam: uel bonitatem: fœlicitatem: uel infœlicitatem portendi: unde Mathematici horam partus. i. horoscopũ maxime obseruant. Suetonius in Augusto. Vulgata res est. P. Nigidium comparata moræ causa: ut horam quoq; partus acceperit affirmasse dominũ terrarum orbi natum. Iouis autem & ueneris sydera benigna sunt nascentibus & salutaria. Ouidius. Natus es infœlix (ita dii uoluere) nec ulla. Commoda nascenti stella leuis ue fuit. Non uenus affulsit: non ulla Iuppiter hora. Contra stella Saturni malefica est: quibus in ortu irradiauerit: alibi Iuue. Hæc tamen ignorat quid sydus triste minetur. Saturni. Proper. Et graue saturni sydus ĩ omne caput. ¶ Primos uagitus: primos ploratus: est enim uagitus p̃prie puerorum infantium. Ouid. in epistola Canaces ad Machareum. Vagitus dedit ille miser sensisse putares. ¶ Rubentem: ob partũ recentẽ. ¶ Si fortuna uolet. Quintilianum (ut diximus) latenter innuit fortunæ magis q̃ doctrinæ beneficio eo diuitiarum peruenisse. Est ergo sensus: beneficio fortunæ fieri posse: ut ex infima conditione aliquis ad supræmos honores prouehatur: unde est illud Tranquilli de rhetoribus. Magna inquit professorum: atq; doctorum p̃fluxit copia: adeoq; floruit: ut nonnulli ex infima fortuna in ordinem senatorium: atq; ad summos honores processerint: uideturq; hoc dixisse propter Quintilia. quem Ausonius ad consulatum prouectum fuisse ostendit his uerbis. Quintilia. consularia per clementem ornamenta sortitus. ¶ De cõsule rhetor. Id accidit Valerio Liciniano: de quo Plinius in epistola ad Corneliũ Minutianum ita scribit. Audistine Valerium Licianum in sicila profiteri? nondum te puto audiuisse. Est. n. recens nuncius. Prætorius hic modo inter eloquentissimos causarum actores habebatur: nunc eo decidit: ut exul de senatore. Rhetor de oratore fieret: itaq; ipse in præfatione dixit dolenter & grauiter. Quos tibi fortuna ludos facis. Facis enim ex professoribus senatores: ex senatoribus professores. ¶ Ventidius: quid enim probat exemplo uentidii Bassi: & Seruii tullii fortunam magnam habere potestatem in homines. Est autem ordo: & sensus. Ventidius quid fuit aliud q̃ sydus. i. qua alia re prouectus est ad consulatum q̃ syderum beneficio? Nam Ventidius picens fuit genere: & loco humili: quem puerum cum matre captum Pompeius Strabo Magni Pompeii pater Asculo subacto inter cæteros ante curum suum triumphans sinu matris iacentem uexit: postea quum adoleuisset: uictum sibi quæsiuit comparandis mulis & uehiculis: quæ magistratibus p̃beret: qui sortiti prouincias forent: unde in amicitiam Cæsaris peruenit: mox tribunus plæbis: ac deinde p̃tor creatus: atq; in eo tempore iudicatus est a senatu hostis cum. M. Antonio post uero coniunctis partibus: non pristinam tantum dignitatem recuperauit: sed pontificatum: ac deinde consulatum quoq; adeptus est. Quam rem adeo intoleranter tulit populus Roma. ut uulgo per uias urbis uersiculi perscriberentur. Concurrite omnes augures: aruspices portentum inusitatum conflatum est recens. Nam mulos qui fricabat consul factus est. Idem autore Plutarcho in uita. M. Antonii orientalibus prouinciis præpositus a. M. Antonio parthos in syriam rumpentes tribus præliis fudit: primusq; de parthis triumphauit: & morte obita publico funere sepultus est. ¶ Tullius: nõ de Cicerone: sed de Seruio Tullio intelligit: qui ex serua natus in domo Tarquinii Prisci Tanaquilis astutia regnum post interfectum Tarquinium obtinuit. ¶ Seruis: ut seruio Tullio. ¶ Captiuis: ut uenditio. ¶ Fati occulti: non intellecti a nobis. ¶ Fœlix ille tamen: cui hoc acciderit: ut ex seruo fiat rex: & ex captiuo consul: & triumphator. ¶ Pœnituit: exemplo Trasymachi: & secundi Carinatis rethorum ostendit infœlicia esse litteratorum studia: quando eorum laboribus iusta prœmia non reddantur: uterq; enim coactus est: quum fructum ex studiis non caperent relinquere artem docendi. Trasymachus autem fuit Carthaginensis inter Sophistas numeratus a Philostrato: qui quum rhetoticen cœpisset profiteri: destitit ob exiguam mercedem. Conqueritur: & Martia. studia liberalia penitus negligi. At circum pulpita nostra. Et steriles cathedras basia sola crepant. ¶ Et hunc: scilicet Secundum sicuti uisus fuit: & Trasymachus Carthaginensis inops. De Secundo Carinate Tacitus libro. xv. scribit sic. Secundum Carinatem græca doctrina oretenus exercitium quodq; animum non bonis artibus imbuerat. Dion uero scribit Caligulam adeo inuidum: & suspitiosum ad omnia: ut secundum Carinatem rhetora in exilium egerit: q; aliquãdo orationem quandam per exercitationem in tyrannos dixisset.

Aluta

Perfrigere

Ventidius

¶Nil præter cicutas gelidas. Damnat athenienses auaritiæ pariter: & insipientiæ: qui debitis non afficerent præmiis: & honoribus uiros bonos: & litteratos: innuens ab eis Socratem etiam tantum philosophum: qui omni honore honestandus erat: sublatum ueneno circutæ. Est autem cicuta: ut docet Pli. publica atheniensium pœna inuisa. Semini & foliis refrigeratoria uis: ut epota statim perimat hominem. ¶Dii maiorum umbris: optat manibus maiorum perpetuam tranquillitatem: qui præceptores non minus quam parentes coluerint. ¶Dii: scilicet date. ¶Tenuem terram. Sic Martia. Sit tibi terra leuis: mollique tegaris harena. Tibullus contra. O tu qui uenerem docuisti uendere primus. Quisquis es infœlix urgeat ossa lapis. ¶Et in urna perpetuum uer: perpetuos: flores: nam intra herbas odoratas condebantur. ¶Loco parentis: qui summa pietate præceptores uenerati sunt. Seneca ad Lucili. Quam uenerationem præceptoribus meis debeo: eandem præceptoribus humani generis: a quibus tanti boni initia fluxerūt. ¶Metuens uirgæ. Exemplo: Achillis ostendit præceptores esse miro honore colendos: qui quum in pelio monte thessaliæ educaretur sub disciplina Chironicis centauri sūmo in honore eum semper habuit: & timuit. Vnde Ouidius in arte amandi. Creditur annosum pertimuisse senem. Quas hector sensurus erat poscente magistro. Verberibus iussas præbuit ille manus: a quo & medendi: & canendi artē didicit. De hoc plūra ante. Recubās sub eodem marmore Chirō. ¶Cātabat: scilicet Achilles laudes magistri. ¶Montibus patriis. i. thessalicis: unde fuit Peleus Achilis pater. Et cui non tunc erat inquit Chiron eiusmodi: ut facile de se risum spectantibus posset mouere: tanquā caudatus magister. ¶Cytharedi. Chironis: qui ut dixi docuit Achillem & musicē: & medicinam: de eo nōnulla Higinus. Hic herbam inuenit: quæ Chironeum appellatur: sed & aliam: quæ Centaurion omnium morborum remedium promittentem: de hoc plura in cōmentariis Achilleidos. ¶Sed ruffum: nunc aūt inquit tam lōge abest: ut pceptores colantur: ut multi etiā a discipulis uerberent. ¶Ruffum: qui totiens: habet Emphasim. q. d. qui contemnendus non erat: utpote rhetor optimus: qui etiā Ciceronē eloquentiæ cuiusdā gallicæ diceret. Nam & alii extitere: qui Ciceronem: ut superfluum notauerint. Brutus (ut autor est Tacitus in libro de claris oratoribus) eum elumbem & fractum nominauit. Rursus idem autor est Ciceronem a Caluo male audiuisse: tanquam solutum & eneruem: unde sic scribit Seneca in declamationibus. Caluus: qui diu cum Cicerone iniquissimam litem de eloquentiæ principatu habuit &c. ¶Allobroga. i. gallum & barbarum: nam Allobroges populi sunt galliæ: quorum Vienna ciuitas est metropolis: autor est Stra. lib. iiii. ¶Doctique palæmonis: hic est ille Rhemnius Palæmon uincentinus grāmaticus: qui ut scribit Tranquillus de claris grāmaticis: tanta fuit superbia: ut diceret litteras secum natas: & secū morituras. Marcum Varro. porcum lrarum appellabat: iactabatque nomen suum in Buccolicis nō temere positum præsagiente Virgilio: fore quandoque omnium poetarum ac poematum iudicem: qui quandoque interrogatus quid inter Stillam & guttam interesset: gutta inquit stat & stilla cadit: autor est Eusebius. Eius meminit & Pli. li. xxiiii. ca. iiii. ¶Et tamē ex hoc: licet inqt id modicū sit: quod dat grāmatico tamē ex eo ipse pædagogus aliquid sibi itercipiat: & est ordo: & tn̄ acœnitus ipse custos discipuli pmordet ex hoc quodcūque est: reliqua p parenthesim legunt. ¶Acœnitus nomē: uidet eē fictū: q ppria nimiū spectet utilitatē ab α qd' est sine & κοινοτης cōitas. ¶Custos: discipuli pædagogus. ¶Frāget sibi: ex solida mercede magistri aliqd sibi pcidet. ¶Cædæ palæmō: uerba sunt Iuue. quadā cū miseratiōe subsanātis defraudantiū auaritiā: ut sit cede palæmō de iure tuo: & patere æquo aio siqd tibi itercipit. Nō aliter: q patit sibi detrahi institor uilis supellectilis: ut accipias tegetis pro tegumēto lecti ad arcendum frigus hibernū: nā istitor autore Vlpiano appellatur ex eo: q negocio gerendo instat nec multum facit tabernæ sit præpositus: an cuilibet alii negociationi: nam quicunque ad emendum uendendūue pponitur istitor appellatur: eos etiam dicendos placuit institores: quibus uestiarii: uel liteatri dant uestem circunferēdam: & distrahendā: quos uulgo circitores appellamus: stabularii quoque institorum loco habendi sunt: sed & si tabernarius seruum suum peregre mitteret ad merces comparandas & sibi mittendas loco institoris habendum scri. Labeo hinc institoriæ operæ dicunt. Tranquil. in Nerone: parabantur insignes ganeæ: & matronarum institorias operas imitantium. Ouidius. Institor ad dominam ueniat discinctus emacem. ¶Cadurci: utrum stragulo: an tegumento lecti. Solent enim lecti supne ueluti tētoriis coopiri uelis eiusmodi candidis: supra. Violato pœna cadurco. i. lecto: q aut stragulo niueo sternit: aut supne: ut dixi: uelis cādidis itegit. ¶Dūmō ne peat: uerba Iuue. deridentis tam extremam hominum auariciam. i. dūmodo non pereat labor tuus docēdi post mediam noctē: quo tpe multæ tibi olfaciendæ sunt lucernæ: quod pro maximo fastidio intelligit. ¶Ab hora: post horā. Pli. in. vii. A conceptu decimo die dolores capitis. i. post cōceptū: de qua pticula plura disseruimus i. i. sa. illic Exul ab octaua Mari⁹ bibit.

Allobroges

Vienna

Institor

stabularius

Nil præter gelidas ausæ conferre cicutas.
Dii maiorum umbris: tenuē & sine podere terrā.
Spirantesque crocos: & in urna perpetuum uer.
Qui præceptorem sancti uoluere parentis
Esse loco: metuens uirgæ iam grandis achilles
Cantabat patriis in montibus: & cui non tunc
Eliceret risum citharedi cauda magistri.
Sed ruffum: atque alios cædit sua quæque iuuentus
Ruffum qui toties ciceronē allobroga dixit.
Quis gremio enceladi: doctique palæmonis affert.
Quantum gramaticus meruit labor: & tamen ex hoc
Quodcunque est (minus est aut q rhetoris æra)
Discipuli custos præmordet acœnitus ipse.
Et qui dispensat: frangit sibi: cœde palæmon.
Et patere inde aliquid decrescere: nō aliter: quā
Institor hibernæ tegetis: niueique cadurci.

nō pepat q2 quū pr nō soluit pluri coguntur magistri proclamar ad tribunos

¶Mediæ noctis: eo. n. tempore pueri ludum lrarium petebant. Ma. li. ix. Quod tibi nobiscū est ludi scelerate magister. Infœlix pueris uirginibusque caput. Nōdum cristati rupere silentia galli. Murmure quū seuo uerberibusque tonas. Flaccus Ora. bene aūt Ora. & Virgi. noiauit: nā grāmaticorum ppriū est poetas interptari. ¶Decolor: q nimia attrectatione & fumo lucernarum colorē amittit. ¶Fuligo: nigricies ea dr̄ qua puenit ex fumo: dcā fuligo qsi fumigo: lucernarum fuligo a Pli. dr̄. ¶Rara. t. m. licet inqt aliqua tibi merces det: eam tamē non habebis: nisi per litem & strepitū forensem. ¶Cognitiōe tribuni: iudicis: nam p tribuno unūquemque iudicē intelligit. ¶Sed. u. s. Cū indignatiōe & quadā miseratiōe hæc dicit in magros: q multis laboribus & incōmodis onerantur: ex quo inquit ipsi nō possunt his tot incōmodis deterreri: quo minus uros filios doceāt: uos eis asperas leges imponite. Regula uerborum: ut itelligat regulā oīum uerborum: quē casum unūquodque uerbū regat: qd' inter rudiméta grāmatices mimū est. ¶Dū. p. Thermas loca calida ad hoc parata: ut sudor e toto corpore eliceretur: θερμον. n. significat calidū. ¶Nutricē. a. sæpe enim eiusmodi qstiōes obscuræ exigebant a grāmaticis: unde & Tyberius (autore tranquillo) solitus est fatigare grāmaticos quærendo: quæ fuerit mater Hecubæ: qd Achilli nomē: quū inter filias lycomedis latuit habitu muliebri. ¶Nouercæ Anchemoli. De nouerca anchemoli Virgi. hæc cecinit. Hinc Stelenū petit: & rheti de gente uetustæ Anchemolum thalamos ausum incestare nouercæ. Scri. Seruius. Rhetum marubiorum regem fuisse in Italia: qui Anchemolo filio casperiam superduxit nouercā: quā priuignus stuprauit: quo cognito quum pater eum persequeretur: & ad pœnā uocaret: fugiens ille ad Turnum se contulit. Anchemoli: siue Anchemori cuiusdā ab hipsipyle educati: mox serpentis morsu necati meminit Sta. in thebaide. ¶Acestes: Crimnisii siculi fluuii filius fuit ex Segesta troiana. Vir. Troia. Crimnisio cōceptum flumie mater. Quem genuit: hic in sicilia impium tenens æneæ: multos cados uini dono dedit. Virg. Vina bonus: quæ deinde cadis onerarat acestes. ¶Pollice: tāq digito: sumptū est aūt de Persio. Et præmitur rōne animus uincique laborat. Artificemque tuo ducit sub police uultum. ¶Ne faciant uicibus: rem pudendam uerbis honestis expræssit. i. ne iter se uicibus coeant. In fine: perpetratæ ueneris: in qua oculi ad angulos torquæri solent. Virgi. Nouimus & qui te transuersa tuentibus hircis. ¶Hæc inquit curas: hæc sunt inquit pater: quæ tibi curanda sunt o magister. ¶Et quum se uerterit annus: ego hunc locum simpliciter accipiendum arbitror. i. cum annus cursum suum perfecerit: nam proprium anni est in seipsum reuerti. Papinius in syluis. Versumque domus sibi temperat annū. Tranql. in Caligula. Vicies: ac septies milies sestertium nō toto uertente anno absumpsit. Virg. Atque in se sua per uestigia uoluitur annus. Ora. Inuersum annū appellauit ppetuo (ut est autor Porphyrio) epitheto: quia in se semp uertitur. Vt sit sensus. Difficilia qdem sunt: quæ tibi o magister imponuntur a parentibus discentium. Sed finito anno pmium tuum per meritum non accipies: nisi per litem: & quod populus. i. ipse tribunus magistratus populi iusserit tibi uictori dari: ut sic referas ad illud. Rara tamē merces: quæ cognitione tribuni. Non egeat. Legendum hoc est risu satyrico in contemptum auariciæ sui temporis: uerba. n. sunt Iuue. dicentis post labores tuos finito anno accipe mercedem: quam tibi daturus nō est: nisi per litem. Non tamen ignoro tradi a Macro. lib. ii. in somnium Scipionis. Vertentem annum appellari posse: quum astra cuncta ad eandem metam redierint: unde semper profecta sunt: & paulopost inquit. Annus uero: qui mondanus uocatur: qui uere uertens est: quia conuersione plenæ uniuersitatis efficitur largissimis seculis explicatur. Et in primo Satur. annum solis uertentem nominat. Sed ut diximus simplici sensu hic locus est accipiendus.

Fuligo

therma

Dūmodo nō pereat: mediæ qd' noctis ab hora
Sedisti: qua nemo faber: qua nemo sedebat
Qui docet obliquo lanā deducere ferro.
Dūmodo nō pereat: totidē olfecisse lucernas
Quot stabant pueri: quū totus decolor esset
Flaccus: & hæreret nigro fuligo maroni.
Rara tamē merces: quæ cognitione tribuni
Non egeat: sed uos sæuas imponite leges.
Vt præceptori uerborum regula constet.
Vt legat historias: auctores nouerit omnes
Tanquam ungues: digitosque suos: ut forte rogatus
Dū petit: aut thermas: aut phœbi balnea: dicat
Nutricē anchisæ: nomen: patriamque nouercæ
Anchemoli: dicat quot acestes uixerit annos.
Quot siculus phrygibus uini doauerit urnas.
Exigite: ut mores teneros ceu pollice ducat.
Vt siquis cæra uultum facit: exigite: ut sit
Et pater ipsius cœtus: ne turpia ludant.
Ne faciant uicibus: non est leue tot puerorum
Obseruare manus: oculosque in fine trementes
Hæc inquit cures: & cum se uerterit annus
Accipe: uictori populus quod postulat aurū.

Argumẽtũ
De falsa opinione natalium et uera nobilitate

STemmata quid. Hac Saty. eos insectatur: qui aut maiorum gloria: aut falsis fortunæ bonis efferunt existimantes uerã inde hoĩs nobilitatem pendere docẽs eã hereditariam non esse: nec a parentibus testamẽto relinq: sed unũ quẽq; uirtutum meritis fieri nobilem: unde illud est Senecæ ad Luci. platonem nõ accepit nobilẽ phia: sed fecit. Hincq; nactus occasionem monet Põticum ad quẽ scri. satyram multos extitisse: q humili loco nati ad sũmam dignitatẽ consurrexerunt: seq; uirtutis splẽdore claros nobilesq; fecerũt: cõtra nõnullos: qui ex claris parẽtibus orti in aliqd' dedecus reuoluti sunt lucem: quã a maioribus suis accepant: ĩ tenebras cõuertisse: ut sic demũ ostẽdat uerã nobilitatẽ ex uirtute pẽdere.



Iunii Iuuenalis Aquinatis Satyra Octaua.

STemmata quid faciunt? qd prodest potice longo
Sanguine censeri? pictosq; ostendere uultus
Maiorum? & stantes in curribus æmilianos?
Et curios iam dimidios? nasumq; minorem
Coruini? & galbam auriculis? nasoq; carentem?
Qui fructus generis tabula iactare capaci

Stemata genealogie uel pendentia spolia ex hostibus

Stẽma Stẽmata. In atriis Romani imagines maiorum cæreas habebãt singulis armariis dispositas: ut eẽnt imagines q cõitarẽtur gẽtilicia funera: sẽpq; defũcto aliquo totus aderat familiæ ei⁹: q unq̃ fuerat populus. Stẽmata igit (ut scri. Pli.) lineis discurrebat ad imagĩes pictas: talẽ igit imaginũ ordinẽ antiqui Stẽma noĩauerunt. Trãql. in Nerone: obiectũ ẽ Cassio lõgino: q ĩ uetere gẽtili stẽmate. C. Cassii pcussoris cæsaris imagĩes retinuisset. Idẽ in galba. Impator uero ẽt Stẽma in atrio pposuerit: quo paternã originẽ ad iouẽ: maternã ad pasiphẽ miois uxorẽ referret. Mar. Atria pisonũ stabãt cũ stẽmate toto. Et docti Senecæ ter ueneranda domus. Spartianus in uita Cõmodi. Is. n. liber debet oĩa: q ad Stẽmata generis cõtinere. Lãpridius in Alexãdro Seuero. Et stẽma generis depinxerat quo: ostẽdebat genus eius a Metellis descẽdere. Sene. in tertio de beneficiis. Qui imagĩes in atrio exponunt: & noĩa familiæ suæ lõgo ordine: ac multis illigata flexuris in pte prima ædiũ collocant: nõ noti magis q̃ nobiles sunt: q Stẽmata p statuis accipereñt non pbo. Nã quũ Tranql. scribat in ueteri Stẽmate imagines retinuisse. Idẽ esset: ac si diceret: statuã in statua retinuisse (Sed ut dixi) p ordine illo nobilitatis: q designabat p eas statuas in atriis dispositas in armariis: & illigatas multis lineis. De qbus & paulus iuriscõsultus de gradibus sic scri. Stẽmata cognitionũ directo limite ĩ duas lineas separant: quarum altera supior: altera iferior. Ex supiore autẽ uero & secũdo gradu trãsuersæ lineæ pẽdent. Stẽmata itẽ a scriptoribus frequẽtissime p generositate usurpat. Mar. Argẽti furiosa sui quũ stẽmata narrat. Papi. ĩ syluis. Expectat equus: cuius de stẽmate lõgo. Fœlix demeritos habet admissura parẽtes. Persius. Stẽmate q tusco ramum millesime ducis. Ait ergo poeta: stẽmata nõ ea eẽ: q nobilitatẽ hoĩ parẽt. Longo san. longo maiorum genere: ut ostẽdat ex genere maiorum ueram nobilitatẽ non pẽdere. Ouid. Nam genus: & pauos: & q nõ fecimus ipsi. Vix ea nr̃a puto. Pictos uultus. Nam imagines pictæ erãt: ut dictum est. Stẽmata discurrebãt lineis ad imagines pictas. Aemilianos stantes in curribus. i. statuas triũphales Aemilianorum. Nam paulus Aemilius filius eius: q apd cãnas trucidat⁹ ẽ de liguribus & Persa rege macedonũ triũphauit. Ex quo natus ẽ filius: quẽ Scipiõi filio aphricani supioris tradidit in adoptionẽ: q æmilianus ẽ cognoiatus: is fuit q carthaginẽ deleuit. Numãtiam in hispania uicit: unde & aphricani iferioris: & Numãtini cognomẽ reportauit. Et curios. M. Curiũ abstinẽtissimũ fuisse illud declarat: q quũ samnitũ legati (ut scribũt Vale. Plu. & Liuius) ad eũ in scãno sedentẽ magnũ auri põdus attulissent publice missũ: inuitaretq;: ut id accipet: rñdit: se malle locupletib⁹ impare q̃ locupletẽ fieri: & q acie uĩci nõ potuit: eũ pecunia corrũpi nõ posse. Dimidios: uetustate exesos: & mutilatos. Coruini: coruiorum familia fuit antiqssima: q a coruo ppugnatore Valerii aduersus ferocẽ Gallũ accepit cognomẽ: ex ea familia fuit Messala coruin⁹ orator: qui primus pfectus urbis sexto die magistratu se abdicauit non ciuilem potestatẽ esse cõtestans. Eum inter oratores laudat sic Quintilia. in. x. At Messala nitidus: & candidus: & quodam mõ præ se ferens in dicẽdo nobilitatem suã uiribus mĩor. Galbã: sulpitiorum familiã antiqssimam docet Trãql. in Galba. Qui aũt primus cognomen Galbe tulerit: cur: aut unde traxerit: ambigit. Familiã illustrauit Sergius Galba consularis: & eloquentissimus: quẽ tradũt Hispaniã ex ptura obtinentẽ. xxx. lusitanorum milibus pfidia trucidatis Variatini belli causam extitisse. Quis fructus generis: subaudi ẽ. i. qd pdest ad nobilitatẽ: quæ hoc mõ nõ parat. Iactare: ostẽtare. Tabula capaci: amplo armario: erãt eni (ut diximus) imagines cæreæ in armariis. Magistros fumosos. idest imagines fumosas: & ueteres suorum maiorum: q fuerint magistri equitũ: quæ dignitas in populo Romano fuit amplissima. Nã dictatoribus semp iũgebant eo mõ: quo regibus tribuni celerum. i. equitũ. nec nunq̃ dictatores: crebant: nisi ingruẽte maxima necessitate. Tũc cæteri magistratus in urbe cessabãt ab iis ius puocandi nõ erat: quibus & capitis animaduersio data est. Et quia hic magistratus maxime esset ptãtis: non erat fas ultra sex menses retineri. Quũ ergo dictator sine magistro equiũ nõ crearet: bene dixit cũ dictatore magros: dictus est a dicendo dictator: q a cõsule diceret. Tranquil. in Tyberio. Quũ dictatorẽ dicere a senatu iuberet.

in curribus / in curru triumphali / in triumphali quadriga

Dictator Magr̃ equitũ

Fumosos equitum cum dictatore magistros?
Sic coram lepidis male uiuitur? effigies quo
Tot bellatorum: si luditur alea pernox?
Ante numantinos: si dormire incipis ortu
Luciferi: quo signa duces: & castra mouebant?
Cur allobrogicis: & magna gaudeat ara
Natus in herculeo fabius lare? si cupidus: si
Vanus & euganea quãtumuis mollior agna?

Fumosos: autem legendum esse: non famosos illud me monet Ciceronis in pisonem. Obrepsisti ad honores errore hominum commendatione fumosarum imaginum: quarum simile habes nihil: præter colorẽ. Seneca ad Luciliũ non facit nobilẽ Atriũ plenũ fumosis imaginibus. Boe. in pricipio operis loquẽs de quibusdam uestibus ait. Quarum speciẽ sicut fumosas solet imagines caligo quædã obduxerat. Nam in atriis ignis fiebat: unde & Diuus Lucas in diuinis scripturis ait. Petrus uero seqbatur eũ a lõge. Accenso aũt igne in medio atrii: & circũsedentibus illis: erat Petrus in medio illorum. Non ignoro famosum capi. etiã in laudẽ: de quo illic. Famosaq; mœnia lagi. Coram lepidis. i. clarissimis imaginibus maiorum tuorum: qualis fuit Aemilius lepidus: qui bis cõsul fuit: põtifex maximus: & cẽsor: de quo plura in. vi. satyra. Effigies quo tot bellatorũ: qd necesse est inqt iactare & ostentare effigies tot bellatorum: si tota nocte in alea uersaris ante numantinos. i. ante imagĩes tuorum maiorum: qualis fuit Scipio numantinus. Nã Scipio Aemlianus Macedonici filius: ut a deleta Carthagine cognominatus ẽ Aphricanus. Sic & a Numãtia deuicta numãtinus: quæ ciuitas in hispania olim memoratissima: quãuis sine muris: & turribus populi Ro. p multos annos bella sustinuit: demũq; lõga obsidiõe: & fame uicta: seipsam ferro: ueneno: & igne subiecto absũpsit. Deletæ Numãtiæ solũ titulũ in triũphũ tulit Scipio: nullo numãtino inuẽto: q cathenatus in triũphũ duceret. Cuius cognominis meminit & Propertius. Vera numãtinos regna loquunt auos. Et Apule. in. i. limine scdæ apologiæ. At hoc ego Aemiliano: nõ huic aphro: sed illi aphricano: & Numãtino: & pterea cẽsorio uix credidissem. Et ita dictũ ante numãtinos. i. añ statuas numãtinorum: sicut & ifra. Statuãq; parẽtis: ante Triũphalẽ. Effigies quo. i. cur: ad qd. Virg. Quo molẽ hanc immanis eq statuere. Pernox alea: ita dictũ: ut illud uigiles fenæstræ: nã qd hoĩs est: rei applicuit. Pernox eni appellat: qd p noctẽ uigilat. Luciferi ortu. i. ipo autore ortu. i. si tota nocte ĩ alea uersatus: qeti tãdem te ad aurorã tradis: quo tpe maiores illi tui clarissimi impatores ĩ expeditionẽ exercitũ ducebãt. Nã & C. Sul. dictator: ut docet Liuius li. vii. primæ decadis: ubi illuxit in radicibus mõtium extẽdere aciẽ cœpit aduersus gallos. Ortu lu. Lucifer stella est: q quũ ante solẽ currit: & orit añ lucẽ: lucifer appellat: eadẽ: quũ solẽ sequat post occasũ eius apparẽs in cœlo: clarissimeq; lucẽs Vesperugo: siue uesp uocitat: lege Victru. li. ix. & Pli. li. ii. ca. viii. Cur allo. Sensus est: cur inqt Fabi⁹ maiorum gloria efferat eorũq; titulos sibi ascifcat: si auaritia & libidine flagrat: ut oñdat nobilitatẽ nõ pẽdere ex gñe: neq; ex gloria maiorum hoc dicit pp. Q. Fabiũ maximũ filiũ. Q. Fabii maximi allobrogis ciuis: & ĩpatoris clarissimi: q uitã luxu pditã egit: & maioribus ĩdignã: adeo ut Põpeius ptor urbanus pr̃nis bonis ĩterdixerit: lege Valeriũ li. iii. ca. v. Per hũc aũt ĩtelligit oẽs: q moribus neq̃ maioribus suis siles: eorum tm̃ gloria efferũt. Allobrogicis: cognomie maiorum: qd familiæ pepit. Is fabius: q apud flumẽ Isarã aduersus allobroges & Bituitũ Aruẽnorum regẽ fœliciter pugnauit. Ex bituiti exercitu cæsa milia hoium centũ uigiti. Bituitus Albe custodiẽdus datus est: quũ ad satisfaciendũ senatui romã pfectus eẽt. Allobroges ĩ deditionẽ accepti. Lege Liuiũ. Allobroges aũt populi sunt galliæ narbonẽsis: quorum metropolis ẽ Viẽna. Stra. li. iiii. Fabius na. ĩ lare herculeo: hoc dicit: qa gẽs Fabia originẽ duxit ab Hercule. Oui. ĩ fa. li. ii. Vt tũ. Herculeæ supeẽnt noĩa gẽtis. Credibile ẽ ipsos cõsuluisse deos. Idẽ in li. de põ. scribẽs ad Fabiũ maximũ sic ait. Cõueniẽs aio genus est tibi: nobile nãq;. Pectus: & herculeæ simplicitatis habes. Ferũt. n. autore Plu. ex una nympharum Fabiũ maximũ genitũ eẽ. Quidã uero herculẽ apd fluuiũ tyberĩ cũ muliere ĩdigena cõgressũ habuisse asserũt: & Fabiũ uirum optimũ: a quo Fabiorum familia romæ initiũ habuit genuisse: uiĩ ẽt tãq̃ deũ sibi ppinquũ: & familiarẽ ĩuocabãt Fabii: Plu. in eadẽ uita Fabii sic scribit. Vt aĩaduertit dissipatas romanorum copias: & undiq; ab hoste circũuentas: clamorq; fugientiũ ad aures eius puasit: pcusso femore: suspiriisq; ac gemitu oĩbus psentibus: ph Hercules inqt Citius qdem q̃ sperabam: tardius uero q̃ ipse maturabat Minutius seipsum perdidit. Fabius itẽ: ut scribit Plinius. Recepto Tarẽto ab hostibus signũ Herculis inde trãslatũ in capitolio dedicauit. Et magna gaudeat ara. Cur inqt sibi placeat Fabius: q sacra herculis ministret. Nã familia fabiorum sacra Herculis hereditaria habebat: q peculiari colebãt ueneratione originem eni: ut diximus: ducebat ab Hercule. Eã aram magnã dixit p maxiã: idq; rõne carminis: neq; enim maxima in sexto casu põt stare ĩ uersu. Eã aram Euãder Herculi dedicauit ĩ foro boario: unde Oui. ĩ fastis. Instituitq; tibi quæ maxima dicitur aram. De hac lege Liuium in prĩo limĩe primi lib. ab urbe condita. Et Ouid. ĩ primo fast. Dionysius de ea ita scribit. Est. n. foro boario pxĩa ueneratione apud ĩcolas ĩter cæteras præcipua. Solin⁹. Hercules ĩstituit aram: quæ maxima apud pontifices habetur: quum se ex Hicostrata Euandri matre: quæ a Vaticinio Carmẽtis dcã ẽ: ĩmortalẽ cõpisset. Si cu. si auarus sit: q turpissimũ hoĩ ẽ. Tale est illud Persii. Egregiũ quũ me uicinia dicat. Nõ credã? uiso si palles ĩprobe nũmo. Si facis ĩ penẽ: qcqd tibi uenit amarum. Si puteal multa caut⁹ ubice flagellas. Ne qcq̃ populo bibulas dõaueris aurex. Van⁹: stult⁹ ac si dicat modicæ prudẽtie: ut illd'. Sic libitũ uano q nos distixit Othoni aut uanũ: mẽdacẽ ĩtelligit: & neq̃: Terẽti⁹. Nõ ne pudet uanitatis: hoc ẽ mẽdacii. Verg. Necsi miserum fortũa sinonẽ. Fixit: uanũ ẽt: mẽdacẽq; ĩproba finget. Euganea: patauino ad oues aũt altinates respexit: quæ lanarum mollicie: autore Columella: cõmendabant. Mar. Velleribus primis apulia: parma secũdis. Nobilis Altinũ tertia laudat ouis. Sunt aũt Euganei Venetiæ populi. Sydonius Apollinaris mẽtionẽ faciẽs de Tito Liuio sic. Vel qcqd in æuũ. Mittũt euganeis patauina uolumina chartis. Martia. Laudãs Altini littora. li. quarto Epigrãmatũ sic inqt. Quæq; anthenoreo dryadũ pulcherrima fauno. Nupsit ad Euganeos sola puella lac⁹. Cæterum de Euganeis leges Pli. li. iii. ca. xx. & xxi. Mollior: delicatior & minime

Scipio numãtinus

Pernox

Lucifer

Allobroges

Vanus

aptus laboribus pellicis:ut ostendat corporis mollitiem haud quāq̄ uiris cōuenire.¶ Attritus lumbū. Sinecdoche. i.habens lumbum attritū:mollitiē sui temporis notat:quo multi sibi draucos appetebant cutem sibi polientes. Lumbum autem posuit pro podice: quem: ut teneri & ueluti mulieres uiderentur depilem: glabrumq; sibi reddebāt.¶ **Catana** Pumice catinensi.i.siculo.Nam catana ciuitas est siciliæ non longe a mōte ætna:qui **Pumex** perpetuo flagrās incendio:lapides pumices eructat in littus catinēse. Est aūt pumex lapis leuis : & spōgiosus: atq; aridus īcendio excoctus.De quo sic Virg.in Aetna Congeries saxi angusto e uertice surgunt.Sic ueluti in fornace lapis torret:& oīs.Exuitur penitus uenis subit altius humor.Amissis opibus leuis sine pondere pumex.Excoquit.De pumice sic.Plin.lib.xxxvi. **Traduco** Sed & his pumices:qui sunt in usu corporum leuigandorum fœminis iam qdem & uiris.¶ Traducit auos squallentes.i.dedecorat: & ridendos præbet: quū eis similis nō sit. Traducere enim est dedecorare:& ueluti infamia afficere:ut est illud Mart.Rideris multoq; magis traduceris affer.i.infamia afficieris:& dedecore aspergeris:& rideris:& ī sequētibus. In qua se traducebat Vlysses.i.dedecorabat:seq; ridēdum præbebat.Sic & illud in sacra scriptura.Ioseph autem quum esset uir bonus: & nollet eā traducere: hoc est nota:& infamia afficere:& ridendam ꝑbere.

Si tenerum attritus catinensi pumice lumbū
Squallentes traducit auos: emptorq; ueneni
Frangenda miseram funestat imagine gentē?
Tota licet ueteres exornent undiq; ceræ
Atria:nobilitas sola est:atq; unica uirtus.
Paulus:uel Cossus:uel drusus moribus esto.
Hos ante effigies maiorꝫ pone tuorum.
Præcedant ipsas illi te cōsule uirgas.
Prima mihi debes animi bona:sanctus haberi

De hoc etiam priore satyra diximus.¶ Emptorq; ueneni:& si ueneficus est.¶ Imagine frangenda:si in stemmate suorum maiorum habet statuam:quæ cæteris est dedecori:& ideo frāgenda.¶ Funestat: commaculat.¶ Miserā:dictum per cōmiserationem:quæ talem produxerit.¶ Veteres ceræ:imagines cereæ collocatæ in armariis:in atriis ut dictum est.Seneca de beneficiis. Nemo altero nobilior:nisi cui rectius ingenium:& artibus bonis aptius.Qui imagines in atriis exponūt:& nomina familiæ suæ longo ordine:ac multis stēmatum: illigata flexuris in parte prima ædium collocant:non noti magis q̄ nobiles sunt.¶ Atria. Atrium prima erat pars ædium:ubi imagines ceræ maiorum in armariis collocabant:& ubi Clientes dominum exspectantes considebant.Oratius.Etrebus omissis Atria seruantem postico falle clientem.Seneca de breuitate uitæ.Quā multi:per refertum clientibus atrium prodire uitabāt:illic ignis:ut pauloante diximus: fiebat:ideo Iuue.superius imagines fumosas appellat.Dictaq; sunt:atria:uel ab Atriatibus tuscis:q illinc exēplum sumptū sit:autor Varro:uel q a terra oriantur: quasi a terraria:uel q atra essent ex fumo.De iis sic meminit Vitruui.in.vi. Earum autem rerum nō solū erunt in urbe ædificiorum rationes:sed ēt ruri præterq̄:q ī urbe atria proxima ianuis solēt esse.¶ Nobilitas sola uirtus. Cōcludit nobilitatem nō in gloria maiorꝫ:neq; in falsis fortunæ bonis:sed in propria:ueraq; animi uirtute consistere:unde Marius apud Sal.ait:fortissimum quēq; generosum eē.Ostendit āt poeta nobilitatē hereditariā nō eē:quādoq̄dē uirtus in q̄ ipsa consistit nobilitas:neq; dono detur:neq; accipiat.Quū diuitiæ:& imagines:& alia fortūæ bona a maioribus relinq possint. **Virtus habitus** Virtus:autore Ci.ī rheto.aī habitus ē naturæ mō:atq; rōni cōsentaneus:habitus uero ē aī:corporisq; cōstās ex absoluta aliq̄ in re perfectio. ¶ Paulus moribus esto:facito sis siliis moribus paulo:& Cosso:& druso: q multis officiis de repub. benemeriti sunt: p paulū ītelligere possumus Paulū Aemiliū:q persen macedoniæ regē cū liberis eius in triūphū duxit:quiq; frugalitatis & modestiæ amator filiarꝫ maiorē.M.Cato.filio uxorē dedit minorē Helio Tuberoni pauperi:sed optimo:uirtutē.n.est admiratus:p quā erat paup.¶ Vel cossus:de cosso intelligēdum est: qui ut scri.Florus Mussulanos & Getulos accolas syrtiū:iubēte Augusto Cæsare domuit.unde cognomentū getulici assecutus ē:unde seqtur.Salue Getulice:meminit & Trangl.ī Augusto:fuit & ante:ut scri.Liui.li.iiii. Cornelius Cossus tribunus militū:q occiso Volumnio rege ueientiū:opima spolia secūda retulit.¶ Drusus: de Claudio Druso potest ītelligi:q(autore Tranquillo)hostiū duce Drauso cominus trucidato:sibi posterisq; suis cognomē inuenit.Traditur etiā ꝓpretor ex prouīcia gallia retulisse aurꝫ Senonibus olim in obsidiōe capitolii datū:nec(ut fama est)extortum a Camillo:posses etiam ītelligere de Druso Nerone: qui Asdrubalem iuxta metaurꝫ cecidit:aut Druso fratre Tyberii:Neronis:qui ab Augusto in Germaniam missus:parta illic uictoria Germanici cognomē est assecutus:hos ergo tres cōmemorat:ut de repu.optime meritos.¶ Hos.s. mores:ut sit sensus:Fac ut imagines tuorꝫ maiorꝫ uideāt uitam bene compositā in te esse. ¶ Illi.s. mores.¶ Præcedāt:si uis inqt uera nobilitate cēseri:fac dignitates:& honores:quos in rep.adeptus es:uirtutibus: & moribus ornes:& eos semp tecum præferas.¶ Ipsas uirgas:ipsas dignitates:nam cōsulibus duodecim lictores dabant cum duodecim fascibus uirgarum:totidemq; securibus colligatis: qui cōsules præcedebant: prætoribus uero sex tantū fasces cum reliquis insignibus.¶ **Bonorꝫ tria genera** Animi bona.Bonorꝫ tria sunt genera:alia sunt corporis:ut ualitudo:uelocitas:uires:dignitas.Alia fortūæ:quæ externa dicūtur: q penitus extra sint oēm hominis ptātem: & fortunæ īperio subiecta:ut genus:eductio:opes:Clientelæ:amicitiæ:affinitates:gloria maiorꝫ:quæ īcerta: infirmaq; sunt:quæq; homines ignauos plærumq; reddunt:& ab omni uirtute alienos.hinc ergo uera nobilitas nō pendet.Alia sunt animi bona:quæ consilio & cogitatiōe nostra cōstant:uidelicet:Iustitia : fortitudo: prudentia:& modestia:quæ uirtutes sunt mortales:& qbus ueluti diis similes efficimur:hinc ergo uera habetur nobilitas:inqt igit poeta:prima mihi debes animi bona:ut sit prima pro primum:nomen ꝓ aduerbio: ut sit sensus.Si uis nobilis haberi ex bonis externis & corporis:fac primū bona aī.i.uirtutem amplexus sis: q̄ maxiē æternitati hoīs memoriā consecrat:& sine ea uera nobilitas non habetur:ut ostendat & illis bonis hominem etiā posse clarescere:sed bona animi ea esse:quæ ueram hois nobilitatem tribuant.¶ Sanctus haberi.

Ordo hic est & sensus.Ergo te inquit agnosco ꝓcerem.i.nobilē:si mereris haberi:& dictis & factis sanctus:& iustitiæ tenax.Bene aūt Iuue.uirum bonum definiuit:qui & opere:& uerbo unicuiq;:si possit: ꝓdest: & nemini iniuriam facit.Sanctum (autore Macro.)dicimus sacrum.q religiosum:& omni obseruatione inuiolatum:uerꝫ etiam apud autores:ut hoc loco accipit Sanctus pro eo:qui se ab oī labe purū custodit.¶ Agnosco ꝓcerem:te habeo:& admitto nobilem: & generosum.¶ Mereris:subaudi extrinsecus:si.i.si tu mereris haberi sanctus.i.bonus factis:& dictis salue.¶ Getulice:te.n.salutabo quocūq; uis cognomine:ut nobilissimū:qualis fuit Cossus Getulicus: tāq̄ & tu getulos deuiceris. Nā a uictoriis cognomēta duces reportabāt: ut Nūidicus:Macedōicus:Creticus:Isauricus:Dacicus: Britānicus.Mar.Creta dedit magnū:Magn⁹dedit aphrica nomē.Scipio qd' uictor:quodq; Metellus hēt.Nobilius domito tribuit Germāia Rheno.Et puer hoc dignus noiē Cæsar eras:&c.¶ Seu tu syllāus: ordo ē: & sensus.Et libet mihi exclamare præ lætitia:qđ populus Aegyptius clamat īuēto Osiri.Si tu cōtigis patrie ouāti Syllanus rarus:& egregi⁹ ciuis de quocūq; alio sanguine.i.ꝑ lætitia clamabo: si tu de quocūq; sāguie:ac si dicat ēt uilissimo natus similis fueris Syllano raro:& egregio ciui:ut ꝑclara ꝓ rep.facias:sicut Syllanus.Is.n.autor Liuio li.viii.secūdi belli punici: Scipiōis legatus Magonē ducem carthaginēsium in hispania superauit : Hannonē alterꝫ impatorē uiuū cœpit.Sicq; poeta semp docet: illos nobiles eē:undecūq; nati fuerint:qui præclaris facinoribus uitā suā illustrauerit.¶ Patriæ ouāti. Nam patria læta ē:quū de rep.benemerentes hēt ciues. ¶ Osiri īuento:idest īuēto Api boue:quē ægyptii colūt ueluti Osiridem. **Osiris** Nam tradiderūt aīam osiridis in bouē trāsmigrasse: nō ē fas eum certos(ut scribit Pli.)Vitæ annos excedere.Mersum igitur in sacerdotū fonte enecāt q̄situri luctu aliū:quē substituāt:donec īueniāt : mœrent.

Iustitiæq; tenax factis:dictisq; mereris.
Agnosco ꝓcerem:salue getulice:seu tu
Sillanus quocūq; alio de sanguine rarus
Ciuis:& egregius patriæ contingis ouanti
Exclamare libet populus quod clamat osiri
Inuento:quis eni generosum dixerit hūc: qui
Indignus genere:& præclaro nomine tantum
Insignis: nanum cuiusdā atlanta uocamus.
Aethiopem cygnu:parua:extortaq; puellam
Europe:canibus pigris:scabieq; uetusta
Leuibus:& siccæ lambentibus ora lucernæ.
Nomen erit pardus:tigris:leo: siqd adhuc est.
Quod fremit in terris uiolentius:ergo cauebis.
Et metues:ne tu sis creticus:aut camerinus.
His ego:quē monui: tecū ē mihi sermo rubelli
Plance:tumes alto drusorꝫ sanguine:tanquam
Feceris ipse aliquid: ꝓpter quod nobilis esses.

Derasis etiam capitibus:nec tamen usquā diu quæritur uitulus priori persimilis : quo inuento populus luctum finit.De Api boue ita scribit Stra.li.xvii.Memphis ægyptiorum est regia:ea Apidis templum habet: q idem est:quod osiris.Hic autem est ille Osiris:quem alii Saturni ex Rhea filium fuisse tradunt.Alii iouis ex niobe.Virum magni ingenii:gloriæ cupidum:qui relictis argis patria sua:ad ægyptios transferauit: quos ditioni suæ subegit.Isidem Inachi filiam:quæ io ante uocabatur: duxit uxorem:quorum uterq; ob uarias uirtutes diuinos honores meruit.Isis enī leges statuisse ferť: uñ Thesmophora a græcis:hoc est legifera dicta ē. **Isis Thesmophora** Eam etiam frugum inuentricem dicūt.Osirim uero uarias artes ægyptios docuisse:de quibus sic cecinit.Tibullus.Primus aratra manu solerti fecit osiris.Et teneram fero solicitauit humum.Primus inexperte commisit semina terræ. Pomaq; non notis legit ab arboribus . Hic docuit teneram palis adiungere uitem. Hic uiridem dura cedere falce cōmam.Verum.Osirim ferunt a Typhone fratre per fraudem occisum fuisse:ac dilaniatum:eiusq; membra ab uxore diu quæsita:quæ quum: non inueniret in maximos fletus perrumpere solitam.Quare commotos ægyptios:tandiu eam quæsiuisse:quoad iuxta syenem inuenerunt:quæ illic Isis sepulturæ mandauit.¶ Insignis:subaudi est.Quis enim rationem affert illum nobilem:nequaq̄ censendum: in quo solum præclarum genus:& non uirtus spectatur: ut ostendat solam uirtutem dare homini nobilitatem.Sene.Quis est generosus ad uirtutem bene a natura compositus. Quinti. Qui generosissimus nonne: qui optimus:nō qui celebritate nascendi:sed qui uirtute maxime excellit.¶ Nanum:cuiusdam ostēdit illum sæpe derisui haberi:qui nobilis & generosus appellatur.Nam quemadmodum per risum & iocum appellamus nanū alicuius Atlanta:& Aethyopem Album:& Cygnū:ita etiā irronicos appellamus aliquos creticos: & Camerinos:quū tamē nō sint ueri Cretici:nec Camerini.Hoc est:quū in iis nulla maiorꝫ uirtutis ornamēta spectent.Vt sit sensus:nō si te Creticū:aut Camerinū aliqs appellat ꝑpea es Creticus:aut Camerinus.Nā id cognomē posset tibi eē īpositū in derisum sicuti ēt ꝑ iocū Atlāta nanū appellam⁹.¶ Europē:quā ob pulchritudinē iuppiter in taurꝫ cōuersus ex phenicia ī Cretā aduexit:fuit aūt filia Agenoris Pheniciæ regis.¶ Leuib⁹: sine pilis:q pp ætatē lōgā & scabiē decidūt.¶ Violētius:q̄ pardus:tygris: & leo.¶ Ergo cauebis & metues: ne te ita ꝑ derisum uocēt creticū:& Camerinū quēadmodū Nanū appellāt Atlanta:& æthyopē cygnū.Ab eo Metello:q deuicta creta.Creticus ē cognomīatus:& ab eo.P.Sulpicio Camerino uetustissimi generis:q una quū Sp.posthumio Albo.Aulo Mālio missi fuerūt athenas:iussi īclytas leges Solonis describere & aliarꝫ ciuitatū instituta:iura:moresq; noscere.¶ Tecū est mihi sermo Rubelli Plance:a pontico ad quem scri.satyrā discedit: & Rubelliū plancum alloquit:mox ad pōticum redibit:quū dicet paulopost:Hæc satis ad iuuenem. De Rubellio plāco ita scri.Tacitus in Nerone.Igit quasi iā depulso Nerone:q suā deligeret ꝑquirebant: & oīum ore Rubellius plācus celebrabat:cui nobilitas ꝑ matrē ex iulia familia: ipse placita maiorꝫ colebat habitu seuero casta & secreta domo:q̄toq; metu occultior:tāto plus famæ adeptus.¶ Tumes:in supbiā eueheris: tanq̄ aliqd egregium feceris unde nobilis sis censendus:sicq; ostendit ad ueram nobilitatē non sufficere genus maiorū.

Vt te conciperet:quæ sanguine fulget iuli,
Non quæ uentoso conducta sub aere texit.
Vos humiles inquis uulgi pars ultima nostri.
Q uorum nemo queat patriã monstrare parentis
Ast ego cecropides:uiuas:& originis huius
Gaudia longa feras:tamen ima plæbe quiritẽ
Facundũ inuenies:solet hic defendere causas
Nobilis indocti:ueniet de plæbe togata
Q ui iuris nodos:& legum ænigmata soluat.
Hic petit euphraten iuuenis:domitiq; bataui
Custodes aquilas armis industrius:at tu
Nil nisi cecropides:truncoq; simillimus hermæ.
Nullo quippe alio uincis discrimine:quã quod
Illi marmoreum:caput est:tua uiuit imago.
Dic mihi teucrorum proles:animalia muta
Q uis generosa putet nisi fortia: nepe uolucrẽ
Sic laudamus equũ:facili cui plurima palma
Feruet:& exultat rauco uictoria circo.

¶Vt te cõcipet:subaudi extrinsecus:& ut sit.Et ut te cõcipet mater ex familia iulia:nõ aũt ignobilis mulier:q̃ urgẽte pauptate texit telã cõducta mercede.¶Sub aere:sub dio:sicq; paupeꝝ mãsiões designauit.Ora.Diues ne prisco natus ab inacho:nil ĩterest:an pauper:an infima de gente sub dio moreris.¶Vos humiles inqs:subaudi estis:cũ cõtemptu ꝓferendum hoc est.¶Patriã parẽtis:unde descẽderit parens uester.¶Ast ego cecropides:subaudi sum.i.nobilis:non aũt hoc dicit:qa sit atheniensis Rubellius:sed qa quum Athenis de nobilitate esset certatio:aliiq; se diceret oriundos a Cecrope:seq; cecropidas diceret.Alii ab Alcmæone:uñ Alcmæonii:alii ab Ericheo uñ Ericthidæ:Cecropidæ generĩ ꝓstabãt.¶Viuas:nõ sine idignatiõe dcm̃ a poeta & irrisiõe uanæ nobilitatis:imitatio est Persii.Dinomaches ego sum suffla:sũ cãdidus esto.¶Tũ ima:ut ostẽdat nobilitatẽ pẽdere ex uirtute & bonis animi:nõ ãt ex bonis externis:qbus insulsi hoĩes inflantur.¶Nobilis:ironicos: q se nobilẽ putat.¶De plæbe togata.i.uili.Toga.n.ut diximus ex Asconii testimõio:erat uilioꝝ.¶Nodos: difficultates.¶Soluat: explicet & enodet.¶Aenigmata:ænigma sermo est obscurus ĩterp̃tamẽto ĩdigens ab αἰνίττω qđ est innuo:innuit enĩ quiddã:qđ postea est pluribus explicandum:uel ab αἰνίττομαι qđ est obscure loquor:ut illud.Vidi mare cõcretum in creta:ligneo in cãpo:ubi caro humana ossibus ludebat:ssignat.n.salinũ cũ sale in mensa:ubi manus humana talos iactabat.Ergo ænigmata dubios & obscuros legũ sensus:quæ græci dicunt ænigmata:hoc genus qdam e nostris ueteribus Scirpos appellãt.Gelius.¶Hic alius.Vt sit sensus.Alius ĩquit iuuenis:quẽ uos ignobilẽ appellatis:nulli ꝑrsus ꝓ repu.parcẽs labori longinquas regiões petit:mille pericula adit.At tu nihil hoꝝ facis:cecropidẽ: te tantũ uocas:hoc est nobilẽ:quũq; desidiæ cõsulas:te una hac re gloriaris:q nobilis sis:eũ aũt nõ appellat cecropidẽ:q sit atheniensis:sed qa athenis:quũ familiæ de nobilitate cõtẽderent:aliæ dicebãt se a cecrope oriũdas:unde Cecropidæ dicebãtur:aliæ ab Alcmæone:uñ Alcmæonii:aliæ ab Ericheo: uñ Ericthidæ: sed cecropidæ nobiliores habebãtur a Cecrope:qui etiã ante Deucalionis tẽpora regnauit Athenis: quẽ oĩs antiquitas fabulata est fuisse biformẽ:qa primus marem fœminæ matrimonio iũxit.¶Euphratẽ:partes oriẽtales: nam Euphrates fluuius est:quẽ fundit maior Armẽia Babylonẽ ĩterluẽs:autores Strabo li.ii.& li.xi.itẽ Solinus & Mela:hũc Assirii Regiũ flumẽ appellãt.¶Bataui domiti:de batauis meminit.Tacitus in eo opusculo:quẽ de Germanis cõposuit(Sũt.n.germaniæ populi)rhenũ ĩcolẽtes:hos Domitianus adhuc puer domuit:ut scribit.Tacitus & Sylius.At puer auricomo iã formidate batauo.¶Custodes aquilas:uexilla:nã aqla Romanoꝝ erat insigne.Iuuena.in sequẽtibus.Da nũc & uolucrẽ sceptro:quæ surgit eburno:eo loco de aquila pluscula: Vegetius primũ signũ totius legionis est aqla:quã aquilifer portat.¶Aquilas custodes domiti bataui: idest ꝓsidia posita ad tenẽdos Batauos nuper domitos a Domitião.¶Trũcoq; simillimus hermæ: idest mercurio. Hermes enĩ appellatus est mercurius:ut autor est Fulgentius ab eo:qđ ἑρμηνεὺς idẽ est:qđ ĩterp̃tor: & disfero illa uidelicet causa:aut qđ negociatori linguaꝝ sit dissertio necessaria(utraq; enĩ regna permeare dicit̃ superna atq; inferna)q modo uentis in altũ nauigans currat:modo demersus inferna tẽpestatibus appetat:uel: ut autor est Diodo.lib.i.q sermonis inuẽtor fuerit.Ora.Mercuri.facũde nepos Athlantis.Qui feros cultus hominũ recẽtum.Voce formasti cãtus:uel qa uerboꝝ interpræratiõnẽ inuenerit:unde & ipsum Hermẽ:hoc est ĩterpræte appellarunt.Latini uero Mercuriũ dici uoluere:quasi merciũ curam:negociis enĩ:ut scribit Fulgentius:præfuisse dicit̃:eũq; deum lucri putauerũt.Persius.Mercuriũq; accersis fibra: da fortunare penates. Ora.Mercarier unus.Cum lucro norã nã frequẽtia mercuriale:imposuere mihi cognomẽ compita.Herme lapidei athenis ex domestica cõsuetudine opus quadratũ plurimi erãt: tã in priuataꝝ ædium uestibulis: q̃ in sacrarum:qui ut scribit Tucydides li.vi.historiaꝝ una nocte:quum athenienses expeditionem aduersus Syracusanos pararent:ex maxima parte circa ora circuncisi fuerunt incerto autore:quæ res infœlicitatem portẽdit Atheniensibus:nã Syracusani superati:cæsiq; pene fuerunt oẽs.De mercurio etiã sic loquitur Macro.primo Satur.Plæraq; etiã simulacra Mercurii quadrato statu figurantur solo capite insignita.Hoc idẽ testatur Plutarchus in Nicia & Alcibiade sic.Adiiciebant præterea Mercurii Statuas: quarum Athenis magna copia erat ex omnibus locis ciuitatis una nocte fuisse deiectas:capitibusq; perfractis ad terram prostratas iacere:meminit & Aemilius probus in Alcibiade:bene igitur comparat poeta illum:qui se Cecropidem dixit:quũ patriæ inutilis sit statuæ truncæ mercurii.¶Nullo discrimine:nulla differentia.¶Dic mihi teucrorum proles: idest o tu Rubelli: q te iactas oriundũ ex sanguine Iuli:& troianoꝝ:nã ex familia iulia:ut dixit:ducebat originẽ.¶Nisi fortia.i.alicuius uirtutis.¶Sic laudamus equũ:qa sæpe sit uelox ĩ certamine:& uictor.¶Feruet:celebrat.¶Exultat:applaudit:& fauet.¶Rauco:sonoro pp clãorẽ fauẽtiũ & excitãtiũ currẽtes illic aurigas.Nã ut dixim⁹ initio opis.Rauci codri.Rauc⁹ uocabulũ ẽ mediũ:ut mõ sonoꝝ:mõ obtusæ uocis raucũ appellamus.

Cecropidæ
Ericthidæ
alcmæonii

Aenigma

Bataui

hermes

Nobilis hic:quocũq; uenit de gramine:cuius
Clara fuga ãte alios:& prius ĩ æquore puluis.
Sed uenale pecus corithæ:posteritas &
Hirpini:si rara iugo uictoria sedit.
Nil ibi maiorum respectus:gratia nulla
Vmbrarum:dominos prætiis mutare iubent
Exiguis:tritoq; trahunt epirhedia collo
Segnipedes:dignīq; molam uersare nepotis.
Ergo ut miremur te:nõ tua: primu aliquid da:
Q uod possim titulis incidere præter honores.
Q uos illis damus:& dedimus: qbus oia debes.
Hæc satis ad iuuene:que nobis fama superbũ
Tradit:& inflatũ:plenũq; nerone ppiquo.
Rarus enim ferme sensus communis in illa
Fortuna:sed te censeri laude tuorum
Pontice noluerim:sic ut nihil ipse futuræ
Laudis agas:miserum est aliorũ icubere famæ,
Ne collapsa ruant subductis tecta columnis.
Stratus humi palmes uiduas desiderat ulmos.
Esto bonus miles:tutor bonus:arbiter idem
Integer:ambiguæ si quando citabere testis,
Incertæq; rei:phalaris licet imperet:ut sis

¶Nobilis hic.s.est.¶Nobilis:ille inqt nobilis habere equus undecũq; ortus sit:q in certamĩe cæteros cursu superabat:ut innuat ita & illos nobiles uocãdos:q egregio aliquo facto cæteris ꝓstãt:nõ q opibus:aut maioꝝ gloria nitat̃:quũ nobilitas tota ab aĩ ꝓbitatibus pẽdeat.¶Hirpini:nomẽ eq optimi.Man.Hirpini ueteres: q bene nouit auos.¶Hirpini & Corithæ:ait poeta eoꝝ sobolẽ a dominis qbus chari eẽ deberent respectu parẽtũ:uẽditioni exponi:qa parũ cursu ualeãt.¶Si rara:ratio q̃re uẽdat̃.¶Iugo.i.si rarã cõsecutus fuerit uictoriã:dũ currum in circo trahit.¶Nil ibi maiorũ:nullo.n.maiorũ respectu mouentur:quin illos ut ĩutiles uendant.Sicq; poeta docet illos cõtẽni:q a maioribus suis degenerauere.¶Nil ibi:ordo est:nil respectus ẽ.¶Ibi.i.ĩ equo optimis parentibus progenito.¶Vmbrarũ: maiorũ mortuorũ.¶Epirhedia.Epirhediũ currũ significat: qđ uocabulũ Romani:autore Fabio:ex duobus peregrinis suũ fecerũt: ἐπὶ & Rheda dictione gallica: q uehiculũ significat.Gelius autor ẽ: quosdã sensisse uocabulũ totũ eẽ barbarum.¶Molã nepotis.Nepos nomen est ꝓprium uiri:q romæ habebat pistrinũ:de quo Mar.Bis uicine nepos.¶Segnipedes: pigri facta est cõpositio ex segnis & pes:contra sonipedes acres appellamus.¶Ergo: ut miremur.Sensus hic est.Quandoquidẽ is nobilis dũtaxat est cuius uita pendet ex uirtute:& nõ ex maiorũ gloria.Aliqd igitur primũ effice:unde te:& nõ tua.i.maioꝝ tuoꝝ genus:& facta miremur: quia ut dictũ est: ex Ouidii sentẽtia:Genus:& proauos:& quæ nõ fecimus ipsi: Vix ea nostra puto:sed qđ per uirtutẽ fecimus:id totũ nostrũ est:& facit nobiles.¶Nõ tua:genus: & gloria maiorum tuorũ.¶Aliquid da: aliquid præclarũ ede.¶Quod possim incidere titulis.i.ĩscriptiõibus. ¶Præter honores:præter famã & gloriã tuorũ maiorum:quos tanq̃ uiros probos laudauimus.¶Quibus omnia debes:ex qbus totus pẽdes: omnia enim quæ habes uidelicet gloriam & famã illis debes.i.eorum beneficio omnia habes:ita dictum:ut illud Criminibus debent hortos:idest obligati sunt criminibus:q hortos habeãt: quia eoꝝ beneficio sunt assequuti.¶Hæc satis:absoluta quã fecit digressione ad Rubellium:radit ad ponticũ.Hæc satis.s.sunt.¶Fama: aut quẽ gloria maioꝝ tradit:& reddit supbum: aut quẽ fama.i.rumor tradit eẽ superbũ:idest dicit.Nerone propinquo:hinc enim inflatur: q ex familia Iulia oriundum(ut diximus)se prædicabat:ex qua & Nero Cæsarũ ultimus originẽ ducebat.¶Rarus enim: nõ est inquit mirũ Rubelliũ ita inflari gloria:quia raro fit:ut sensus communis in magnis opibus inueniat̃: sicq; taxat Rubelliũ meræ inscitiæ:ut qui ĩde uerã nobilitatẽ pendere existimet.¶Sensus cõmunis.Intelligentia q̃dã omnium cõmunis.Dicimus enim hominẽ a cõmuni sensu remotũ:qui aliquid turpiter:& citra rationem facit:q̃si qui minime quod ab omnibus cõmuniter fieri solet faciat.Imitatio est Oratii.Cõmuni sensu plane caret inquimus.Quintilianus libro primo improbãs uitam solitariã in futuro oratore sic scribit.Sẽsum ipsum: qui cõmunis dicitur ubi discet: quum se a cõgressu:qui non hominibus solũ:sed mutis quoq; animalibus naturalis est:segregarit.¶Laude tuorum:nolim te totum ex rebus gestis maiorum pendere: sic ut nihil ipse facias:unde laudem merearis.¶Ne tecta collapsa:metaphoricos columnas uocat laudes maiorũ: idest: ne si laudes maiorum subtrahantur:quibus sustentaris:& tu corruas:quum te propria uirtute nõ fulcias: ergo ne tecta:idest ne tu ipse pereas ammotis laudibus maiorũ.¶Stratus humi palmes:alia translatione ostendit oportere hominem propria uirtute niti:ut stet:& ut palmes ulmis sustendandus est:si humi iaceat:sic & homo est propria uirtute fulciendus:exponitq;:quibus uirtutibus sit innitẽdum ad ueram nobilitatem consequendã. ¶Esto bonus miles:ostendit quemadmodũ uera nobilitas comparetur.¶Tutor:is est: qui uim & potestatẽ habet in capite libero ad tuẽdum eum:qui propter ætatẽ suã sponte se nequit defendere:itaq; tutor appellat̃: quasi tuitor:atque defensor:unde tutela ipa uis & potestas Vlpianus.¶Arbiter idem:is proprie arbiter dicit̃: qui uoluntarie assumitur causæ cognitor ab utroq; litigante:finemq; sententia sua controuersiis imponit.Cicero in oratione pro Roscio.Quum ad iudicem causam labefactari animaduertunt: ad arbitrum confugiunt Tranquillus in Othone.Cuidam etiam de parte finiũ litigãti cum uicino:adhibitus arbiter totum agrum redemit: unde Arbitrariũ dicitur:quũ adhuc res apud arbitrum geritur:& adhuc est incerta.¶Integer: qui minime corrumpatur.¶Ambiguæ:ordo est & sensus:crede esse summum nephas præferre animã pudori.i.pluris facere uitam q̃ pudorẽ & honestatẽ: hoc dico si quando cithabere testis rei ambiguæ:ut sit sensus:laudabilius eẽ mori q̃ aliquid flagitiosum propter uitam committere.¶Phalaris licet:Phalaris crudelissimus fuit tyrannus:qui primus Agrigenti in sicilia tyrãnidẽ exercuit:ad omnẽ sæuitiã natus: quã matri inauspicatũ soninũ portẽdit(Visa.n.est facem parere)nouorũ tormentorũ repertoribus præmia ꝓponebat.Ob quã rẽ Peril/

Epirhedium
Rheda

Tutor

Arbiter

Arbitrarium

Phalaris

Dictet

lus ei taurũ æneũ fabricauit: quos hoies subiecto igne inclusi torquerent: & mugitũ bouis uox hois imitaret. Cæterꝝ Phalaris ipsum opificẽ eo iclusum supplicio mortis affecit. Oui. in Ibim. Paphio clausus in ære gemas. ℣ Dictet: ostẽdat quomodo tibi iurãdũ sit. Nã dictare est aliqd docere in oĩ genere doctrinæ: qd' alius excipiat: & Dictata q̃ traduntur in oĩ genere disciplinæ. Persius. Centũ dictata fuisse. Pro nihilo pendas. ℣ Perdere causas uiuẽdi. Dupliciter dicimus hominẽ uiuere: uidelicet: quũ aĩa est coniuncta corpori: & quũ post hanc: q̃ mortẽ dicimus: hominis memoria bonorũ operũ meritis ad posteros extendit. Qui igitur pro conseruatione huius uitæ turpia & nefanda committit: amittit causas uiuendi: ideſt bonos mores: bonum nomen: honestatem: quæ omnia sunt causa: ut hominis fama imortalitatem consortiatur: bene enim agendo fit quod scribit Salu. Vt memoriam nostri q̃ maxime lõgam efficiamus. Ergo bona opera sunt causa æternæ memoriæ. Et ut hominis nomen semper uiuat. Vnde illud. Martialis. Post te uicturæ: per te quoq; uiuere chartæ. Incipient: cineri gloria sera uenit. ℣ Dignus morte perit. Sensus est. Ille oĩno perit: ideſt nomẽ & fama eius omnino extinguitur: & in obscuro est dignus morte. ide quo nulla unq̃ fiat mẽtio: tanquam de scelerato: qui relicta hõestate: uoluptatibus se immergit. Plini. Iunior. Nam quicunq; uoluptatibus dedit: quasi in diem uiuunt: uiuendi causas quotidie finiunt. Qui uero posteros cogitant: & memoriam sui operibus extendunt: his nulla mors nõ repentina est. Merito igiẽ illos periisse iudicamus: qui uitã a uirtutibus alienã duxere: unde & Pli. exprobãs nimiũ unguẽtorũ luxũ romanis sic inquit. Quis nõ merito iudicet periisse tales? ℣ Licet cœnet: lauticie i

Falsus: & admoto dictet periuria tauro.
Sũmũ crede nephas anima præferre pudori.
Et propter uitam uiuendi perdere causas.
Dignus morte perit: cœnet licet ostrea centum
Gaurana: & cosmi toto mergatur aheno.
Expectata diu tandem prouincia: quum te
Rectorem accipiet: pone iræ fræna: modumq;
Pone & auaritiæ: miserere inopum sociorum.
Ossa uides regum uacuis exhausta medullis.
Respice quid moneãt leges: quid curia mãdet.
Præmia quata bonos maneãt: q fulmine iusto
Et capito: & tutor ruerint damnante senatu
Piratæ cilicum: sed quid damnatio confert:
Quũ pansa eripiat quicqd tibi nacta reliqt:

quit istæ diuitiæ: & luxus nõ ea sunt: quæ hominis memoriam ad posteros propaget. Gaurana ostrea. i. quæ in lacu lucrino saginabantur. Est enim Gaurus mons in cãpania non longe a Baiis: proximus lucrino lacui: de quo Lucanus. Vel si conuulso uertice Gaurus. Decidat in fundũ penitus stagnantis auerni. Strabo li. v. ℣ Mergat: perfundatur: ungatur: hinc illud est Pliniarũ. Liniq; iam nõ solũ: sed & pfundi unguentis gaudent. ℣ Aheno Cosmi: unguento Cosmiano. Mart. Pastillos Cosmi luxuriosa uoras. Nã unguẽtis cognomina dedere: aliis patriæ: aliis succi: aliis arbores: aliis causæ: aliis cõfectores. ℣ Aheno: uas ẽ coquinariũ ex ære. Paulus iurisconsultus scribit inter Cacabos & ahenum: qd supra focũ pendet omnino multũ interesse: ut hoc aqua ad potandũ calefiat: in illis pulmentaria coquantur. ℣ Expectata diu. Docet ponticum in prouinciæ administratione quid sit agendum: notans auariciam præfectorum: qui ad omnes rapinas conuersi socios: & prouinciales spoliabãt. ℣ Expectata diu: quãdiu: & summo desiderio expectati. ℣ Pone fræna iræ: nequid per iram uiolentum cuiq; facias. ℣ Pone & auaritiæ: sis ab rebus alienis abstinens. ℣ Ossa uides regum: ideſt uides reges ipsos exhaustos: & exinanitos usq; ad sanguinem & medullas: unde Plutarchus in Antonio. Multi & reges ab eodem spoliati sunt: & fortunis omnibus exuti. ℣ Respice: legibus inquit fac pareas: quæ monent nihil esse faciendum: quod ab honestate sit solutum. ℣ Quid curia mandet: hoc est senatus: qui magistratibus in prouincias euntibus mãdat ut iuste rectæque omnia administrent. ℣ Curia: duorum autem generum curiæ in urbe fuerunt: & ubi curarent res diuinas sacerdotes: ut curiæ uereres: & ubi senatus humanas: ut curia Hostilia: quam primus ædificauit Hostilius rex: autor Varro. De qua sic & Titus Liuius libro primo ab urbe condita. Tullus hostilius principes albanorum in patres: ut ea quoque pars reipublica cresceret legit. Templumque ordini ab se aucto fecit curiam: quæ hostilia usque ad patrum nostrorum ætatem appellata est. ℣ Maneant: expectent. ℣ Fulmine iusto: seuera: & graui senatus condemnatione. ℣ Ruerint: ceciderint condemnati. ℣ Et capito. Hic est ille Cossucianus Capito: qui: ut scribit Tacitus in Nenore: fuit Tigillini gener: cuius præcibus ascitus in ordinem senatorum repetundarum damnatus fuit: quod Ciliciam prouinciam: cui præfuerat: spoliasset. ℣ Numitor: possumus intelligere & Numitorem a Senatu: ut prouinciæ spoliatorem damnatum fuisse: placet: ut legatur Numitor: nam & ante numitorem posuit pro nobili & diuite. Non habet infœlix numitor: quod mittat amico. Quintillæ quod donet habet: nec defuit illi. Vnde emeret multa pascendum carne leonem. Sunt etiam Codices qui legunt & Tutor. Nam fuit temporibus Vitelii Iulius Tutor: quem ripe' rheni præfecit Vitelius: lege Corne. Tacitum. ℣ Piratæ cilicum: ac si dicat spoliatores spoliatorum. Nam & Cilices pyraticam exercuerunt Tryphonis & regum: qui successerunt (ut autor est Strabo) ignauia: eos Pompeius Magnus intra quadraginta dies captis: octingentis quadraginta sex nauibus ademit: autor Plutarchus. ℣ Sed quid: damnatio confert: sed quid inquit prodest tibi: illos esse damnatos: quando Aerarium id capiat: quod ipsi præfecti tibi reliquerunt: ideſt quod tu extorsisti ex ipsis damnatis. Nam per iudicium coacti erant bona illa rapta relinquere sociis: & prouincialibus: uerum auaricia principum ea in ærarium deferebantur: quod & prima Satyra poeta ẽ conquestus illic. At tu uictrix prouincia ploras. ℣ Quum pansa eripiat quicquid tibi nacta reliquit: ideſt quum publicum ærarium tibi eripiat quicquid tibi reliquit præfectus spoliator: ut per pansam intelligas publicum ærarium: per Nactam omnem præfectum spoliatorem sociorum: legendumq; est coniunctim cum superiore: ut sic se habeant uersus. Sed quid damnatio cõfert. Quum pansa eripiat: quicqd tibi nacta reliquit.

Curiæ duæ

Ahenũ Cacabꝰ

Gaurꝰ

℣ Præconẽ chærippe: hoc legẽdum quadam cum miseratione: ut sit sensus. O chærippe o cilix circunspice p conem uendentem pannos tuos: hoc est pannos præfecti damnati: qui tui esse deberent: sed in ærarium deferent. Et iam tace noli ullo modo conqueri: nequid tibi ab imperatore grauius cõtingat: ut sit aspice: ut iniuste oĩa romæ agant: & tace: suprimẽda inqt tibi est iniuria: quũ iam mortis etiã immineat periculum: si loq & conqueri uolueris. ℣ Furor est pdere naulum. Sũma inqt insania est uelle perdere uitã post omnia fortunæ bona. Metaphora autẽ est a domino nauis sumpta: qui post iacturã factã in mari. Naulũ tamen ab his: qui in naui secũ mãsere studet exigere: ne pdat. Naulũ aũt proprie dicit ipsum præciũ: qd' gubernatori nauis persoluit: ναῦλον græci uocãt: Ergo pdere naulũ. i. uitam. ℣ Nõ idem gemitus: non erat inquit tãtus dolor olim spoliatis: quantus nunc: erant enim tunc locupletes. ℣ Vulnus damnorũ. i. dolor: q ex dãnis p ueniebat. ℣ Non erat par. i. similis: quia tanto dolore nõ afficiebant: quũ oĩno pluribus ablatis multa etiã superessent. ℣ Sociis florẽtibus. i. existentibus in maximo diuitiarũ flore & cumulo. ℣ Modo uictis: recẽter superatis: nam tunc quũ primo uicti fuerãt: erãt diuites. ℣ Plẽa domus tũc oĩs: ita ut quis spoliarent: multa tamẽ etiã relinquerẽtur. ℣ Spartana chlamys hoc est uestis purpura laconica infecta. Nã succus ille purpuræ nõ modo apud tyrios iuenit: sed & in meynge aphrycæ: & getulo littore oceani: & in lacõia eorupæ: lege Plinium lib. ix. ca. xxxvi. Chlamys aũt uestis est militaris. ℣ Conchylia: uestes conchyliatæ: hoc est purpura infectæ. Nã cõchylia sunt ex genere purpurarũ: autore Pli. li. ix. ex cuius faucibus habeẽt ros: si ue liquor aptus ad tingendas uestes. ℣ Choa: absolute dictũ. i. uestis choa tenuissima: quã Bõbicinam appellamus tãta tenuitate: ut corpus pelluceret. Pli. li. xi. in molliũ reprehẽsionẽ sic exclamat. Nec puduit has uestes etiã uiros leuitate usurpare: ppter onera æstiua: i tãtũ a lorica gerẽda discessere mores: ut oneri sint ẽt uestes. & Solinus: Hoc est illud sericũ in usum publicũ damno seueritatis admissum: & quo ostẽtare potius corpora quã uestire primo fœminis: nũc ẽt uiris persuasit luxuriæ libido. Oratius. Altera nil obstat: chois tibi pene uidere est. Vt nudã: hæ fiebãt in Cho ĩsula: qs prima texisse fert' Pãphylæ patris filia (ut scri. Pli.) & tradit Aristo. in. v. Proprius. Quid iuuat ornato ꝑcedere uitta capillo? Aut tenues Choa uestе mouere sinus? ℣ Parrhasi: hic est ille nobilissimus pictor: qui olim cum Zeuside cõtendit: eumq; lintei pictura elusit. natus ẽ. Ephesi. De eo multa memorabilia tradit Pli. li. xxxv. ca. ix. de eo & Trãquillus in Tyberio: & Quinti. lib. xii. scribunt ℣ Signis: statuis. ℣ Mironis. Egregius hic fuit Statuarius: q; ĩdicat Pli. li. xxxiiii. & Propertius sic. Atq; arã circũ Steterãt armenta mironis. Quatuor artificis riuida signa boues. ℣ Phidiacũ ebur. i. statuæ eburneæ sculptæ a Phidia tãto successu: ut uiuere uiderentur. Virgi. Credo etiã uiuos ducẽt de marmore uultus. In ebore effingẽdo (ut scri. Quinti.) lõge citra Aemulũ uiguit: de hoc scri. Stra. li. viii. & Pli. lib. vii. & xxxiiii. huius etiã Seneca: & Plutarchus meminerũt. Proper. Phidiacus signo se iuppiter ornat eburno. Ouid. in carmine obsceno. Nõ sum phidiaca manu politus. ℣ Nec non polycleti. Sycionius statuarius fuit: de quo Pli. q diligẽtia supra cæteros fuit: formamq; humanã supra uerũ expressit: sed deorũ autoritatẽ non expleuit: ergo inquit poeta ubiq; extabãt opera polycleti statuarii egregiaq; multo cũ labore ab eo fuerant pacta. ℣ Mentore: hic celeberrimus fuit poculorũ celator (ut scri. Pli. li. xxxiii. & Mart. Accipe Mẽtorea pocula facta manu.) Idẽ alibi. Solus Mẽtoreos habes labores. Proptius. Lesbia Mẽtoreo uina bibas opere. ℣ Inde Dolobella ẽ. Ob eas inqt diuitias multi ad latrocinia cõuertebant. Quales fuerũt Dolobella: Antonius: & Verres: q ꝓuinciæ ꝑfecti eas spoliauerũt. Duos Dolobellas fuisse eodẽ nomine: & tẽpore scri. Pedianus: quorũ alterũ Cæsar accusauit ex Sicilia reũ: nec damnauit: quo Absoluto Rhodũ (ut scri. Trangllus) secessit. Alterũ Dolobellã: q Asiæ ꝑfuerat ꝓcõsul accusauit Scaurus repetundarũ: dãnauitq;. ℣ Atq; hinc Antonius. Hic est ille. C. Antonius: de quo Pedianus. Hunc Antoniũ Cæsores sexẽnio q̃ hæc dicerent senatu mouerũt: causasq; subscripserũt: q; socios diripuerat: multos. n. in Achaia spoliauerat. ℣ Sacrilegus Verres (ut i. ii. Saty. diximus) Verres p triẽniũ Siciliã tenuit: atq; i ea libidinose: auare: crudeliterq; uersatus est: succedente tãdẽ Metello: repetũdarũ reus: a siculis postulatus est. Sacrilegiũ aũt ob id appellat: q; nõ solũ deos Siculis sustulit: sed & Athenis Mineruã: Deli Apollinẽ: Iunonẽ Sami: Dianã pergami. Deosq; tota Asia græciaq; uiolauit: Vnde illud est Cice. in ipsum oxymorõ. Sicubris sanctissimis sustulisset. ℣ Occulta spolia: in urbem inqt referrebãt plura: spolia ꝓuincialiũ ueluti de rebus bellicis parta: quũ omnino essent de pace sublata. ℣ Occulta. i furtiua: nã ea palã nõ referebant: ut conspicuos ia ne deos qdẽ i suis urbibus: ad quos cõfugerẽt habere: q; eorum simulachra sanctissima. C. Verres ex delubris sanctissimis sustulisset. ℣ Occulta spolia: in urbem inqt referrebãt plura: spolia ꝓuincialiũ ueluti de rebus bellicis parta: quũ omnino essent de pace sublata. ℣ Occulta. i furtiua: nã ea palã nõ referebant: ut conspicuos ia ne deos qdẽ i suis urbibus: ad quos cõfugerẽt habere: q; eorum simulachra sanctissima. C. Verres ex delubris sanctissimis sustulisset. ℣ Occulta & spolia: & plures de pace triũphos.

Naulum

Chlamys

Bombicina

Parrhasius

Myron

Phidia

Polycletus

Mentor

¶ Iuga pauca boum: subaudi ab inferioribus eripientur: indomitam enim sui temporis auariciam notat: quū etiam res uiles raperent. ¶ Capto eripietur agello. Ex quo inquit prouincialibus agelli erepti sunt nunc rapiunt pauca iuga boum: idest omnem reliquā uilem suppellectilem: unde Salu. in Cat. sic conqueritur At hi cōtra ignauissimi homines per summum scelus omnia ea sociis adimere: quae fortissimi uiri uictores hostibus reliquerāt. ¶ Ipsi deinde lares: ipsi dii domestici: quos colūt: bene aūt ipsi: quasi qui minime sunt uioládi. ¶ Si q. s. ē. ¶ Spectabile pulchrū: & spectatu dignū. ¶ Signū. Statua. ¶ Vnicus: ēt unicus. ¶ Ná sūt haec maxia. i. haec quae eis sunt relicta: q̄is minima pro summis sunt.

Nūc sociis iuga pauca boū: & grex pu⁹ eq̄ g.
Et pater armenti capto eripietur agello
Ipsi deinde lares: si quod spectabile signum.
Si quis i ædicula deus unicus: haec &. h. sunt
Pro summis: nā sunt haec maxia: despicias tu
Forsitan imbelles rhodios: unctaq̄ corinthu.
Despicias merito: quid enim resinata iuuetus
Cruraq̄ totius facient tibi leuia gentis:
Horrida uitanda est hispāia: gallicus axis.
Illiricumq̄ latus: parce & melioribus illis.
Q ui saturant urbem: circo: scænaq̄ uacate
Q uata aute inde feres ta diræ pmia culpæ:
Q uū tenues nup marius discinxerit aphros:
Curandū in primis: ne magna iniuria fiat
Fortibus: & miseris: tollas licet oe: qd usq̄ est
Auri: atq̄ argēti: scutum: gladiumq̄ relinqs.
Et iacula: & galea: spoliatis arma supersunt.
Q uod modo proposui non est sententia uestra.

Despicias tu forsitan: possis forsitā secure rhodios imbelles: & Corinthios spoliare: a quibus tibi nihil sit metuendum: quando effœminati: mollesq̄ sint: sed caue inquit hispaniae iniuriam facias: quae scelus inultum nō sinet. ¶ Imbelles rhodios: luxuria: & delitiis affluentes. ¶ Nā ex Asia: ut docet Vale. Lauticia & immodici sumptus: & omnia nō necessaria uoluptatis genera fluxerūt. Sic & Liui. li. ix. de bello macedonico: luxuriae peregrinae origo ab exercitu asiatico in urbē inuecta est. Rhodos autē ísula est maris Lycii cognominata: ut diximus i. vi. Satyra. a Rhodo Neptuni filia ex sorore Telchinū. Lycia autē pars est Asiae. ¶ Vnctaq̄ Coríthū: pīguem: & locupletissimā: ac pinde uoluptatibus: & luxuriae obsequētem. Nā pecunia: ut docet Thucydides lib. pri. Præpotēs fuit: ut etiā ab antiquis poetis demonstrāt locuples opidū cognominātibus. Eā etiā scribit Strabo libro viii. Locupletissimam fuisse: ibiq̄ emporium fuisse mercatoribus: illud undiq̄ mercimōia cōuehētibus unde Vectigalia pendi ingētia contigebat: ueneris ét réplū ade o locupletatū extitit: ut supra mille deæ pstitutas puellas caperet: quas ueneri uiri: mulieresq̄ adixerūt: ppter has igiur frequens in urbem multitudo: turbaq̄ conueniebat: unde ciuitas mirū in modum: ditabatur. Naute etiam leuiter sumptus facti/tantes absumebant: Hinc uulgatū est ueteri sermone prouerbium. Nō omnium est uirorum corinthum nauigatio. sita autē est i medio isthmi. ¶ Resinata: expilata. Arborum: ut scribit Pli. li. xiiii. ex quibus manat succus: aliae picem: aliae resinam mittunt. Resina autem pillos e corpore hominum euellebāt. Quod: ut turpissimum notat Plinius eodem libro his uerbis: pudetq̄ cōfiteri maximum iam honorem eius esse in euellendis e uirorū corporibus pilis. Ergo resinata: glabrata: cuius crura sunt depilia: & mollia. ¶ Leuia: expilata: nam leue appellamus priore producta sine pilis. Macrobius. Leue autē est mulierum corpus: quasi naturali frigore denseturIuuena. Et iam leue caput. ¶ Horrida uitāda est hispania: nulla iquit iniuria lacessenda est hispania. Nā romanos impetus sæpe sustinuit. Numantini enim multos imperatores cum exercitibus profligarūt primo. Qui Pompeium: deinde. M. Pompilium: postea Hostilium Mancinum: quod bellum uicesimum perdu tauit annū. Et postremo quum ipsi a Scipione obsessi ad extremam necessitatem eēnt redacti: ne in romanorū potestatē peruenirēt: res omnes in forum collatas cum uxoribus & liberis incēdio absumpserūt: seq̄ omnes igni superiecerūt. ¶ Horrida: inculta: & delicarū aspernatrix. ¶ Vitāda est: qa se ulciscetur. ¶ Gallicus axis: .i. gallia: quae in continuo armorum tumultu uersatur: & inqua subiuganda Cæsar decē cōsumpsit annos: & nunc imperii Romani frena recusat: nam temporibus Vitelii & Vespasiani tumultum excitauit armorū. ¶ Illyricumq̄ latus. Illyrii autore. Laflor. sub extremis Alpium radicibus agūt inter Arsiam gentem liburnorū. Titiumq̄ flumen longissime per totum adriani maris littus effusi. Pli. hb. iii. ostendit illyricum Macedoniā: pānonia: & Noricis terminari. ¶ Parce & messoribus illis: aphros intelligit unde romam frumēta multa mittebantur Pli. li. v. scri. in Aphrica regione esse. ccl. M. passuū fertilitatis eximiae cū cētesima fruge agricolis fœnus reddente terra. ¶ Circo: satyrice dictum. i. ludis circēsibus: & Scænicis: quibus tota ciuitas uacabat unde & alibi indignatur poeta. Si potes auelli circēsibus: & alibi. Atq̄ duas tātum res anxius orat. Pannū: & Circēses. ¶ Quāta āt inde feres: q̄si dicat modica: cū interrogatione legēdem. i. minima erūt aphris: quae abstuleris: quum iam a Mario prisco sint spoliati. ¶ Inde: ab aphris: nā precessit messoribus illis: sequitur deinde: quum marius discixerit aphros. ¶ Marius. i. prisCus: de quo satyra pria. Exul ab octaua marius bibit. ¶ Discinxerit: spoliauerit: tractū ab is: q uestimēta alicui ablaturi Zonā dissoluūt. ¶ Curandū i primis. Curādū inquit est: ne cuiq̄ magna fiat iniuria: sed pcipue fortibus: & pauperibus: qa tales facile ad uidictā accenduntur. ¶ Fortibus: & miseris: utrūq̄ enim ad uindictam est ualidū: nam ubi fortis se ab alio sentit iniuste opprimi. Iniuriam æquo animo ferre negt. ¶ Tollas licet oe. s. facere nō poteris: quin arma relinquant: quibus se uidicēt. Licet reliquis bonis fuerint spoliati. ¶ Quod mō. ppositū: ego dixi de puicialiū uindicta. ¶ Nō est sententia: nō est: q tātū modo ego ita sentiā: sed ē Sibyllae uaticiniū: ut ab auctoritate sit suasio: ut dicat credēdū eē ex illatis iniuriis puicialibus: & sociis: eos ab Romanos ipio defecturos. Sētētiā igt Quiti. uocauerūt: qđ aio sensissēt. Sētētiā ét dicius oratione generalē pnūciatione cōtinētē: q uel hortat: uel demōstrat: ut Inscitia ē cōtra stimulū calces.

Resina

Sētentia

¶ Folium Sibyllae. Sibylla i foliis responsa dabat scripta. Verg. Foliis tantū ne carmina manda. Hoc etiā apud priscos: ut scribit Pli. seruatum est ante usum chartarum: ut in foliis Palmarum scriberent. ¶ Sibyllae: nomē ē non pprium mulieris: sed officii σιουσ enim deos Eoles appellant: & βουλη cōsilium quasi dei consiliū: hoc est: quae mentem & cōsilium dei scire uiderent: futura. n. pdicebant: fuere aūt: autore Varrone: ut scribit Lactātius: decē. ¶ Si tibi sancta cohors: ordo est. Tūc licet a Pico numeres genus tuū: si tibi ē sancta cohors: ut sit sensus: patiar te ostētes generosū: origie deducta; uel a Pico: si nemo Acersecomes. i. nullus libertus tuus uēdit tribūal. i. iudicia & sentētias. ¶ Acersecomes: capillatū significat dictio ē graeca: ab a q̄ ē sine: & κειρω tōdeo cuius futurū secūdū Eoles est κειρσω & κομα coma inde Acersecomes i tōsus comā: quales pueros Rōani: ut scribit Seneca: in delitiis habuere. Appellatus ē ét Apollo Acersecomes q intonsus sēper esset: estq̄ peculiare Appollinis epitheton: q nunq̄ radii possūt a frōte lucis auelli. ¶ Crimē in cōiunge: subaudi ē: nā sæpe pfecti uxoribus obsequētes: iniqs sententias ferūt. ¶ Celæno. i. si auaritia tua tanq̄ altera celæno arpya nō parat ire p cōuentus (Nam Arpyae fingunt a poetis rapaces: & sordidae fuisse & tres sorores) κελαινοσ autē apud nos significat obscurum: & tenebrosū. ¶ Conuētus: q̄tuor modis itelligitur: uno modo quū quēlibet hominē ab aliquo conuentū dicimus. Alio quum significat multitudo ex cōpluribus hominū generibus in unū cōtracta locū. Tertio quū aliquē in locū frequētia hoium supplicationis: aut gratulationis cā cōgregat: quarto quū a magistratibus iudicii causa populis colligit. Hoc igit loco Iuuena. de locis: ubi a magistratibus iudicii causa populi prouinciae congregabantur. In hispania autē erant cōuētus quattuor statuit p rectores prouinciae ad iudicia facienda. Gaditanus: Cordubēsis: Actysitanus: & Hispalensis: unde Suetonius in Cæsare. Quæstori ulterior hispania obuenit: ubi cum mādato reipubli. iure dicendo cōuentus circumiret. ¶ Apico: qui primus rex aboriginū fuit: & Fauni pater: Saturni uero filius. Ver. Isq̄ parenté. Te saturne refert: tu sanguinis ultimus autor. Ergo a pico tanq̄ ab antiqua: & nobili pgenie. De pico Ouidius lib. xiiii. meta. & in fastis. Item Dionysius li. primo antiquitatū italiae meminerūt. ¶ Alta nomina: sublimia: & fortium uirorū. Sic Statius in Thebaide nomina ingētia dicit. i. nomina uirorū magnorū: & forcium. Quorumq̄ ingētia tellus. Aonis & Tyriae suspirāt nomina matres. ¶ Omnē pugnā titanida. i. ipsos titanas: q aduersus deos pugnauerūt: lege Ouid. & Higiniū. ¶ Ipsumq̄ pmethea: quasi qui antiquissimus fuerit. Deucalionis enim Thessaliae regis fuit pater: quo regnante fuit diluuiū illud cantatissimum. Hunc pmetheū antiquitas cōmēta est primū fuisse: qui ex limo hominē finexerit: quem in fuso igne cælesti ex solis rotis subrepto animauerit: unde Fulgentius prometheum dicit esse appellatum προ μηθειαq̄ quasi prouidētem uirum. Huius meminit & Higinius. ¶ Proauum: maiores tuos. Ouidius Et gēus: & pauos: & regia noīa iactas. ¶ De quocunq̄ libro. i. de omnibus iis: de quibus scriptores tradiderunt: neq̄ enim nobis scire liceret: qui egregii: fortesq̄ fuissent: nisi scriptorum monumenta extarent: ergo bene ait de quocunq̄ libro. ¶ Quod si pcipitem. Ordo est. Nobilitas ipsorū parentum incipit stare cōtra te: si ambitus rapit te pcipitem. Sensus est. Si male inqt uixeris nobilitas tuoz maiorū tibi obest: quia efficit: ut eoz splēdore ab omnibus cognoscaris: q si humili loco natus esses: non ita oībus esses notus. ¶ Ambitus: Ambitū pro ambitione posuit. Est. n. ambitio honoris cupiditas. Sallustius. Sed a quo icepto studio me ambitio mala detinuerat. ¶ Atq̄ libido. Vsus ueneris: quo nihil turpius est homini: quo. n. id ui penetrauit: iniuria ibi dominat: infamia flagrat. ¶ Frangis uirgas: si crudelis es in socios: quibus pes. Nā sex lictores pcedentes prætorem sex uirgarū fasces cum securibus colligatos gestabāt. Duodecim autē consules. Eæ autem erant Ex Betulla: unde inqt Plinius. Betulla terribilis magistratum uirgis. ¶ Incipit ipsorum contra te stare. Nobilitas inqt tua tibi nocet: facit. n. ut scelera tua omnibus nota sint uidetur aūt hoc sumptū ex Sallustio in iugurthino: q sic scri. Maioz gloria posteris lumē ē: neq̄ bona: neq̄ mala eorū i occulto patitur. ¶ Præferre clarā facem pudēdis: & scelera tua oībus nota facere: nam eorum fama: & splendore tanq̄ face præcedēte facta tua illustrantur: & nota fiunt. ¶ Omne animi uiciū. Sensus est: omne inquit hoīs uiciū tāti oībus notius est: quāto ipse: q cōmittit est illustrior: ut sit pcedētis sentētiae confirmatio. ¶ Tanto conspectius: tāto euidētius: & qđ cōspici possit. ¶ Quo mihi te solitū. Sensus est: qd opus est te iactes: & nobilem te prædices si falsa testamēta solitus es signare: quod hominis est sceleratissimi: ut doceat nobilitatē ex bonis moribus censeri. Subaudiendū igitur est iactas: ut sit. Quo ad qd te iactas: ita dictum: ut illud Ora. Quo tibi tulli sumere depositū clauū fieriq̄ tribúo: & alibi. Quo mihi fortuna: si nō cōcedit: utibis āt repetit quo ad maiorē idignationē exprimendā. ¶ Signare: obsignare annulo: unde alibi. Signator falso q se lautū atq̄ beatū. Exiguis tabulis: & gēma fecerat uda. Trāquillus i Cæ. Quū qd p iocū testādi gratia signarēt. ¶ Falsas ta. falsa testamēta. Vlpiáus de testamētis: signatas tabulas accipi oportet & si tabulae litheo: quo iuolutae sūt signa ipsa fuerit. Trāquillus i Nerōe. Tūc primū reptū: ne tabulae: nisi ptusae ac ter lino p foramia traiecto obsignarent.

Sibylla

Acersecomes

Cōuentus

¶ In templis quæ fecit auus: ibi enim sæpe signabant: ut ostenderent fidem religione maxime cõstringi. ¶ Auus: ideſt maiores tui: quasi dicat: quæ illi per uirtutem: nec sine ingenti gloria fecerunt: tu tuis flagitiis dedecoras. ¶ Statuam q parentis: ante triumphalem: ita dictum: sicut & ante. Ante Numantinos si dormire icipis ortu Luciferi quo signa duces: & castra mouebant. ¶ Si nocturnus adulter. Si tempore nocturno scortaris cõtecto capite cucullo Santonico. Est autem Cucullus genus uestimenti gallici: qui etiam cõpositio nomine a bardis gente gallica dicitur bardo cucullus: & bardiacus cucullus: de quo plura dicemus i ultima satyra illic. Bardiacus datur iudex &c. De eo Alibi poeta. Illa iubet sumpto Iuuenem properare cucullo. ¶ Santonico: gallico. Martialis. Gallia Santonico uestit te bardo cucullo. Santones enim populi sunt Aquitaniæ ad oceanum uersi: quæ est tertia pars galliæ. Strabo li. quarto. Tybullus. Et oceani littora Santonici. ¶ Præter: iuxta. ¶ Damasippus: equorum domitor interpretatur: Δαμαζω enim domito ιππος equus: per Damasippum autem quemcũq nobilem taxat. Nã temporibus Neronis multi a claris maioribus oriũdi aurigare in gratiam principis didicerunt: qui ut est apud Tranquillum: eodem studio tenebat. Hos igitur ut turpi studio fœdatos fugillat: ostendens tale haud quamq esse nobiles: nam poeta non modo sui: sed & superiorum temporum uicia insectatur: latenterq Neronem tangere uidetur. ¶ Ipse: habet emphasim. ¶ Stringit: cohibet: ne recurrat. ¶ Sufflamine: sufflamen id est: quod rotæ in descensu: uel nimio procursu opponitur: ne aut recurrat: aut nimium procurrat: pro mora posuit i ultima satyra. Nec res atteritur longo sufflamine litis: a quo uidetur: & uerbum sufflaminare formari. Nam Augustus Cæsar sufflaminandus participio usus est: ut docet Seneca sic. Acherius noster sufflaminandus est: adeo non currere: sed decurrere uidetur: uoluit enim ostendere miram illi fuisse eloquentiæ uelocitatem. ¶ Nocte quidam: uerba Damasippum excusantis: cui respondet poeta: sed luna uidet: & sydera testes oculos: intendunt. ¶ Finitum tempus honoris quum fuerit: eo inquit Damasippus impudentiæ deuenit: ut non dubitauerit finito consulatus sui tempore palam: & media luce auligare. ¶ Tempus honoris: ideſt consulatus. ¶ Flagellum: ad agitandos equos. ¶ Ac uirga prior annuet: prior amicum salutabit citra omnem pudorem: uel quod melius est: annuet prior uirga ipsis iumentis: ut cum sequentibus coniungantur. ¶ Manipulos soluet: syncope pro manipulos: ideſt fasciculos fœni: sic & Ouidius libro secundo fasto. Pertica suspensos portabat longa maniplos. Inde maniplaris nomina miles habent. ¶ Interea dũ lanatas: dum sacrificia inquit peragunturi: in quibus oues: & iuuenci mactantur ante aras iouis moræ numæ qui plurima (ut scribunt Liuius: Plutar. Diony. & Pli. de uiris illustribus) sacra instituit: iurat interea solã Hippo tanq stabulariorum deam: quæ equis præsit: & agasonibus. ¶ Lanatas: oues. ſ. lurat solã Hippo: tanto inquit studio tenetur aurigandi: agendiq iumenta: ut etiam per Hippo: quasi per numen peculiare agasonum: sibiq maxime colendum iuret: erit igitur accusatiuus græcus Hippo: triplicem enim habet iflexionem in accusatiuo: ut Hipponem: Hipponam: & Hippo dicamus: ut dicimus Didonem & Dido: Manthonem & Mantho: Saphonem & sapho: Ouidius. Miseramque relinquere Dido: nam uersus aliter nõ staret: aut reuera Hiponam tantum dicemus: nam sic in multis legitur codicibus: Hipponã: & facies olida ad præsepia pictas tolliturque illud solam. ¶ Hippo: deam: quam Stabularii colebant: ut ostendit Apuleius libro tertio metamorphoseos his uerbis. Respicio pilæ medio: quæ stabuli trabes sustinebat: in ipso meditullio Hipponæ deæ simulachrum residens ædiculæ: quod accurate corollis roseis recentibus fuerat ornatum. Qui & florentissimus Tertullianus in apologetico de eadem sic. Vos tamen non negabitis: & iumenta omnia: & cunctos canterios cũ sua Hippona coli a uobis. ¶ Et facies pictas: scilicet ipsius deæ hipponæ: ut intelligas plures imagines deæ: quæ in stabulis pingebantur: tanquam deæ iumentorum agasonumque præsidis. ¶ Sed quum peruigiles: aliud in nobilitate insectaſ flagitium: q scilicet absque ullo pudore: intermissa aurigatione: popinas frequentent. Est ergo Sensus. Quum nobilis Damasippus in popinas descendit: statim adsunt unguentarii qui eum uenientem blande excipiant: atque salutent. ¶ Placet: ipsi nobili. ¶ Instaurare: repetere: ac per hoc ostendit frequenter ab eo fieri. ¶ Peruigiles: ideſt noctu dieque patentes propter multitudinem confluentem. ¶ Popinas: loca sunt desidiæ: luxuriæque apparata: ibi enim commesabantur: cæteraque faciebant: quæ intemperantiæ sunt: qui in ea uersabantur popinones sunt appellati. ¶ Syrophœnix: unguẽtarius: fictum est nomẽ ex syria & phœnicia: nam illinc unguenta præciosa mittebantur: optimiq unguẽtorum cõpositores. ¶ Vdus: ideſt profluens undique exnimia unguentorum attrectatione. ¶ Amomo: ideſt unguento ex amomo. Est enim amomum genus fruticis proueniens in parte Armeniæ: quæ uocatur ocene: & in media: & in ponto: ex quo unguentum optimum fit: unde Plinius de unguentis scribens sic tradit. Omnia autem acutiora fiunt cõsto: amomo: quæ maxime nares feriunt.

cucullꝰ

santiones

In templis: quæ fecit auus: statuaq parentis
Ante triumphalem: quos si nocturnus adulter
Tempora santonico uelas adoperta cucullo:
Præter maiorum cineres: atq ossa uolucri
Carpento rapitur pinguis damasippus: & ipse.
Ipse rotam stringit multo sufflamine consul.
Nocte quidẽ: sed luna uidet: sed sydera testes
Intendunt oculos: finitum tempus honoris
Q uũ fuerit: clara damasippus luce flagellum
Sumet: & occursum nusquã trepidabit amici
Iam senis: ac uirga prior annuet: atq maniplos
Soluet: & infundet iumentis hordea lassis.
Interea dum lanatas: torquemq iuuencum
More numæ cedit iouis ante altaria: iurat
Solã hippo: & facies olida ad præsepia pictas.
Sed quum peruigiles placet istaurare popinas.
Obuius assiduo syrophœnix udus amomo

Sufflamen

Hippona

Popinones

Amomum

¶ Incola portæ idumeæ: hoc est: qui domi suæ incolit portas syrias. Nam Idume pars est syriæ: ut scribit Iosephus libro primo: & Strabo libro decimosexto. Plinius libro quito qui ita tradit. Qui subtilius Syriam diuidũt circum Euphratẽm Syriam phœnicem uolunt: & esse oram maritimam syriæ: cuius pars sit Idumæa: & iudææ: poeta igitur portam idumæam intelligit portam syriam. Nam in syria oppidum Rhosos est: & a tergo portæ: quæ syriæ uocantur: interuallo Rhosiorum montium & Tauri: bene ergo ait incola portæ idumeæ: quum idumæa: ut dixi: pars sit phœnices: unguentariusq sit ex syria phœnice. ¶ Hospitis affectu: ideſt salutat & appellat dominum: & regem blandiendo ex affectu ipsius hospitis: qui ita gaudet salutari: hoc autẽ ex ueteri consuetudine: ut docet Seneca libro q scri. Priscos solitos fuisse: quoties homini ignoto occurrent: eum dominum: & regem appellare: idq genus blanditi̇ quoddam erat: & honorifica appellatio Mart. libro primo. Quum te non nossem dominũ: regemq uocabam. Quum bene te noui iã mihi priscus eris. Idem libro. ii. Quod te nomine iam tuo saluto. Quem regem & dominum prius uocabam. Ne medixeris esse contumacem. Augustus: ut scri. Tranquillus: & Tertullianus: meminit se neca liberis: nec a feruis: uel ferio: uel ioco dominum passus est appellari: atq eiusmodi blanditias etiam iter ipsos prohibuit. ¶ Et cum uenali: adest inquit nõ solum unguentarius: sed & mulier: quæ uinum uẽdit quæ iisdem uenientem blanditiis nobilem excipit. Cyane autẽ est nomẽ mulieris uersantis in popinis: eiusdem nominis est. Mulier in nympham conuersa in Sicilia: & item alia Meãdri fluuii filia mater cauni & Biblidos: autor Oui. in meta. ¶ Succincta: administrandum. ¶ Venali lagœna. i. uino uenali: nam lagœna: ut diximus supra: est uas tam uinarium q aqrium: ostendit igitur poeta homines illic & ungi: & potare. ¶ Defensor culpæ: occurrit his: q possent obiici a criminis defensore: & ipsos aliquando in iisdem erroribus uersatos: ut dicat uerum quidem esse: q & ipsi in adolescentia sua peccauerint: sed erroribus suis non nimium immoratos: ut moneat: si plærũq per ætatis imbecillitatem: aut fragilitatem humanam in aliquod qs uicium prolapsus fuerit: ab eo celeriter recedendum. ¶ Fouisti errorem: ideſt tenuisti. ¶ Breue sit: attende sententiam: innuit poeta: cuius uis hominis esse ut erret: sed nullius nisi insipientis in errore perseuerare. ¶ Indulge ueniam: debes inquit pueris: & adolescentibus talia propter ætatem perpetrantibus ignoscere. ¶ Sed Damasippo ignoscendum nequaq est: qui iam est ætate prouectior: & iam grauioribus negociis aptus. ¶ Damasippus inquit: p quẽ intelligit: ut diximus: unũquẽq nobilem: non erubescit se in popinas & Thermas ad potandum demittere: ibi. n. hoies tantũ flagitiosi: uilissimiq uersabant: unde cũ emphasi ẽ pnũciãdũ ad illos calices Thermaꝝ: q si ad illas potiões: quibus fœdissimi homines inebriãtur. ¶ Inscripta lintea. i. fudaria thermaꝝ: quibus detergebantur: quũ sudassent. ita. n. a uarietate texturæ appellabantur: qua uidebantur inscripta: & picta. ¶ Maturus bello Armeniæ: ea ætate: ut aptus sit ad tractanda bella. ¶ Armeniæ: bene aũt Armeniam noiat. Nam imperante Nerone Armenia nouos excitauit Tumultus. ¶ Illuc missus Corbulo: Megistanas: qui primi defecerãt: pepulit sedibus. Castella eorũ excindit: plana: edita: ualidos ualidosq pari metu complet. Tacitus. Armenia finitima est Cappadociæ: dicta Ab armeno Iasonis comite. ¶ Syriæq tuendis amnibus: quales sunt Euphrates. Tigris & Orontes: sunt enim amnes Syriæ. ¶ Et Rheno ſ. tuendo: fluuius est Rheticarum. Alpium qui iacesso & præcipiti uertice ortus: modico flexu in occidentẽ uersus: germaniã a gallia separat: septẽtrionaliq oceano miscet. ¶ Istro: is ẽ: q & Danuibus noiatur: quẽ iccirco Papinius in Syluis: uocat binominẽ: ex uertice mõtis Arbonæ effusus plures adit populos: donec i põticũ mare sex erumpit meatibus. ¶ Mitte hostia Cæsar. Locus hic duobus modis põt explicari: ut si sensus. O Cæsar: si Damasippum ad bella gerẽda es missurus mitte hostia eius. i. noli qrere Damasippũ i sua domo: qa illic non inuenies: sed quære illum in popinis ubi quottidie uersatur: itẽ sic. O Cæsar: Damasippũ potes mittere ad hostia Istri: & Rheni: quia iam ætate est grauis: sed si uis eũ inuenire accede ad popinas: nam ibi est frequens ut sit manifesta irrisio nobilitatis. ¶ Legatum: legatus p oratore põit. Legatus itẽ dicit: qui in exercitu secundã post imperatorẽ obtinet dignitatem: ut hoc loco. ¶ Sãdapilarũ: feretrum est Sãdapila ad mortuos efferendos: in q non nobilium: sed plebiorũ tantũ: atq damnatorũ cadauera portabant: autor Fulgentius: unde Trãquillus sic de Domitiãno iterfecto. Cadauer eius populari sandapila p Vespillones exportatum. ¶ Tympana cessantia. i. iter gallos facerdotes cybeles: quia a suis per urbem bacchationibus: & discursibus cessant: & in popinis secedunt. ¶ Galli: sacerdotes cybelei. De gallis illic diximus apud Persiũ. Tũc grãdes galli. Dicti sunt Plini. Festo: & Oui. a gallo phrygiæ fluuio cuius aquam potantes reduntur insani. Martianus etiã tradit ab hoc fluuio: ministros matris deum gallos dictos. Tradunt scriptores hos spiritibus afflatos: & in armorum agitatione tumultuosa: & cum strepitu: & fragore: cymbalisque ac tympanis: & armis: item etiam tybiis uociferationibus inter sacrificãdũ stupefaciẽtes: inq ministrorũ habitu publica mõ quodã sacra factitãtes. ¶ Resupinati: ut occiosi: & ebri.

Idume

Portæ syriæ mos priscus salutãdi

Armenia unde

Rhenꝰ Ister

Sandapila

Galli

Vnde

¶ Aequa ibi libertas: indifferenter omnia illic aguntur:ut alicuius nullus sit respectus:sed omnes pari modo habeantur. ¶ Lectus:discubitorius:scilicet. ¶ Remotior:separatior in loco abstruso. ¶ Quid facias : si tale inqt nactus sis seruum:hoc est tam flagitiosum:quam est nobilis ille uitiosus:quid facias de illo:ut sit sensus:illum statim a te reiicias:mittasq ut neq hominem in ergastula. Sed uos inquit nobiles uobis ignoscitis: neq quicq̄ uobis turpe putatis:q non recte facitis:quasi dicat deberetis in uici animaduertere:taliaq delicta nō pati. ¶ In lucanos:nam frequentia erant ergastula in Lucania:& Ethruria. Martialis libro octauo. Et sonet inumera cōpede tuscus ager. ¶ Lucanos:lucāi populi sunt Italiae qui littus Thuscum attingunt : mediterraneamque plagam tenentes supra tarentinum sinum incolunt. Brutiis contermini sunt. Lege Strabonem in sexto. ¶ Ergastula. De ergastulis abunde diximus in sexto satyra. ¶ At uos troiugenae. Satyrica irrisio: idest nobiles:qui ex sanguine troiano iactatis originem uestram duci. ¶ Vobis ignoscitis:si quid īquit turpiter facitis:uobis ignoscitis:putatisq uobis id licere : qd' in Cerdone & paupere damnaretis : si admitterent. ¶ Cerdoni:ignobili:& humilimae cōditionis. Nam Cerdones dicuntur qui artificio:& lucro uictum q̄rūt. Nam κερδος significat lucrū. ¶ Volesos:& Brutos:per hos omnes nobiles intelligit : fuerunt enim Romani ciues antiquissimi Volesi originem ex:sabinis duxerūt:temporibus Romuli in urbem recepti. Nam Tacius rex Sabinorum post pactiones factas cum Romulo:ut aequa potestate:paribusq honoribus in urbe roma maneret:ipse & cum eo tres uiri ex illustribus familiis romae permanserunt Valerius uolesus : & talus cognomine tyrannus:& ultimus Metius Curtius is:qui armatus lacum nando se transmisit:& cognati & clientes gentiles numero haud pauciores centum. Quid si nusquam adeo. Sensus est. Nobilitas romana adeo est flagitiis contaminata nostris temporibus ut etiam:si foeda sunt:quae commemoraui:spurciora tamen etiam supersint:quae facit. Sicque probat per exēplum eiusdem Damasippi:per quem unum quemque nobilem intelligit:etiam turpiora fieri : q̄ quae supra ēt sint commemorata. ¶ Quid:scilicet dicas. ¶ Consumptis opibus:in eos enim inuehitur nobiles: q opibus per luxum consumptis:ad artem scaenicam descenderunt:ut pro histrionibus in scaena fabulas ageret:quod erat hominum uilissimorum:& infamium:multi etiam ad gladiaturam: quod extremae erat infamiae se conferebant:quod notat poeta in satyra. xi. illic. Nam dum ualida & iuuēilia membra sufficiunt galeae. ¶ Suppario: arti scaenicae. Nam Supparium:ut scribit Festus:mimici genus fuit ueli. De quo sic & Dona. in Terentium : pro auleis sipparia posterior aetas accepit. Est autem mimicum uelum:quod populo obsistit:dum fabularū actus commutatur. De eo sic meminit Apule. i. meta. Oro te inq̄ auleum tragicum dimoueto: & sipparium Scaenicum complicato:& item:auleo subducto & complicato:& complicitis sippariis scaena dispōitur. Seneca ad serenum de Tranquillitate uitae. Publius Tragicis comicisq uehementior ingeniis:quotiens inimicitias: ineptias & uerba ad summam caueam spectantia reliquit. Inter multa alia cothurno non tantum suppario fortiora. Cice. de prouinciis consularibus. ¶ Itaq ille alter:ut ipse est homo doctus:& a suis graecis subtilius eruditus quibuscum iam ī exedra helluatur: antea post sipparium solebat. ergo locasti uocem damasippe Suppario. i. ludis scaenicis uocem tuā mercede locauisti. ¶ Phasma:graece uisio latine nomē fuit fabulae Catulli poetae forte temporibus Iuuena. quemadmodum & Menandri : unde. Terentius. Idem Menandri phasma nunc nuper dedit. Illic namq adolescens ut scribit Do. est introductus:qui aspectu pulchrae uirginis: ueluti numinis uisu perculsus exhorruit:nomē igitur fabula sortita est ab euentu rei:q uisa fuerit puella ueluti dea: φαινεσκω enim idem est:quod appareo: Phasma item ponitur pro portento:aut saepe apud Herodotum. Tale inquit Phasma apparuit in graecia:in ea igitur fabula:aut uisio alicuius rei : aut monstra repraesentabantur : in quibus magno esset opus clamore:unde clamosum dixit poeta. ¶ Laureolum uelox etiam iquit Lentulus:uelox bene egit laureolum:estque risu satyrico adiuuandum:ut ostendat:non modo unum nobilem : sed multos ludis Scaenicis contaminari:optimeque fabulas tanquam peritos mimos agere : unde mira urbanitate ait: etiam Lentulus bene egit:idest bene se quidem in actione fabulae gessit. ¶ Lentulus : nomen proprium nobilis : qui & ipse fabulam laureolum egit in scaena. Nam Laureolus Tragoedia fuit:quam Neuius scripsit autore Gellio in carcere: dicta a laureolo : qui in ea introducebatur : sublatus ob scelus in crucem : hanc fabulam : ut alias multas Domitianus repraesentauit:ita ut qui ageret:uera non falsa cruce penderet . Martialis libro primo Nuda Caledonio sic pectora praebuit urso. Non falsa pendens in cruce Laureolus. Lentulus igitur nobilis Roma. eam egit pro Historione:ita ut non uera tamen cruce pependerit : quemadmodum debuit : ut ait Iuuenalis quando non erubuerit pro histrione in scaenam descendere. ¶ Velox : mira strenuitate. ¶ Dignus uera cruce:ex stomacho dixit poeta:dignus erat inquit qui uera cruce & non ficta penderet : quandoquidem histrionam faceret. ¶ Nec tamen ipsi ignoscas populo. Non solum inquit haec in nobilibus non sunt ferenda:quae faciunt:sed ne populo quidē ignoscendum:qui haec sine pudore spectat. ¶ Durior frōs:quia nullo afficitur pudore:in frōte enim est sedes pudoris:unde extat ,puerbiū:ut quū qs pudorē amiserit:dicat frontem perfricuisse. Quinti. pfrica frontē : & dicte digniorem:qui praetor fieres:q̄ Catonē. ¶ Huius populi: q̄si qui altiora curare deberet.

Lucani · **Cerdones** · **Volesi** · **Supparium** · **Phasma** · **Laureolus** · **Perfricare frōtem**

Aequa ubi libertas:communia pocula:lectus
Non alius cuiquam: nec mensa remotior ulli.
Quid facias talem sortitus pontice seruum?
Nempe in lucāos:aut thusca ergastula mittas.
At uos troiugenae uobis ignoscitis: & quae
Turpia cerdoni uolesos brutosq decebunt.
Quid:si nūquā adeo foedis: adeoq pudendis
Vtimur exemplis:ut non peiora supersint?
Consumptis opibus:uocem damasippe locasti
Suppario:clamosum ageres ut phasma catulli.
Laureolum uelox etiam bene lentulus egit.
Iudice me dignus uera cruce:nec tamen ipsi
Ignoscas populo:populi frons durior huius

Qui sedet:& spectat triscurria patriciorum.
Planipedes audit fabios:ridere potest qui
Mamercorum alapas:quāti sua funera uēdant
Quid refert? uendunt nullo cogente nerone.
Nec dubitant celsi praetoris uendere ludis.
Finge tamē gladios ī de:atq hinc pulpita pone.
Quid satius:mortem sic quisq exhorruit:ut sit
Zelotypus thymeles: stupidi collega corithi?
Res haud mira tamē:citharoedo pricipe natus
Nobilis:haec ultra: quid erit nisi ludus? & illud

¶ Qui sedet & spectat:qui sustinet cedere:& spectare. ¶ Triscurria:noua uocabuli compositio:per quā signat nimiam : & maximam patriciorum scurrulitatem: a tris & scurra. Nam tris & ter pro superlatiuo graeci & latini usi sunt. Plautus in rudente. Tunc trifurcifer mihi audes inclementer dicere? Idem in Bacchidibus. Vt pergraecetur tecum triuenefice. i. maxime uenifice: & maxime furcifer : unde dicimus & Trimegiston mercurium : quasi ter maximum: μεγιστος enim maximum significat. Martia. lib. vi. Hermes omnia solus & ter unus. i. trimegistus. ¶ Patriciorum:nobiliū:de uocabuli significatu diximus prima satyra. Illic patricios oēs opibus:quum prouocet unus. Fabios planipedes. i. nobiles:quales fuerunt fabii recitantes comedias Planipedias:de comediis diximus satyra prima. Illic recitauerit ille togatas. ¶ Mamercorū alapas. i. qui potest ridere:& spectare mamercos nobiles:qui in scaena alapas:& alia flagra patebant in agendis fabulis: sicuti & latinus Mimus:qui ut risum spectatoribus moueret:Paniculū alium mimū percutiebat. Mart. Hesterna factum narratur posthume coena. Os tibi praecisum quanto non ipse latinus. Vilia panniculi pcutit ora sono. Idem lib. v. O quā dignus eras alapis mariane latini. Te successurū credo ego panniculo. Mamercorum autem alapas possumus intelligere: aut quas ipsi aliis incuterent:aut quas ipi paterent. Mamercorum familia antiquissima fuit: quae nobilitatis principiū accepit:ab eo Mamerco aemilio:qui dictator fidenas:quū defecissent:debellauit:coepit. ¶ Quāti sua funera:nobiliū impudentiam insectatur:q & nō modo artibus scaenicis operā suam pstent:sed & in gladiaturā sponte sua descendāt in harena. Nā antea Nero quadringentos Senatores:sexcentosq equites Romanos:& quosdā fortunae atq existimationis integrae:ut Tranqllus & Tacitus scribunt:ad ferrum exhibuit. Ait igit' Iuuena. Nobiles cogente Nerone ad ferrū se tunc exhibuisse. Nunc autē nullo iubente ad id muneris descendere. Ordo est. Quid refert quanti uendant sua funera:est aūt tacita responsio ad defensores. Non sunt inquit excusandi quia digladiando magna pmia consequantur. Turpissimū enim est eis:quia sponte tali se offerunt muneri:q si coacti essent inquit poeta excusandi essent. ¶ Quid refert:quid pdest etiā: si multū lucrent tali arte foedari. ¶ Vendunt nullo cogente Nerone:hinc tota indignatio poetae est:quod non coacti id faciant. ¶ Vendere. s. sua funera. ¶ Ludis Celsi ptoris:nam praetores ludis perant:unde alibi. Quid? si uidisset praetorem in curribus altis. Extantem & medio sublimem in puluere circi. ¶ Celsi:celsus non est proprium hoc loco:ut quidam putauerunt:sed celsum expone sublimē:& sedentē in curru:quū ludis habitu triūphali praesit. ¶ Finge tamē gladios:duplici mō exponi posse uidet':ut sit sensus. Esto inquit mortis suppliciū tibi paratum sit:nisi in theatrum descendas ad artes scaenicis:nōne satius est mori q̄ ludis scaenicis foedari? Hincq maxime ostendit:artem illam scaenicam uilissimorum tantū hoīum fuisse:& infamū:unde & apud iurisconsultos lib. iii. digestorum legimus eos qui in scaena ob praemiū uersarent:& oēs qui operas suas locarint arti ludicrae:infames esse. Quod & in secūda satyra docet illic. Vicit & hoc monstrū tunicati fuscina gracchi: nam profligatissimus quisq ex iuuentute utriusq ordinis tenebatur senatusconsulto in opa scaenae areneq edenda:multiq & sponte sua:famosam illam iudici notam subibant:autor Tranquillus in Tyberio. Alius sensus est. Finge gladios ī de:atq hinc pone pulpita. i. ponamus:tibi ludos gladiatorios:& scaenicos proponi:quibus exercearis : utrum horū potius eligas:quasi dicat munus gladiatorium magis eligendum:ut minus turpe. Sicq ostendit quum uterq ludus sit inhonestus:turpiorem tamen esse scaenicū:unde bene ait:an quisq̄ sic mortem exhorruit : ut sit Zelotipus thymeles. i. an quisq̄ ita expauit ludos gladiatorios:ubi hoīes ceduntur:ut malit artibus scaenicis contaminari:hocq magis placet. Nam histrioniam & gladiaturam comparat:de utraq etiā fecit mentionem:ut ostendat iam nobilitatem roma:sine aliquo pudore in utroq munere uersari graui cum ignominia. ¶ Finge gladios:putat gladios esse:qui te confodiāt aut gladiaturā tibi proponi. ¶ Hinc pulpita. i. scaenā ipsam multis pulpitis extructā:in qua tibi ut histrioni sint agendae fabulae. Ac per hoc ostēdit mortē esse potius appetendā:q̄ pudorē amittendū:aut gladiaturā potius q̄ histrioniā eligendā. ¶ Mortē sic quisq̄: itane mortē quisq̄ timuit:ut oī prorsus pudore calcato malit in scaena uersari ,p histrione? ac si dicat:repetatq qd dictū est potius mortē eligendā:q̄ honestatē deserendā aut:ut diximus:itane gladiaturā quisq̄ extimuit:ubi mortis inest periculū:ut malit amplecti artē scaenicā. ¶ Vt sit Zelotypus thymeles:ut uelit in scaena uersari:ubi repsentat ,p histrione Latinū mimū Zelotypū Thymeles uxoris suae. Nā latinus mimus:de quo satyra prima:tēporibus domitiani tanq̄ Thymeles uxoris Zelotypus Panniculū alterum mimū alapis caedebat:ut risum spectatoribus moueret. ¶ Collega stupidi corinthi. i. socius corinthi alterius mimi. ¶ Stupidi:hebetis:& ignaui. ¶ Res haud mira tamē. s. est. Et ē sensus:nō ē tamē mirū:nobilē romanū haec facere:qa sub Nerone pricipe natus ē: q artibus scaenicis multū delectatus ē:nā ut scribūt Tacitus Tranql. & Euse. adeo cytharedicae arti dedit9 fuit:ut ī Achaia īstituerit ciuitates:apud q̄s musici agones edi solent:oēs cytharedorum coras ad ipm mittere. Eas adeo grate accipiebat:ut legatos:q ptulissent non mō primos admitteret:sed ēt familiaribus epulis interponeret. Cātāteo ne necessaria quidē causa excedere theatro licitum fuit:itaq enixe quaedam in spectaculis ferunt. Nūc poeta demonstrat philosophice:quantā perniciē moribus hoīum & ciuitatibus afferant corrupti mores principū eorumq:quorum uita omnibus tanq̄ speculū esse debet:unde illud ēt exit. Sed qd non faciet:q principis uxor? ¶ Natus nobilis. s. est. ¶ Haec ultra:post hac qd uidebimus ī urbe:nisi omnes nobiles scaenicis artibus uacare.

Mamercorum familia · **Praetorem**

Mirmillo Retiarius

¶ Vltra hæc.ſ.tempora.¶ Et illud dedecus.Sensus eſt:habes hoc etiam:q̄ in dedecus urbis maxime redundat gracchum pugnantem non armis mirmillonis:non clypeo:nō galea tectum:ſed habitu retiarii tunicati:erit q̄ appoſitio Gracchum pugnantē:dedecus autē appellat: tum q̄ artem gladiatoriam exerceat:quæ iſamis habetur:tum q̄ Mirmillo eſſe nō uult:qui tecta facie pugnat:ſed retiarius qui galerum tantum ſumit uultu aperto:ut cognoſcatur.Totaq̄ eſt hinc poetæ indignatio:q̄ gaudeat operam ſuam ſponte harenæ preſtare:& cognoſci:quaſi qui omnem pudoris rationem amiſerit:per Gracchum nobiliſſimum quēq̄ intelligit.Nā gracchoꝝ familia nobiliſſima fuit:& potens.¶ Mirmillonis:gladiatorum alter ſequuto & mirmillo: alter Retiarius dicebatur.Mirmillo ſcutum & falcem ſumebat & galeam:in cuius uertice erat effigies piſcis aduerſus quē Retiarius pugnans:quum eū inſequeretur:hæc cantabat.Non te peto:piſcem peto: quid me fugis galle?Retiarius aūt fuſcinam:& rete geſtabat tunicatus:ait igitur poeta nobiles eo inſolentiæ & impudentie deueniſſe:ut non modo non erubeſcant tecti armis in harena decertare more mirmillonis:qui tectus galea & ſcuto pugnat:ſed ultro oſa facie aperta peragant habitu retiarii tunicati:qui tunica tantū tectus dimicabat fuſcinam & rete geſtās: ut cognoſcatur:nā gaudent cognoſci.¶ Aut falce ſupina.Rerecta:quæ a mirmillone ſumebat.¶ Damnat:quia non pudet:īmo gaudet cognoſci.Tridentem.i.fuſcinā:quā habet: ut retiarius.¶ Erigit uultum:ut cognoſcatur.¶ Ad ſpectacula.i.ad ipſos ſpectatores theatri.¶ Nequicq̄:fruſtra:quum mirmillonē capere non potuerit.¶ Effudit:emiſit.¶ Dextra uibrata:dextra cōmota:& concuſſa iniiciendo rete.¶ Cedamus tunicæ.Cedamus inquit tunicæ.i.retiario homini tunicato:quū præſertim ſit ciuis:& nobilis Romanus:quod facile agnoſcas ex habitu diuite & magnifico.Nam funiculus ipſe:quo ſibi galerum capiti alligauit aureus eſt:qui ornatus non eſt pauperū gladiatoꝝ:hocq̄ totum ironicos pronunciandum:ut ſit ſenſus.Debemus inquit cedere:& locum dare nobili Romano fugienti tota harena:ut euadat ne.ſ.a mirmillone inſequēte feriatur:hocq̄ quaſi quadam cum miſeratione nobilitatis:habendus eſt inquit aliquis reſpectus ipſi nobili ut poſſit effugere manus mirmillonis ne cedat in harena.Sic etiā conſtat:ut tradit Herodianus: Cōmodo imperatori:qui in amphiteatro cum gladiatoribus dimicauit:habitum fuiſſe reſpectum a cæteris gladiatoribus Sic.n.ſcribit.Facile aūt dimicans ſuos cōpares ſuperabat:neq̄ tum ultra uulnera,pcedebat dāte unoquoq̄ manus:atq̄ imperatorem potius q̄ gladiatorē agnoſcente.Sicq̄ legendū eſt:cedamus & non credamus:aliter ſenſus non procedit:unde bene ſequitur.Ergo ignominiā.q.d.ipſum mirmillonem ex uictoria aduerſum nobilem potius ignominiā reportaſſe:quā laudem:aut gloriā:ut ſit ſenſus.Ergo mirmillo quū nō paſſus ſit Retiarium uirum nobilem fugere:q̄ſi cuius miſereri deberet:grauiorem adeptus eſt ignominiā:q̄ ſi graue uulnus accepiſſet:nam a ſpectatoribus deriſus eſt:q̄ſi qui peritus imperiū ſupauerit: hocq̄ totū ironicos in contēptū ipſius nobilis:tanq̄ qui fœdā in harena operā nauauerit.¶ Tunicæ:tunicato retiario.Nā rhetiarii tunicati erāt unde in.ii.ſaty.tunicati fuſcina gracchi.Tranql.in caligula.Retiarii tunicati qnq̄ numero gregatim dimicantis ſine certamine ullo:totidē ſecutoribus ſuccubuerant.¶ Aurea ſpi.i.funiculus ipe aureus:qui circa galerum diſcurrens ad ornatum porrigebat ad fauces:ut Galera ſub mento uincēret.Spira aūt propriæ appellat inuolucrum funis in orbem collecti.Et ſerpentē dicimus collectā in ſpirā: hoc eſt in gyrum & reuolutionē.Spirā ité dicimus circulū illū eminentē:q̄ baſi apponit.Victru.Sinaute ionice colūnæ fient ſcapus præter ſpira:& capitulū in octo partes:& dimidiā diuidat.Pli.lib.xxxvi.ca.xxiiii.In Epheſiæ dianæ primū colūnis ſpiræ ſubditæ:& capitella addita.Victru.Loquens de æde Dianæ ſic ſcribit. Et fecerunt primo columnæ craſſitudinem octaua parte:ut haberent ſpeciem excelſiorem:baſi ſpiram appoſuerunt pro calceo:capitulo uoluntas: uti capillamento concriſpatos cincinos perpendentes ornauerūt:truncoq̄ toto ſtrias:uti ſtolarum rugas matronali more demiſerunt.Spiras etiam dicimus in ligno:quum uenæ & nodi ſe conuoluerunt.Plini.lib.xvi.publicum omnium uiciū uocant ſpira: ubi ſeſe conuoluere uenæ:atq̄ nodi.¶ Longo galero.i.procero:& eminenti.¶ Secutor.hoc eſt mirmillo:qui retiarium poſtq̄ ab eo captus non eſt:inſequitur.¶ Iuſſus:a prætore:qui pōeſt ludis:& cui operam ſuam uēdidit.¶ Graccho.Nobili uiro retiario:de quo etiam in.ii.Satyra meminit.Tunicati fuſcina gracchi.¶ Libera ſi dentur: ſi poſſet inquit quod ſentit populus libere dicere:indubitanter Senecam q̄uis humili loco natum propter eius uirtutes Neroni pferret:qui nobilitatis ſuæ ſplendore uitiis obſcurauit:ut oſtendat in uirtute non in maiorum gloria ueram nobilitatem conſiſtere.Fuit aūt Seneca præceptor Neronis:& Lucani poetæ patruus:qui inciſione uenarum:& ueneni hauſtu periit.Tranql.Tacitus & Euſe.autores.Sed quum dicit libera ſi dentur populo ſuffragia inquā temporū ſuorū conditionē ſuſpirat: q̄bus ab imperatoribus occupata libertate oſa eorum nutu adminiſtrabantur:quū antea magiſtratus ſuffragiis populi crearentur:ut latius dicemus in ſatyra.x.¶ Quis tam perditus:q̄s adeo rationis egens.ſ.eſt.¶ Vt dubitet: ut non dicat Senecam Neroni præferendum.¶ Non una ſimia:qui parricidium commiſiſſent uirgis cæſi & culeo inſuti cū ſimia:gallinaceo:ſerpēte:& cane in mare:uel in,ppinquū flumen,pitciebant:autor eſt modeſtinus Iuriſconſultus lib.xliiii.digeſtoꝝ.Plautus iube hūc in ſui Culeo:atq̄ in altū deportari:ſi uis boná annonam.

Dededus urbis habes:nec mirmillonis i armis.
Nec clypeo gracchu pugnātē:aut falce ſupina
Damnat enim tales habitus:& damnat:& odit:
Nec galea frontē abſcondit:mouet ecce tridētē
Poſtquā uibrata pendentia retia dextra
Nequicq̄ effudit:nudum ad ſpectacula uultu
Erigit:& tota fugit agnoſcendus arena.
Cedamus tunicæ:de faucibus aurea cum ſe
Porrigat:& longo iactetur ſpira galero.
Ergo ignominiam grauiorem pertulit omni
Vulnere:cum gracchō iuſſus pugnare ſecutor
Libera ſi dentur populo ſuffragia: quis tam
Perditus ut dubitet ſenecam præferre neroni.

Parricidiarum ſuppli

¶ Non una:ſed multæ:ut qui multa cōmiſerit parricidia:ac p hoc multæ mortes.Parricidiū enī dicit cōmittere q̄cunq̄ manus cognatoꝝ ſanguine cōmaculat.Nero.n.ut Tacitus & Tranquillus ſcri.conſcius fuit necis Claudii:matrē Agrippinā & ſororē ſuā interfecit:autor Euſe.Octauā uxorē prius relegatā ſub crimine adulterii occidit Pompeiā duodecimo die poſt diuortiū Octauiæ in matrimoniū acceptā:ictu calcis grauidā itermit:& ægrā: Antoniā quoq̄ filiā Claudii recuſantē poſt mortē pōpeiæ nuptias ſuas:q̄ſi nouaꝝ regꝝ molitrix interfecit:Aulū plauciū iuuenem ſibi ppinquitate coniunctū iactans eū a matre dilectū:& ad ſpem īperii ſublatum.Item priuignum Ruphrium Criſpinum pōpeia natum impuberē adhuc: qa ferebat ducatus & impia ludere mergendū dū piſcaretur mari ſeruis ſuis demandauit.Britanicū fratrē ſuū per adoptionē ueneno ſuſtulit.¶ Culeus.Saccus eſt ex corio:quo ut diximus:iſuebant parricidæ.Ité nomē eſt menſuræ continentis amphoras uiginti.Priſcianus.Eſt & bis decies quē cōficit amphora nra.Culeus: ac nulla eſt maior menſura liquoris.Cato.Vbi delegeris i eius muſti culeū aquæ marinæ ueteris q̄tas binas: uel ſalis puri modiū:& eū in fiſcelā ſuſpendito.¶ Par agamēnonidæ:crimen ingt qđ cōmiſit Oreſtes quū matrē interemit:par fuit crimini Neronis:qui eodē mō Agrippinā matrē ſuā occidit:eſt aūt Agamēnonidæ genitiuus caſus.i.Oreſtes filii Agamēnonis.Sed cā facit rē diſſimilē.Sed cædes ingt Oreſtis:multū a cædæ:quā fecit Nero differt.Oreſtes.n.cām uī habuiſſe honeſtā necis mīnæ:quia ex Agamēnonē maritū ſuū:& patrē ipſius Oreſtis occidiſſet adiuta ab Aegiſto adultero:nā eū:ut alii tradiderūt:i cōuiuio ſecuri pcuſſit:unde ait ceſi media iter pocula:ut alii uero:quū ueſtē induereť ſine capitio.Neroni uero nulla fuit honeſta cā:cur matrē ſuā iterficeret.¶ Nūq̄ cātauit Oreſtes: qđ fecit nero:q nō mō romæ in agone cythariſtaꝝ contēdens oēs ſupauit:ſed & Olympia:Iſthmia:Pithia:Actia celebrās iter Cerycas tragœdos:& cytharistas coronatus eſt:autor Euſe.Tranql.ſcri.coronā ēt cytharæ a iudicibus ſibi allatā adorauiſſe:ferriq̄ ad auguſti ſtatuam iuſſiſſe:ſed & Neapoli:ubi ſæpius plures ēt dies cātauit:ſūpto & ad reficiēdā uocē breui rpe.Nec cōtētus harū artiū experimēta Romæ dediſſe:Achaiā ēt petiit:ubi maxie motus iſtituerat ciuitates:apud q̄s muſici agones ædi ſolēt:oēs cytharædoꝝ coronas ad ipm mittere.¶ Troica nō ſcri.nō dānat Neronē:q troica ſua ſcripſerit: q̄bus excidiū troianoꝝ cōtinebant:ſed qđ urbē incederit:cuius cōflagrationē ex turre mercenatica ,ſpectans Iætuſq̄ flāmæ(ut aiebat)pulchritudine:halo ſin.Illi cantauit in habitu ſcænico.i.captiuitatem troiæ:quā ſuis troicis cōplexus fuerat.q.d.nō ſcendit urbē Oreſtes ut nero:quē cōſtat ipſo tpe urbis flagrātis iniiſſe domeſticam ſcænā:& troianū ſcendiū ceciniſſe:pſentia mala caſibus uetuſtis aſſimulantē:urbē aūt ſcenderat:q̄ſi offenſus uetuſtate ædificioꝝ deformitate:& anguſtiis:flexuriſq̄ uicoꝝ.Tranql.tacitus: Euſebius:autores.Eutropius tradit Neronē urbē ſcendiſſe:ut ſpectaculi eius imaginē cerneret:q̄lis olī troia capta arſerat.Troica ſcripta a nerone fuiſſe Seruius docet illud exponēs.Et troiæ cynthius autor:cynthiū eē regē troiæ:quē in Troicis ſuis Nero cōmemorauit:idē illđ enarrās i.v. Aeneidos.Solus q paridē.Paris ingt ſcđm troica Neronis fortiſſimus fuit.Troica aūt appellauit Nero:quā Home.Iliada.Troica ēt ſcripſit Macer qđā affinis Ouidii:de quo ipſe: i ponto ſic meminit.Tu canis æterno qcqd reſtabat Homero:Ne careant ſūma troica bella manu.¶ Quid.n.Vergilius armis.Nero:quē iam.xiiii.annos tanq̄ imanem belluā:& terrificū monſtrū terraꝝ orbis ppeſſus fuerat: deſtitutus fuit initiū facientibus gallis:duce Iulio uindice:qui tum eam prouinciā proprætor obtinebat.Deſciuit & Galba in hiſpania cum exercitu.Ité Verginius Ruffus germanici exercitus ductor:qui quū Galbæ aſſenſurus nō foret:nec alii:niſi qué ſenatus delegiſſet ad imperiū.Iulius uindex idignatus:quū Galbæ faueret cōgreſſus eſt cū Verginio:a quo ſuperatus eſt & ad mortē cōpulſus:ceſis in eo conflictū uiginti milibus gallorū.Recuſauit tamē Verginius imperiū oblatū a militibus:cōſcius ſe ex æqueſtri familia ortum:ignoto patre: imparēq̄ ſe recepiſſet: tutū ſi recuſaſſet:unde extat apud Plinīū iunīorē tale diſtichon.Hic ſitus ē Ruffus pulſo qui uindice quondā.Imperiū aſſeruit non ſibi ſed patriæ.Demū enī ſecutus eſt partes Galbæ: qui Neroni imperium ademit.Ait ergo poeta:recte factum a Verginio uīdice & Galba:qui a Nerone deſciuerint: eius ſcelera ulciſcentes.Quid nero tam ſæua.Nero inquit in tyrannide ſua tam crudeli quid fecit?ac ſi dicat præter tam crudelia facta hoc eſt cædes ſuorum:& urbis incendium:quid aliud fecit?ſicq̄ interrogationi reſpondēdo:oſtendit illum etiam contra omnē imperatoris maieſtatem uerſatum eſſe in certaminibus cytharædorū.¶ Hæc opera:uerba reſpondentis.Hæc inquit q̄do me interrogas ſunt opera & artes Neronis.¶ Generoſi:ironice.¶ Proſtituī.Priſcia.ait proſtituī poſitum eſſe pro profiſti:ut ſita ſiſto.i.gaudētis ſtatui:& poni.¶ Ad pulpita peregrina.i.in ſcæna ubi multa pulpita ſunt extructa:ut docet Victru.hoc damnat:q̄ non ſolū romæ:ſed Neapoli in theatro cōplures cātauerit dies:idēq̄ ēt in Achaia pro cytharedo uerſatus ſit in certaminibus: ubi inſtituerat ciuitates:apud q̄s muſici agones edi ſolēt:oēs cytharedoꝝ coronas ad ipm mittere:eas adeo grate recipiebat:ut legatos:qui ptuliſſent:non mō primos admitteret:ſed ēt familiaribus epulis īterponeret Olympiæ quoq̄ pter conſuetudiné muſicū agona cōmiſit:ibiq̄ ēt pluriſariā aurigauit:ſed excuſſus curru:ac rurſus repoſitus quū pdurare non poſſet deſtitit ante decurſum:nec eo ſocius coronatus eſt.Deniq̄ certamina obiit Olympia.Quattuor āt certamia erāt celebratiſſima:q̄ ī græcia celebrabāť.Olympica i honorē iouis: donabanturq̄ Olympia

Pythia / Isthmia / Nemea

uictores corona ex oleastro.Pythia in honorẽ Apollinis:uictoribus corona dabat ex lauro.Isthmia in honorẽ
palæmonis:uictores coronã accipiebãt pineã.Nemea Archemoro dicata:uictoꝝ corona erat ex apio:unde se/
quitur.℣ Graiæq; apiũ meruisse coronæ.Ex græcia reuersus romã tanq̃ ingẽtẽ reportãs uictoriã:eo curru re
diit quo Augustus olĩ triũphauerat:& in ueste purpurea:distictaq; stellis aureis chlamyde:coronãq; capite ge
rẽs olympicã:dextra manu pythiã:seqntibus currũ ouãtiũ ritu plausoribus augustiãos militesq; se triũphi ei⁹
clamãtibus:isectat ergo ipm poeta:quẽ nõ puduerit:nõ mõ ro.& ĩ Italia:sed ẽt ĩ græcia locis pegrinis artibus
scænicis se fœdare.℣ Fœdo sal.scænica saltatiõe:ac p
hoc fœda: minimeq; hoĩe libero digna.℣ Meruisse
ap.i.coronã ex apio:q̃ ut dixĩus dabat uictoribus ĩ lu
dis nemeis:sicut docet Pli.lib.xix.his uerbis.Honos
apio in achaia coronare uictores sacri certaminis ne/
meæ:unde ĩnuit:& poeta ipm ĩ ludis nemeis concer
tasse.℣ Maioꝝ ef.i irrisionẽ neronis hæc dicit. Quũ
alii inqt hostiũ spolia:aliaq; uictoriaꝝ p̃mia soleãt an
te statuas maioꝝ suoꝝ collocare cũ ipsis reꝝ gestarũ
titulis:tu potes inqt o Nero ante effigies maioꝝ tuo
rũ collocare ornamẽta scænica:q̃ in recitatiõe tragœ
diaꝝ sũpsisti:& ĩsignia uocis tuæ.i.ornamẽta & præ
mia:q̃ ex cãtu tuo scænico cõsequutus es:ut p ĩsignia
uocis ĩtelligat p̃mia:q̃ accepit ex cãtu suo:hoc ẽ coro
nas & cytharã:quã ab iudicibus ad se allatã adorauit:

Gaudentis fœdo peregrina ad pulpita saltu
Prostitui:graiæq; apium meruisse coronæ.
Maiorum effigies habeant insignia uocis.
Ante pedes domiti longum tu pone thyestæ
Syrma:uel antigones:seu personã menalippes.
Et de marmoreo cytharam suspende colosso.
Quis catilina tuis natalibus:atq; cethegi
Inueniet quicquã sublimius:arma tamen uos
Nocturna:& flãmas domibus:templisq; para/
Vt bracchatoꝝ pueri: senonũq; minores.(stis.

Insignia

sicq; apte eius ĩpudẽtiã sugillat. Nã ĩsignia dicũt oĩa:q̃ sũt hoĩ ornamẽto:unde dicius insignia cõsulis uirgarũ
fasces cũ lictoribus:Annulũ ĩsigne ordinis eqstris:eo q; hoĩes ĩsigniat:ornet:& decoret.Ora.Tu quũ piectis ĩ/
signibus annulo eqstri.Romanoq; habitu pdis.℣ Effigies ma.i.statuæ:q̃ ĩ atriis cereæ in armariis ordine : ut
diximus:collocatæ ponebant.℣ Ante pe.do.p Domitii:aut patris tui : aut attaui.Nã uterq;: ut docet Tranq.

Syrma

Domitius est appellatus.℣ Thyestæ:de Thyestæ & Atreo:Tragœdiã scripserunt Varius & Sene.℣ Syrma:Tra
gœdoꝝ fuit uestis:quã pallã latini dixere:de q̃ Ora.ĩ poetica.Post hũc psonæ pallæq; reptor honestæ. Aeschy
lus Mar.Trãstulit ad satyros nr̃a thalia cothurnos. Aptasti lõgũ tu quoq; syrma tibi.℣ Lõgũ Syrma:pone in/
qt ornamẽta:habitusq; scænicos:qbus usus es ĩ agẽdis fabulis ante pedes patris tui: dictũ ãt ẽ Syrma a σηραο
qđ est traho:trahebat.n.p pulpita.Ora.Traxitq; uagus p pulpita uestẽ.Nero ãt recitauit tragœdias Canacem

Antigone

parturientẽ:Orestẽ matricidã:Oedipoden excæcatũ: Herculẽ insanũ.Tranq.autor.℣ Antigones : huius noĩs
fuit filia Laomedontis regis troianoꝝ:q̃ quũ ausa eẽt Iunoni se pulchritudĩe p̃ferre:ab ea ĩ Ciconiã ẽ cõuersa.
Fuit itẽ antigõe filia Oedipi:q̃ patrẽ cæcũ ductitauit:de hac frequẽs scripta fuerãt tragœdia:de ea & Stat.ĩ The
baide.℣ Menalippes:Diony.Halycarnaseus scri.Eurypidẽ comœdiã fecisse τησ σοφησ μεναλιππησ.i.de sa
piẽte Menalippe:ĩ q̃ comœdia Menalippe filios ĩ pr̃is stabulis exposuit:quã rẽ pr̃ pdigiũ eẽ existimãs delibe/
rauit adurere.Sed Menalippe dũ uellet filios seruare philosophoꝝ rõnibus nõ eẽ monstrũ ostẽdit.De hac for

Colossus

tasse ĩtellexit:& Varro in.ii.de re ru.℣ Colosso mar.respexit ad colossum:quẽ ut scri.Tranql.centũ &.xx.pedũ
æreũ erexit Nero ĩ uestibulo domus aureæ:q̃ statua eo mortuo:dicata fuit Soli mutato noĩe:eã fabricauit Ze
nodotus accitus e gallia.Pli.scri.li.xxxiiii.ca.vii.statuaꝝ moles turribus paras colossos uocitatas.Festus ait uo

Colossenses

citatũ eẽ colossum a colosso prio ĩuẽtore.Colossum ĩ portu suo Rhodii habuere tãta magnitudĩe: ut ĩter cru
ra naues extẽsis uelis trãsirẽt:is dicatus fuit Soli.septuagita.n.fuit cubitoꝝ altitudinis:quẽ fecerat chares Lyn
dios Lysippi discipulus.Hoc simulachꝝ post q̃dragesimũ sextũ annũ terræmotu pstratũ.Sed iacẽs quoq; mi
raculo fuit:pauci.n.pollicẽ eius amplectebant.Duodecim annis tradũt effectũ.ccc.talentis:a colosso colossen/
ses appellauit diuus paulus Rhodios:q; colossum illũ colerẽt:hoc ãt loco nõ de Neronis colosso ĩtelligit:q nõ
marmoreus:sed aereus (ut dixĩus) fuit:sed de statua Augusti.Tranqllus.n.ait sic de Nerone.Cytharã ãt ab iu/
dicibus ad se allatã adorauit:ferriq; ad Augusti statuã iussit:hoc nũc poeta Neroni obiicit.℣ Quis catilina tu.
Exẽplo Catilinæ & cethegi ostẽdit illos nõ appellãdos eẽ nobiles:q ex nobili orti genere:ĩpie atq; turpiter ui/
uunt.Nã catilina cũ.C.Cethego uiro Senatorio:& aliis nobilibus opprimẽdæ reip.cõsiliũ inierunt.Est ergo
sensus.Nihil genere tuo o Catilina:& Cethegi fuit nobilius:tamẽ nõ dubitastis pr̃iæ exitium machinari: quo
more fecerũt galli.℣ Tuis nata.tuo genere:& tua origine.Sene.ad Lucil.cõditor ille iuris hũani nõ natalibus
nos:nec noĩum claritate distinxit.℣ Vt braccha.pu.s.parauerũt:pueri bracchatoꝝ.i.posteri gallorum:q duce
Breno:relictis ob sterilitatẽ agris suis:Clusum Italiæ oppidũ obsederũt.Ad quos quũ misi fuissent ab Senatu
tres legati:q eos monerẽt:ut ab oppugnatiõe desisterẽt:ex iis unus cõtra ius gẽtiũ pcessit:& ducẽ senonũ ĩtere
mit.Quo facto cõcitati senones urbẽ ĩ festo exercitu petierũt:& fuso exercitu romano apđ Haliã fluuiũ uicto
res urbẽ ĩtrauerũt:ubi nobilissimos senũ cũ ĩsignibus honoꝝ quos qs gesserat ĩ uestibulis ædiũ sedẽtes occide
rũt.Reliq̃ iuuẽtus cũ mãlio ĩ capitoliũ fugit.ubi obsessa Camilli uirtute liberata est: ait ergo poeta:catilinã cũ

Gallia bracchata / Anaxiridæ

cõiuratoribus nõ aliter pr̃iæ pniciẽ q̃siuisse:q̃ gallos.Gallia ãt Bracchata appellata ẽ Narbonẽsis puincia:q̃ in
terno mari alluit.Varo flumĩe ab italia alpiũq; saluberrimis iugis discreta:a genere uestiũ:q̃s ad terrorẽ ĩton/
sas:& uarii coloris ferũt easdẽ græci:autore Diodo.anxiridas uocãt:de qbus ita meminit Cor.Ta. At cecinna
uelut relicta post alpes sæuicia ac licẽtia modesto agmĩe p Italia ĩcessit.Ornatũ ipsius municipia:& coloniæ in
superbiã trahebãt:q; uersicolori sagulo bracchas barbaꝝ tegmẽ indutus togatos alloq̃ret.De iis ẽt sic Tranql.
in Cæsare.Gallos cæsar in triũphũ ducit.Idẽ in curia Galli bracchas deposuerunt. Medos ẽt:aliasq; gẽtes bar/
baras tali genere uestiũ usas docet & Persi.Quæq; docet sapiẽs bracchatis illita medis, Porticus. Et Ouidi.de

tristibus.Pellibus hirsutis arcẽt mala frigora bracchis.Senones autẽ populi sunt galliæ Lugdunensis.℣ Ausi
.i.uos cõiuratores id facioris.℣ Quod liceat:qđ oĩbus licitũ sit.i.id facinoris cõmisistis: qđ ĩcẽdio hoc ẽ gra/
uissimo supplicio meret puniri.℣ Tunica molesta.i.igne:& supplicio ignis: de tunica autẽ molesta sic Seneca
lib.ii.ad Luciliũ.Cogita illam tunicã alimẽtis igniũ:& illitã:& ĩtextam:& qcquid aliud cõmẽta ẽ sæuitia:hoc
eni genus supplicii excogitatũ est:ut facinorosi hoĩes igne:& tunica obuoluti cremarentur uiui.℣ Sed uigilat
cõsul:uos inquit patriã q̃ritis pdere:q nobiles uos eẽ dicitis.Consul uero:quẽ ignobilẽ putatis:ipsam tuet : ac

Ausi quod liceat tunica punire molesta.
Sed uigilat consul:uexillaq; uestra coercet.
Hic nouus arpinas ignobilis:& modo romæ
Municipalis eques galeatum ponit ubiq;
Præsidium attonitis:& in omni gẽte laborat.
Tantum igitur muros intra toga contulit illi
Nominis:& tituli:quãtum nõ leucade:quãtũ
Thessaliæ campis octauius abstulit udo
Cædibus assiduis gladio:sed roma parentem
Roma patrem patriæ Ciceronẽ libera dixit
Arpinas alius uolscorum in monte solebat
Poscere mercedes alieno lassus aratro.
Nodosam:post hæc frangebat uertice uitem.
Si lentus pigra muniret castra dolabra.
Hic tamẽ & cymbros: & summa picula rerũ
Excipit:& solus trepidantem protegit urbem

seruat:sicq; poeta ostẽdit:nõ ex natalibus:sed ex recte
factis uirtuteq;:nobilitatẽ pẽdere:censendãq; eẽ.℣ Vi
gilat:opam dat:ne catilina:& reliq cõiurati rẽpu.per/

Vexilla unde

dant.℣ Vexilla uestra:conatus:& furores uestros: ue/
xilla.n.sunt signa militaria p diminutionẽ dicta a ue/
lis.℣ Coercet:reprimit.℣ Hic nouus arpinas ignobi

Cicerõis genus

lis.i.Ci.quẽ uos nouũ:& ignobilẽ p cõtemptũ appel
latis:quũ tamẽ cõstet:ut Plutar.& Euse.scribũt:eũ ex
regio uolscoꝝ genere eẽ ortũ:matre heluia: & p̃re eq
stris ordinis.Nã romãi eos:q nulla maioꝝ dignitate
claruissent:nouos soliti sunt appellare:unde Catilina
ĩ uectus in Ciceronẽ:eũ nouũ hoiem nũcupat.℣ Arpi

Volsci

nas:arpinũ oppidũ est uolscorũ patria Ciceronis: Vol
sci ãt populi sũt iũcti latinis quoꝝ oppida sunt. Aqnũ
Fabrateria: Frusino: Cora: Pometia: Antiũ:Velitræ:
& Suessa eorũ metropolis.℣ Eques mũicipalis romæ
.i.natus in municipio arpino:sed romæ in ordine eq/
stri.℣ Mõ romæ:q̃ mõ & nup in eqstri ordine dicitis
esse romæ:non uetere & nobili genere.unde Salu.ita
ignobilitatẽ obiicit.Veꝝ ut opinor splẽdor domesti/
cus tibi aĩos attollit.Et paulopost:ueꝝ:ut opinor: hõ
nouus arpinas ex.M.Crassi familia illius uirtutẽ imi/
tatur.Nam illos:ut diximus:romani:qui sine maioꝝ
splẽdore p seipsos claruissent:in cõtemptũ nouos ap/
pellabant:& inquilinos quasi:qui alienas ædes incolerent.℣ Nominis: famæ & laudis. ℣ Tituli:honorũ : qui
non sine titulo:& inscriptione notantur in fastis:statuisq; subscribunt.℣ Non leucade.i.ex bello actiaco : ubi
.M.Antonium cum Cleopatra bello nauali superauit Augustus:nam Leucas insula est ante sinum ambraciũ

Leucas

iuxta actium pmontorium epyri:ubi pugna cõmissa fuit.Eam insulam appellarunt Leucadem a petra albi/
cante:q̃ in pelagus illic ptendit.Alcmeonides uero scri.Alizeũ & Leucadũ filios fuisse Icari:& a Leucadio di
ctum esse Leucadẽ.℣ Campis Thessaliæ.i.ex uictoria pharsalica:supatis Cassio & Bruto.℣ Abstulit: reporta/
uit.℣ Sed roma:roma inquit non habuit:unde Augustũ Cæsarẽ:licet diuersa bella tractasset:appellaret patrẽ

Pater patriæ

patriæ:sed habuit unde Ciceronẽ appellaret:sic igit cõmendat quẽ romani:ut ignobilẽ uitupabant.℣ Patrẽ
patriæ:primus fuit Cicero:q tale cognomen meruit cõseruata patria in cõiuratione Catilinaria: id postea co/
gnominis ad impatores adulatiõe magis q̃ merito delatũ.℣ Arpinas alius.i.marius.Nã Arpinũ patria fuit cõ
munis Marii & Ciceronis Monet exemplo itẽ Marii nobilitatẽ ex uirtute pẽdere.℣ Lassus aratro alieno: ostẽ

Marius

dit Iuuenalis nõ solũ Mariũ aratorẽ fuisse:sed etiã agricolã mercenariũ.℣ Post hæc:post agricolationẽ rebus
stratioticis se accomodauit.Sequutus.n.est romanorũ castra:ut miles gregarius:qđ indicat: quũ ait illũ uer/
satum ĩter fabros ad dolãda ligna.Milites.n.opibus fabrilibus exercebant. Vnde Martianus iuriscõsultus ti/
tulo de re militari sic scribit.Et si scio fabrilibus operibus exerceri milites nõ esse alienũ.Fabri.n.tignarii:car/
pẽtarii:ferrarii:idq; genus artifices:ut docet.Vegetius:castra seq̃bant:nullius rei pcipes nisi opis castrorum
muniẽdoꝝ.Marius:ut scribit Plutar.obscuro genere ortus patrẽ Marium matrẽ Fulciniã pauperes hoĩes at/
q; mechanicos habuit:uitã ab Vrbanis:lautisq; uiuẽdi moribus alienã:sed modestã:& priscis uiuẽdi institutis
egit in uilla Ciuernate:q̃ erat in agro arpinati:militauit primo sub Scipione Aphricano Numantiã obsidẽte:
ubi quũ aliquãdo post cœnã de impatoribus sermo fieret:qdam ex p̃sentibus siue serio:siue ioco Scipionẽ in
terrogaret:quẽ talẽ ducẽ post illũ populus ro.habiturus eẽt.Scipio percusso leuiter Marii humero:hũc inqt.
hic p̃stanti uirtute erit.℣ Frãgebat uertice uitẽ.i.uite pulsabat a centurione in castris.Nam cẽturiones uitẽ ge
stabant ad milites in officio cõtinendos.Pli.li.xiiii.capite primo.Loquẽs de uitæ.Quid qđ insertæ castris sũ/
mam reꝝ impiumq; cõtinent.Cẽturionum in manu uitis:& optimo p̃mio tardos ordines ad lẽtas:perducit
aqlas.Liui.li.vii.ab urbe cõdita loquẽs de Scipione ĩferiore.Quẽ militẽ extra ordinẽ dephendit.si Ro.eẽt ui/
tibus:si extraneus uirgis cecidit.℣ Pigra dolabra:hoc est ipse piger.Dolabra ferramentũ est fabrorũ ad dolã/

Dolabra

da ligna:unde & nomẽ deductum.Castra.n.seq̃bant:Fabri:Cẽtonarii:& Dendrophoni.i.arborũ succisores.
℣ Hic tamẽ & Cimbros.Hic tamẽ inqt Marius:quẽ uos ignobilẽ dicitis:uicit & cĩbros.Nã eos in gallia apud
aq̃s sextias iũctis Catuli pcõsulis cũ exercitu suo copiis deleuit:ĩ quo p̃lio tradunt cæsar fuisse hoĩum cẽtũ &
.xl.milia capta.xl.℣ Et solus:nõ aũt solus hostẽ supauit sed una cũ collega catulo.Cæteꝝ hoc ex historia ẽ.Nã
ut scribit Plutarchus:famã & gloriã huius tei totam Mario pter primã uictoriã aduersus teutonas:& Am/
brones:& nomen ĩperii tribuebant:unde:autore Liuio:primores ciuitatis:qui aliquantulũ: ut nouo homini
ad tantos honores euecto ĩuiderant cõseruatã ab eo rempub.fatebant:quasi ab eo solo: & nõ etiam a collega.

¶ Atq; ideo:ob talem inqt uictoriã factum est:ut Collega nobilis Catulus Luctatius habuerit unde triũpharet:quasi dicat ex sudore hoĩs noui:& ignobilis,inuenit nobilis unde triũpharet:sicq; nobilitatẽ cauillãdo uirtutẽ extollit Marii:nã quũ duo ei triũphi:primus.s.ex teutonis:secũdus ex Cimbris offerent̃:ambos agere noluit.Nã:ut in huiusmodi secũdis rebus mãsuetum se pberet cum Catulo triũphare oĩno ĩstituit: formidabat eni milites:q in ea dimicatione cõuenerant:ut si Catulus honore excluderet̃:ipse quoq; triũpho priuaret̃.Ergo ipse in cã fuit:ut Catulus secundũ habuerit triũphum.s.Cimbricũ:quũ uterq; ei esset ab uniuerso populo oblatus.Hic aũt est ille Catulus Luctatius:de quo & in.ii.Saty.nõnulla attigimus : q capitolium igni absumptũ nõ solũ refecit:sed & magnificẽtius dedicauit. ¶ Maiora cadauera:magno.n.corpe : horrẽdisq; oculis erãt:& apud germanos pdones appellabant̃: auctor Plu.Cadauer aũt dictũ est a cadẽdo:nõ aũt:ut qdã exposuerũt:q̃si caro data uermibus:diciturq; cadauer nõ solũ hoium:sed oium animaliũ atq; etiã rerũ inanimatarũ:Vnde Seruius Sulpicius sic scri.Ciceroni.Hem nos homũculi ĩdignamur si qs nrõrũ interiit aut occisus ẽ quorũ uita breuior eẽ dẽt : quũ uno loco:tot oppidorũ cadauera piecta iaceant? Locutus .n.ẽ ante de multis ciuitatibus prostratis: & dirutis. ¶ Postq̃ corui uolebãt.i. postquã parta fuit uictoria. ¶ Stragẽ:cladẽ dictã a sternendo. ¶ Plæbeiæ deciorũ aĩe:licet inquit decii ignobiles haberent̃: quũ in domũ suã Decius pr̃ primus cõsulatũ detulerit: tamen opem patriæ tulerunt.Nã uterq; Decius pater & filius se deuouit:pater bello latino:filius bello aduersus æthruscos.Sãnites:Vmbros:& Gallos:decius pater:quũ se deuouit his uerbis:ut scri.Liui.li.viii.est usus:sicuti uerbis nũcupauit:ita p repu.quiritũ exercitu: legiõibus:auxiliis populi Ro.quiritũ legiones:auxiliaq; hostiũ mecum diis manibus deuoueo. Decius filius quũ uideret acies inclinari exemplũ patris imitatus aduocato.M.Liuio põtifice hastæ insistens: & solẽnia uerba respondẽs:se & hostes diis manibus deuouit:ĩpetuq; in hostes facto uictoriã suis reliquit legiõibus.Nã illico pugna ĩstaurata fuit:cœpitq; põtifex uociferari:uicisse Romanos defũctos consulis fato:gallos:samnitesq; telluris matris ac deorũ maniũ esse. ¶ Pro totis legionibus:pro totius exercitus Romani salute. ¶ Sufficinnt: sufficere dicimus ei:cui desideriũ implemus. ¶ Terræ parenti:in cuius uisceribus dicunt̃ ipsi esse inferi. ¶ Pluris.n.decii:exẽplo ergo Deciorum ostendit hominem sola animi uirtute nobilem (ut diximus)fieri:qd' item exemplo Serui Tullii pbat:qui in domo Tarquinii uxoris ĩdustria & cõsilio:tãta gratia apud populum Ro. uixit:ut quum interdũ iactari uoces ab Iuuene Tarquinio audiret:se iniussu populi regnare:ausus sit ferre ad populũ:uellẽt iuberẽtue:se regnare:unde tanto consensu:q̃to haud quisq̃ alius ante rex est declaratus. ¶ Ancilla:cornicularia:fuerat enim ex corniculo oppido latii.Est autem ordo:ille bonorũ regum ultimus natus ancilla meruit trabeam.Ancilla proprie dicitur mulier:quæ in seruitute est. ¶ Trabeam:uestis fuit regũ. ¶ Liuius: Seruius cũ trabea: & lictoribus prodiit.Plinius.Trabeis usos inquit accipio reges.Eam scribit Dionysius Haly.lib.ii.Circũ distinctã fuisse purpura: sub tegmine puniceo:uestẽq; fuisse gentilẽ romanis honorificã. ¶ Diadema:a Diadeo quod est circũligo:erat autem pannum:quo ueluti fascia reges caput sibi uinciebant. Seneca ad Lucillium.Vides illũ scythiæ Sarmatiæq; regem insigni capitis decore:si uis illum æstimare:totumq; scire qualis sit:fasciã solue:multũ mali sub illa latet.Valerius de pompeio sic.Cui cãdida fascia habẽti crus alligatũ Fauonius nõ inqt refert:qua ĩ parte corporis sit Diadema:exigua pãni cauillatione:regias eius uires exprobrans.idẽ alibi.Rex etiam ille subtilis iudicii:quem ferũt traditũ sibi Diadema:priusq̃ capiti ĩponeret retẽtũ diu considerasse:ac dixisse. O nobilem magis quã fœlicem pãnum. Hæc ideo copiosius dixi: ut eorũ opinio explodatur:qui Diademo coronam regiã interprætant̃. ¶ Quirini:hoc est insigne regiũ:quo Romulus: qui Quirinus dictus est:primus rex apud Romanos est usus:de Quirino illic est dictum in ualle Quirini. ¶ Fasces:de fascibus abunde superius diximus:his & reges utebant̃.Liuius:Dionysius:Plutarchus:& Macrobius autores. ¶ Vltimus bonorum regum:nã fuit sextus rex Romanorum: post quem Tarquinius superbus regnauit omnium ultimus:qui q̃to cæteris meliores fuere:tanto ĩpe fuit nequior. ¶ Iuuenes:ipsius cõsulis.Exẽplo filiorũ Bruti:& Aquilii:aliorũq; coniuratorum:qui nobili genere fuerunt:ostẽdit:ut supra exemplo Catilinæ & Cethegi:eos appellãdos non esse nobiles:qui citra uirtutem uiuunt:pulsis enim Tarquiniis regibus patricii iuuenes:inter quos fuere filii duo Iunii Bruti consulis:Marcus & Manlius Gelii uxoris Brut.fraters. .L.&.M.Aquilii memores eius licentiæ:quã sub regibus habuerant conspirarunt in domo Aquiliorũ de reducendis regibus.Coniurationem detexit uindex Cecinensis Aquiliorum seruus.Depræhensi iuuenes pœnas dederũt.Bruto filiis suis nõ parcente:nã suppliciũ eorũ constantissime iussit:& spectauit:autores Liuius: Diony.Plu.Pli.& Florus. ¶ Ipsius consulis.i.Bruti qui primus eiecto Tarquinio superbo consul est creatus. ¶ Deceret:cõueniret facere pro libertate.i.pro libertatis cõseruatione:quã pater eorum eiectis regibus patriæ tradiderat:multũ aũt ĩterest:quũ dicimus pro impio pugnat:& de ĩperio:ppugnare ẽ pro cõseruatione ĩpii: ut.s.qd' habeas cõserues.De ĩperio ãt pugnare:ẽ de impio habẽdo.s.ut qd' nõ habeas acqras:ut illud fit ĩ cõseruatiõe:hoc ĩ auctiõe. ¶ Dubia lib.hoc est:quũ libertas ĩ ambiguo ẽ:quũ alii ĩ oppugnãda:alii ĩ tuẽda laborẽt.

Q.Catulus

Cadauer

Decii

Seruius Tullius

Ancilla Trabea

Diadema

De filiis Bruti

Pro imperio

De ĩpio

Atq; ideo postq̃ ad cymbros:stragẽq; uolabãt
Qui nunq̃ attigerant maiora cadauera corui
Nobilis ornatur lauro collega secunda.
Plæbeiæ deciorũ animæ:plæbæia fuerunt
Nomina:pro totis legionibus hi tamen:& pro
Omnibus auxiliis:atq; omni plebe latina
Sufficiunt diis infernis terræq; parenti.
Pluris enim decii:quam qui seruantur ab illis.
Ancilla natus trabeam:& diadema quirini.
Et fasces meruit regum ultimus ille bonorum
Prodita laxabant portarũ claustra tyrannis
Exulibus iuuenes ipsius consulis:& quos
Magnũ aliquid dubia pro libertate deceret.

Quod miraretur quũ coclite mutius:& quæ
Imperii finẽ tyberinum uirgo natauit.
Occulta ad patres produxit crimina seruus
Matronis lugendus:at illos uerbera iustis
Afficiunt pœnis:& legũ prima securis.
Malo pater tibi sit thersites:dummodo tu sis
Aeacidæ similis:uulcaniaq; arma capessas.
Quam te thersitæ similem pducat achilles.
Et tamen ut longe repetas:longeq; reuoluas
Nomen:ab infami gentem deducis asylo.
Maiorũ primus quisquis fuit ille tuorum
Aut pastor fuit:aut illud:quod dicere nolo.

¶ Quod miraret̃:qd' posset mirari:& imitari. ¶ Mutius.s.Scæuola:q adolescẽs nobilis ĩdigne ferens ciuitatẽ romanã ab æthruscis obsideri:quorũ sæpe exercitus fudisset:abdito ĩtra uestẽ ferro in castra hostiũ uenit:quorũ dux erat Porsena:q ĩ regnũ conabat̃ Targnios restituere:ibi forte quũ stipẽdiũ militibus daret̃:& scriba cũ rege pari ornatu sederet:scribã p rege obtrũcat:captus & ante tribunal regis adductus:tũ quoq; ĩter tãtas fortunæ minas metuẽdus magisq̃ metuẽs:romanus sum inqt ciuis.C.Mutiũ uocãt:hostis hostẽ occidere uolui: necad mortẽ minus aĩ est q̃ ad cædẽ: statĩq; dextrã incẽso ad sacrificiũ foculo iniecit:quã aĩ uirtutẽ cõspectus Porsena eũ intactũ:inuiolatũq; dimisit: unde postea scæuolæ cognomẽ accepit:a clade dextræ manus:nota est historia. ¶ Quũ coclite.Ora. Cocles eodẽ bello positus forte in statiõe pontis: quũ porsena irrueret: solus hostiũ impetũ in primo põtis aditu sustinuit: donec a tergo pons ĩterrũperetur. Tunc in Tyberĩ armatus desiliit:multisq; superincidẽtibus telis ĩcolumis ad suos tranauit.Statua ei erecta fuit in comitio: agriq; q̃tum uno die arari posset datũ trãstyberĩ. Cocles aũt ob id est cognominatus: q in alio plio oculũ amiserat:scribit Pli.lib.xi.eos Coclites appellari: q altero lumine orbĩ nascerent̃:unde & Cyclopes accepĩmus appellatos in Sicilia:qd' solum oculũ in frõte harent coclites. ¶ Virgo.i.Chloelia:q̃ eodẽ bello ĩter pacis cõditiones data Porsenæ ĩter obsides dux agminis uirginum deceptis custodibus noctu castris eius egressa equũ:quẽ sors dederat:arripuit:& tyberĩ traiecit.Rex ita incẽsus Chloeliã obsidẽ petiit:accepitq;: cuius uirtutẽ admiratus eã ad suos remisit:fcã ei ptãte eligẽdi quos uellet secũ ducere ex obsidibus: q̃ pueros ĩ puberes elegisse fert̃:quorũ ætatẽ iniuriæ nõ obnoxiã eẽ sciebat:statua ei eq̃stris in foro posita. ¶ Virgo: ordo est:& qd' miraret̃ uirgo:q̃ natauit. ¶ Imperii finẽ tyberinũ:hoc est q̃ natauit tyberĩ:q tũc ĩperii Romani finis erat:nõ enĩ tũc tpis Romani ulterius impabant. ¶ Seruus.i.Vindex cecinẽsis unus ex seruis Aquiliorũ cõiurationis cõsiliũ:ut diximus:detexit:ad cõsules enĩ rem detulit:unde ille primũ dicit̃ uindicta liberatus: uindicta ab eo denoĩata.Post illũ obseruatũ est:ut q ita liberati essent:in ciuitatẽ accepti uiderent̃. ¶ Matronis lugẽ.aut quẽ matronæ lugerẽt:ut filiorũ suorũ accusatorẽ:aut quod magis placet:cuius obitũ matronæ merito lugere deberent:tãq̃ qui cõiurationẽ pdendo libertatẽ patriæ seruasset:quo more Brutũ annũ: ut scribit Liui. fleuerunt:ut acrẽ uiolatæ pudicitiæ uindicẽ. ¶ Verbera:nã nudatos nobilissimos iuuenes uirgis ceciderũt:securiq; pcusserunt. ¶ Et legũ prima securis.i.cõsulatus primus:q fuit inter leges expulsis regibus.Nã antea reges sine legibus oĩa arbitrio suo moderabant̃. Ac p hoc Brutũ intellige:q primus regibus exactis creatus cõsul suppliciũ sumpsit de filiis:reliqsq; cõiuratoribus. ¶ Malo pr̃ tibi sit.Sensus est. Malo te ex humili genere ortũ: mõ uirtutẽ amplexus sis:q̃ uerã hoĩ nobilitatẽ largit̃:q̃ ex claris maioribus:& nihil facias dignũ memoria & laude:uñ nobilitas cõparat̃. ¶ Thersites:in castris græcorũ Thersites fuit:ut in Iliade scribit Homerus:uir loquacissimus:q nihil curæ haberet q̃ recte:aut q̃ apte:sed ut q̃ primũ:& q̃ maxĩe ridicule loq̃ret̃. Idẽ fœdissimum oĩum:q ad troiã nauigauerãt:altero oculo Strabone: altero pede claudo : angustissimis humeris & ad pectus usq; cõtractis:uertice acuminato:raro capillo:& eo ĩpetigine astricto:idẽ cũ regibus cõtentionẽ agere solitus est assidue:eosq; obiurgare nõ honestatis utilitatisue grã:sed ut scurram ageret:hũc Vlysses grauiter sceptro eburneo pcussũ ĩteremit. ¶ Aeacidæ.i. Achillis nepotis Aeaci.Nã Aeacus genuit Peleũ:Peleus Achillẽ. ¶ Vulcania:nã Vulcanus Thetidis pcibus:ut scribit Homerus:arma Achilli filio fabricauit. ¶ Et tũ ut lõge:nõ sine summa ĩdignatiõe hæc a poeta dicũt̃:ut sit sensus.Licet inqt ĩtumescas lõgo genere maiorũ:illud tũ scies originẽ tuã duci ab ignobilibus:ostendẽs oẽs pariter romanos humili loco ortos eẽ:quũ aut a pastoribus genus suũ duxerit:aut ab hoĩbus sceleratissimis:q ad Asylũ Romuli cõfugerãt.Romanũ aũt populum a pastoribus duxisse originẽ ĩdicat & Varro in re rustica his uerbis.Romanorũ uero populũ a pastoribus esse ortũ quis nõ dicit? Quis Faustulũ nescit pastorẽ fuisse nutriciũ:q Romulũ & Remũ educauit:nõ ipsos fuisse pastores obtinebit:q parilibus potissimũ cõdiderũt urbẽ? ¶ Reuoluas nomẽ.i.originẽ:& nomẽ familiæ tuæ. ¶ Gentẽ.i.genus tuũ. ¶ Infami Asylo:hoc ẽ ĩfami genere hoĩum.Nã ut docet Liui.li.i.Romulus:ne uana eẽt urbis magnitudo:adiiciẽde multitudinis cã:locũ:q tũc septus erat dẽsis sentibus iter duos lucos Asylũ apuit:in honorẽ dei referẽs:sacrũ.n.eẽ uoluit & ĩuiolabilẽ eo ex finitimis populis turba oĩs sine discrimĩe liber an seruus eẽt auida nouarũ rerum pfugit:idq; primũ ad ceptã magnitudinẽ roboris fuit.Sicq; p speciẽ religionis erga deos spõsor factus est eos q illuc cõfugissent nihil detrimẽti ab inimicis accepturos:& si apud se pmanere uellẽt: ciuitatis etiã participes faciebat:tradebatq; agri portionẽ:quem bello q̃sierat:lege Dionysium. Asylũ aũt dixerunt ab a particula priuatiua & συλεω qd' est diripio:nullus enĩ illinc ui aliq̃ diripi poterat:hoc aũt nõ fuit ĩ oĩbus tẽplis:nisi qbus cõsecrationis lege cõcessum fuit:primo aũt:ut docet Seruius:apud Atheniẽses statutũ fuit ab Herculis filiis:quos insequebantur hi:qui erant a patre oppressi:sicut docet Statius in.vii.Thebaidos. Fama est defensos acie post busta paterni.Numinis herculeos sedem fundasse nepotes. Templum etiam Iunonis in urbe Troia appellatũ fuisse Asylũ ostẽdit.Virg.in.ii.Et iã porticibus uacuis Iunonis asylo. Custodes lecti phœnix & dirus Vlysses.Prædam asseruabãt. ¶ Aut pastor fuit:ut fuit Romulus & Remus eorũq; alter Faustulus. ¶ Quod dicere nolo.i.sceleratissimus:quales multi in Asylum ex finitimis locis confluxerant.

Mutius Scæuola

coclites

Vidicta

Thersites

Asylũ

Asylũ

Infami asylo .i. simili ac sordido conuenarum principio quod urbi romulus dedit aperto asilo humilis et obscura multitudo rerum nouarum cupida conueniebat Asila ea loca a grecis dicebantur in quibus preda fieri nec poterat et depopulatio

Scire uelim quare totiens. Hac satyra detestandū sui tpis flagitium insectatur. Multi enim abiecta oī honestate: quum iā barbati essent: uxorēq; haberent: draucorų cōmercio utebantur ꝓ se & uxore sua. Tale igit genus hoīum tota satyra exagitat: pari mō notans & molles cinædos: & draucos ipsos. Sed quū poeta liberiore stilo talem turpitudinē flagellet: illud oīno hanc satyram interpræ tanti obseruandū est: ut quū turpia offenderit: summā adhibeat uerborų modestiā: uiciū in cōtemptū trahat: doceat talia ut nefandissima esse fugiēda nihil esse oīpotenti deo nr̄o detestabilius. Sic.n. legēdo adolescentiū mētes a uiciis resiliūt: uirtutibus īhærēt: & praua declinātes recta sequunt. Introductū igit Neuolū: q in tali turpitudine cinædis operā pstabat: quasi p dialogū interrogat cur tristis sit: & is respōdens auaritiam sui tpis accusat: cōqueriturq; p laboribus suis pmia nō repēdi a Cinædis: nec ab iis: quorų uxorib⁹ opam pstitit. Sicq; poeta satyrico ueluti dialogo nefāda sui tpis uicia insectat. ¶ Fronte obducta: capata: & in rugas cōtracta. ¶ Marsia uictus. De Marsia phrygio ītelligit: q ut Apuleius scribit in primo limine primi libri floridorų filius fuit illius Hiagnis: q rudib⁹ adhuc musicæ sæculis solus ante alios cātus canere īstituit. Nam ante Hiagnin nihil aliud plæriq; callebāt q̄ qd Virgilianus opilio seu bubseq̄ Stridēti miserų stipula dispdere carmē. Primus Hiagnis ī canēdo manus disca pedinauit: primus duas tibias uno spiritu aīauit prim⁹ leuis & dextris foraminibus: acuto tinnitu & graui bōbo cōcentū musicū miscuit: a patre igit Marsias erudit⁹ cū Apolline certauit: a quo supatus uelut ursus bipes corio execto nudis & laceris uiscerib⁹ relictus ē. Ita marsias in pœnā cecinit & cecidit. ¶ Quid tibi cū uultu. s. tali. i. qd sibi uult talis uultus? ¶ Dephēsus: in turpi ope. ¶ Rauola: p cūnilingo sui tpis accipit. ¶ Rhodopes: nomē mulieris īfamis. ¶ Nos colaphū: legēdū ē q̄si p acclamationē poetæ: ex quo rei turpitudinē oñdit. q. d. Tā turpia fiūt p totā urbē: & sine ulla peccātis castigatiōe: uerų si seru⁹ crustula comedit: stati eū uerberamus: & acriter castigam⁹. Sicq; poeta docet mirā eē mortaliū cæcitatem: q leuiora cria notēt: & puniāt: grauiora uero īpunita relīquāt. ¶ Colaphū: dictio ē græca: latine alapa dr. Terē. Plus qngentos colaphos īfregit mihi. ¶ Crustula. Seruius drīā facit inter crustā & crustū: ut crusta sit eorų: q̄ nō comedūt: ut crusta marmoris. Virgi. Currētii flumine crustæ. Crustū uero eorų q̄ comedūt. Virg. Patulis nec parcere q̄dris. Fatalis crusti. Ora. p diminutionē in satyris. Dāt crustula blādi doctores elemēta uelit ut discere prima. ¶ Pollio crepereius: pollionē ut luxuriosū: & nepotē suggillat: q absūptis opib⁹ mutuo & ī fœnus cogebat pecuniā q̄rere: qd nō faciebat sine magno pudore: & frōtis cōtractiōe ob pristinā fortunā: a q̄ ob gulā deiectus erat. ¶ Hac facie: tua. s. o Neuole. ¶ Nō iuenit fatuos: hoc ē: q reuera fatui fuissēt: si dedissēt mutuo: qd ad se nō eēt reditus. Fatui aūt dicunt: q nullius sunt prudētiæ. Vñ uirgines illæ in sacra scriptura fatue dicunt: q̄ oleū secū nō attulerūt: cōtra prudētes: q̄ attulerāt: ita ut uocabula opposita sint: & cōtraria. Vñ: subaudi sunt. ¶ Tot rugæ: tāta uultus tristitia: q̄ per rugas ostēdit. ¶ Certe modico: occurrit tacitæ respōsiōi: posset enim dicere pauptas: mihi molesta est: & ꝓinde tristis sum: ait ergo. Certe tu cōtentus modico uitā p sūmam hilaritatē agebas: ita ut uernas ꝓrsus hilaritate uitæ referres: nā uernæ utpote in domibus potentiorų nati: & nutriti miræ dicacitatis erāt: a Verna. fit uernaliter. Ora. in sermonibus. Cōtinuatq; dapes: nec nō uernaliter ipsis. Fungit officiis prælābens oē qd affert. Differt āt uerna a seruo: q seruus is sit: q aut bello captus: aut ære paratus in ptātē nr̄am uenit. Vernæ uero: q ex ancillis nascunt domi. nā & ii in seruitute sunt. ¶ Vernā eqtē: Ita inquit hilare uiuebas: iisq; iocis: ut uerna eq̄s uidereris. Sic. n. romani uernas equites per iocum nominauere. Martia. Quirinalis fututi ancillas: domūq; & agros implet equitibus uernis. Idem alibi. Cuius non syriæue ptihiæ ue: nec de cappadocis eques cathastis. ¶ Facetus: scri. Quintilianus facetum non tm̄ circa ridicula consistere: sed etiā esse appellationem excultæ cuiusdam elegantiæ: unde Ora. Molle atq; facetum loco mordente. iocum accipimus: autore Fabio: qd est cōtrarium serio. Nam & fingere: & terrere: & promittere interī iocus est. ¶ Mordēte: p iocū mordentē intellexit dicacitatē: quæ ꝓprie significat sermonem cū risu aliquos incessentem: ideo Demosthenē urbanū fuisse dicūt: dicacē negāt. ¶ Vehemēs. Valde ꝓmptus. ¶ Salibus: ridiculis. Ci. Oē qd salsum sit ait eē atticorų: qa sunt maxie ad risum cōpositi. Et Catullus quū dicit. Nulla est corpore mica salis: hoc dicit nihil in corpore eius esse ridiculum. Salsum igitur erit qd non erit insulsum: uelut quo ddā simplex orōnis cōdimentū: qd sentit latente iudicio: & uelut palatū excitat: qd & a tedio defendit orone m.

Marsiæ fabula

Crusta
Crustū

Seruus

Verna

Facetus

Dicacitas

Sales



Iunii Iuuenalis Aquinatis Satyra Nona.

Scire uelim quare totiens mihi ne uole tristis
Occurras fronte obducta: ceu marsia uictus.
Quid tibi cū uultu? q̄lē deprensus habebat
Rauola: dū rhodopes uda terit inguia barba?
Nos colaphū icutimus lābenti crustula seruo.
Non erat hac facie miserabilior crepereius
Pollio: qui triplicē usuram præstare paratus
Circuit: & fatuos non inuenit: unde repente
Tot rugæ? certe modico contentus agebas
Verna equite: conuiua ioco mordente facetus.

Et salibus uehemens intra pomeria natis.
Oia nuc contra: uultus grauis: horrida siccæ
Sylua comæ: nullus tota nitor in cute: qualem
Præstabit calidi circumlita fascia uisci.
Sed fruticante pilo neglecta: & squalida crura
Quid macies ægri ueteris: quem tēpore lōgo
Torret quarta dies: olimq; domestica febris?
Deprendas animi tormenta latentis in ægro
Corpore: deprendas: & gaudia: sumit utrumq;
Inde habitum facies: igitur flexisse uideris
Propositum: & uitæ contrarius ire priori.
Nup. n. (ut repeto) phanū isidis: & ganymedē
Pacis: & aduectæ secreta palatia matris.
Et cerere (nā quo nō pstat fœmina templo?)
Notior aufidio mœchus celebrare solebas.
(Quod taceo) atq; ipsos etiā iclinare maritos.
Vtile & hoc multis uitæ genus: at mihi nullum
Inde operæprecium: pigues aliquādo lacernas
Munimenta togæ duri: crassiq; coloris.
Et male percussas textoris pectine galli
Accipimus: tenue argentum: uenæq; secundæ
Fata regūt homines: fatum est in partibus illis

¶ Intra pomeria: eos sales ītelligit: qui autore Fabio urbanitas dicuntur: qua ait significari sermonē pferentem in uerbis: & sono: & usu proprium quendā gustū urbis: & sumptam ex cōuersatione doctorų tacitam eruditionem: deniq; cui cōtraria sit rusticitas. ¶ Pomeria: dicuntur quasi post mœnia. Nam ut scribit Liui. spacium qd neq; habitari: neq; arari fas erat non magis: quod post murū eēt: q̄ quod murus post id: pomeriū romāi appellauere. ¶ Omnia nūc contra: subaudi sunt tibi. ¶ Sylua horrida: Cæsaries incompta. ¶ Siccæ: non unguētatæ: nam & capilli: totumq; caput unguento fouebant. Mart. Si sapis assyrio semp tibi crinis amomo. Splēdeat & cingant florea serta caput. Plau. in Casina. Vnde hic amabo unguēta olēt: oh perii. Cesso caput palio detergere. ¶ Calidi uisci: hoc dicit: quia: ut scribit Pli. lib. xxiiii. Viscum cum resina: & cæra: & pannos ī cute mitigat omnis generis: tali igitur remedio facies reddebatur nitidior. ¶ Sed fruticante: notat mollitiem: turpitudinēq; sui tēporis. Nā Cinædi: ut molliores uiderentur: crura & brachia sibi depilabāt. Est ergo sensus. Crura inqt nunc tibi sunt nelecta: & squalida pilo fruticāte. i. subnascēte īstar fruticis. ¶ Quid macies ægri ueteris? subaudi sibi uult. ¶ Aegri ueteris: ualitudinarii hominis: qui morbo diutino laborauerit. ¶ Depræhendas animi tormenta. Sensus ē. Sentio profecto te graui cura uexari. Nā facile unusquisq; depræhendat animi perturbationes ex habitu corporis: idest & curas: & gaudia. ¶ Depræhēdas: secundam personā pro tertia. i. unusquisq; facile possit depræhendere. ¶ Vtrūmq; habitum: & meroris: & gaudii. ¶ Inde: ex aīo. i. ex affectibus latentibus ī animo gaudio. s. & mœrore. ¶ Flexisse: in aliam partem uertisse: & mutasse. ¶ Vitæ priori: quā agebas multis iocis: & salibus. ¶ Nuper enim: ut repeto. Dū ostendit Neuolum fuisse mœchum & pædiconem notissimum notat adulteria: aliaq; flagitia sui tēporis: quæ intantū adoleuerant: ut tota fere ciuitas corrupta: contaminataq; foret. Est ergo ordo & sensus. O Neuole tu nuper mœchus notior: Aufidio solebas celebrare phanum Isidis: ut repeto. s. memoria. ¶ Phanum isidis. In tēplis & in primis isidis frequentia combittebantur adulteria: de quibus pluscula diximus ī. vi. Satyra: illic. Isiacæ sacraria lænæ. Erat āt templum isidis uicinum campo martio. ¶ Ganymedem pacis. Tempum pacis Vespasianus extruxit iuxta forum: in quo aut pictam imaginem: aut statuam Ganymedis fuisse ostendit poeta. Ganymedes autē filius fuit Laomedontis regis troianorum: quem dilectum iuppiter in aquilam conuersus rapuit in cœlum: remotaq; hebe filia pocillatorē suū fecit. ¶ Palatia. i. tēplū extructū in palatio: de quo ita Liui. li. xxxix. ab urbe cōdita. Et ædem magnæ matris in palatio faciendā locauerūt. ¶ Secreta q̄ tantū a sacerdotibus curent: sunt. n. oīa deorū sacra mystica. ¶ Matris aduectæ. i. cybeles aduectæ ex phrygia: de q̄ in tertia Satyra plura diximus illic. Hospes numinis idei. Lege Liuiū eodē li. ¶ Cererem: tēplū Cæreris: qd erat ad circū maximū: ut docet Pli. li. xxxv. cap. xi. ¶ Nā quo nō Prostat? hæc legunt p parēthesim: & summā indignationē: ostendit autē pudicitiā nō modo in locis prophanis: sed ne sacris quidē esse tutam: hocq; maxime dicit: quia Cererem nominauit: in cuius templo solebant esse tantum castæ matronæ: in quo nūc adulteria cōmittunt. Oui. lib. iiii. fast. Sed si tura aberūt udas accedite tædas. Parua bonæ cereri sint modo casta placent. ¶ Prostat: pstare ē corpus: ut diximus in. i. saty. i. uulgus dare: estq; uerbū neutrū. ¶ Aufidio. Aufidius taxat ut nobilis adulteriis: & matronarų corruptor. ¶ Quod taceo: color occupatio. ¶ Vtile & hoc multis: subaudi est: uerba sunt Neuoli respōdētis: sub cuius psona tota satyra exurgit. ¶ Inclinare: Incuruare ad rē turpē: ut alibi qd discipulos īclinet Amillus. ¶ Inde: ex tali turpi ope. ¶ Operepræciū. Emolumētū: sermo sumptus a mercenariis: qbus iucūdū est & utile post operā pcium accipere. ¶ Lacernas. Ordo est. Accipimus aliquādo lacernas pingues. De lacerna dictū ē in pria saty. ¶ Pingues: crassioris lanæ. ¶ Munimēta: appositio ē hoc ē: q̄ superinduunt togæ. Mart. ī distichis Amphiteatrales nos cōmēdamur ad usus. Quū tegit albentes nostra lacerna togas. Toga āt ut diximus ante: cōis fuit hītus romāorų: nulla īter eos discretiōe: unde Virg. eos appellauit Gētēq; togatā: sed postea remāsit ī paupibus & cliētibus. ¶ Male percus. male calcatas: ac p hoc rariore textura: minoreq; æstimatiōe. ¶ Pectine: pecten instrumētū ē: quo stamē calcat ī texēdis pannis: & liteis. ¶ Textoris galli. Nā galli uiliores: crassioresq; uestes conficiebant. Mart. Me piguis gallia uestit. ¶ Tenue argētū. i. tenuē laminā: aut aliqd extēui: modicoq; argēto: ut ligulā. ¶ Venæq; secūdæ: ita dictū sicut dicimus: panē secūdariū: quē alio uocabulo cibariū appellamus q bonitate: sit īferior q̄ q fit ex pria farina. ¶ Fata re. hoies: hoc dictū a neuolo cū suspirio & q̄rela: ut dicat deos q rerų oīum moderatores sīt sibi aduersos existeī: necq; quēq̄ ī ope suo optatū exitū sortiturų: cui dii ꝓpicii nō fuerīt. ¶ Fatū ē ī pil. necesse ē & illū fata sibi ꝓpicia hr̄e: q inhōestæ uoluptati īseruit: nā & res illa ex fato: & syderibus pēdet.

Vrbanitas

Rusticitas

Pomeria

Isidis templū

Pacis templū

Prosto

¶ Sinus:uestis.¶ Si ti sydera cessant.i.si in ortu tuo benignũ tibi nõ affulserit sydus.¶ Spumãti labello: q.n.ap petũt labra mouẽt titillatu pruriginis.¶ Virro: nomẽ diuitis adamantis sibi draucos:alibi ꝓ diuite tantũ po/ nit.Virrõi murena datur.¶ Te nudũ:ac ꝓ hoc ẽt bene mẽtulatũ.Nã in balneis dabat occasio ĩspiciũdi q̃lis qsq₃ eẽt.¶ Tabellæ: q̃ mittebant a cinædis.¶ ηθουσ γαρ γλακεοσ ανδρα κιναι δον.i.moris.n.dulcis uirum este cinædum:subaudi ẽ.¶ Vlterius mõstrũ.i.peius.Vnde dicimus ultima uicia.i.extrema & pessima quasi ultra: quæ non possis progredi:uerba sunt adhuc Neuoli conquerẽtis de auaricia cinædi.¶ Hæc tribui uerba Virro nis recitata a neuolo ponẽtis calculũ rationibus suis cũ Neuolo.¶ Cauet:aliq legũt: & ceuet:ut sit:Cinæ/ dus ĩ draucũ auaricia utit:& tamẽ in re turpi pseue/ rat.Nã ceuere ẽ ĩ obscœnis:de quo ante.Ego te ceuẽ tẽ sexte uerebor:q₃ si legas atq₃ cauet erit sensus cõpu tat:atq₃ cauet.s.sibi:ne ĩ cõputatiõe decipiatur.¶ Po/ natur calculus.i.subducatur ratio expensi & accepti calculus autẽ breuis est lapillus : quo ratiocinatores utuntur in rationum computatiõe:possunt esse uer ba: Neuoli indignãtis:munera quæq₃ sibi numerari & proinde prorũpentis ponatur calculus &c.De cal/ culo dicemus Huberius in satyra.xi.¶ Omnibus in rebus:ex omnibus inquit:q̃ mihi tribuisti nõ plusq̃ quinq₃ sestertia fuerunt:sed numerent labores mei: quos inuenies longe maiores q̃ munera tua.¶ Legi/ timum:conuenienti magnitudine.¶ Sed tu sane: iro nicos hoc dicit:ut ostẽdat nullam sibi fuisse uolupta tem:quum esset iam grandi ætate:& totus hirsutus. ¶ Dignum cyatho:alterum ganymedem:quum Io/ uis fuit formosissimus pocillator.¶ Vos:o diuites ci nædi. Est enim iterrogatio ad diuites cinædos:& ar mentum a minori ad maius:idest si draucis nihil da tis:qui uoluptati uestræ cum maximo suo labore in seruiunt:nihil est quod pauperes clientes a uobis spe rare possint.¶ Asseclæ:datiuus est casus : a sequendo sunt dicti assecle ii enim sunt:qui spe alicuius emolu menti diuites sequuntur.¶ Cultori: clienti.¶ Mor/ bo:hoc est prurigini uestræ:idest ipsis draucis: qui ĩ morbo uestræ libidinis succurrunt:utrum sint uer/ ba Drauci:an poetæ.¶ En cui tu uiridem umbellã: uerba possunt esse tam drauci q̃ poetæ subsannantis

Calcul⁹

Assecla

Q uas sinus abscondit: nã si tibi sidera cessant
Nil faciet longi mensura incognita nerui.
Q uamuis te nudum spumanti uirro labello
Viderit:& blande assiduæ:densæq₃ tabellæ
Sollicitent ηθοισ γαρ γλι κεοσ ανδρα κιναι δοη
Q d tamẽ ulterius mõstrũ: q̃ mollis auarus:
Hæc tribui:deinde illa dedi:mox plura tulisti.
Computat:atq₃ cauet:ponatur calculus: adsint
Cum tabula pueri:numera sestertia quinq₃
Omnibus in rebus:numerent deinde labores.
An facile:& pronũ est agere intra uiscera penẽ
Legitimũ:atq₃ illic hesternæ occurrere cœnæ:
Seruus erit minus ille miser:qui foderit agrum
Q uã dominum:sed tu sane tener: & puerũ te
Et pulchrũ:& dignũ cyatho:cœloq₃ putabas.
Vos humili asseclæ:uos indulgebitis unquam
Cultori:iam nec morbo donare parati:
En cui tu uiridem umbellã:cui succina mittas
Grandia:natalis quotiẽs redit:aut madidũ uer
Incipit:& strata positus:longaq₃ cathedra
Munera fœmineis tractat secreta calendis

per irrisionem ipsum cinædum:cui tãquam mulierculæ mittebantur munera a Draucis: quũ contra ipse ni/ mia ingratitudine nihil referret.Vt sit sensus:& dissuasio : nihil cinædo tam ingrato esse donandum.¶ Vm/ bellam:uelum erat:quo præsertim mulieres utebantur ad arcendum solem.Martialis . Accipe quæ nimios uincant umbracula soles.Sit licet : & uentus te tua tela teget .¶ Succina : electra dicuntur a succo arborum: unde desudant.Nam uanitas prodidit græcorum Phaetontis fulmine icti sorores fletu mutatas ĩ arbores po pulos:lachrymis electrum omnibus annis fundere iuxta Eridanum amnem quem padum uocamus.Et ele ctrum appellatum:quoniam sol uocitatus sit electros:quam opinionem:ut multi alii poetæ secutus Mart.sic cecinit.Quum phaetontea formica uagatur in umbra.Implicuit tenuem succina gutta feram.Diodorus hoc ut falsum improbans tradit Basileam insulam esse Scythiæ oppositam in occeano : in quam tempestas ele/ ctrum plurimum eiicit:nulla alia in parte orbis repertum:illudq₃ ab incolis ad loca usq₃ nostra trãsmitti.Suc/ cinis autem mulieres delectabantur:unde Plinius lib.xxxvii.sic scribit.Proximum locum in delitiis fœmina rũ tamẽ adhuc tãtũ succina obtinẽt:eãdẽq₃ oĩa hæc q̃ gẽmæ auctoritatẽ.¶ Natalis quotiens:nã ab amicis mit/ tebantur munera celebrãti diẽ suũ natalẽ.¶ Madidũ uer incipit.i.quotiẽs uenere kalẽdæ martiæ:quo tẽpore ĩ/ cipit uer & frequẽtes sunt pluuiæ.kalendis igitur martiis munera mulieribus mittebant ab amicis:sicuti mẽ/ se decembri quinq₃ diebus uiris:quo tẽpore saturnalia celebrabãtur.Et queadmodũ mulieres kalẽdis martiis seruos cœna excipiebant tanq̃ exhortantes eos ad insequẽtis anni operã.Sic & uiri in saturnalibus seruos ĩ cœ nã admittebãt tanq̃ eis gratias agẽtes opere toto anno nauatæ:unde Tibul ĩ primo limine tertii libri ad Neerã. Martis romani feste uenere kalẽdæ.Exoriẽs nostris hic fuit annus auis.Et uaga nũc certa discurrũt undiq₃ põ pa.Perq₃ uias urbis munera perq₃ domos.Et Mart.li.v.ad Gallã.Sis certe puto uestra iã uẽire Saturnalia mar tias kalẽdas Mulieres aũt kalẽdas martias colebãt ĩ memoriã belli cũ Sabinis cõpositi:nã tali die sabinæ muli eres bella sedarũt.Ora.Martiis celebs qd agã kalẽdis.¶ Et tractas:legẽdũ ẽ tractat:& nõ tractas:ut sit ordo & sẽ sus.En cui tu mittas umbellã quotiẽs natalis redit.Et ipe potius ĩ cathedra strata tractat munera secreta fœmi neis kalẽdis.Tractat ergo.i.manibus ptractat tanq̃ fæmella.¶ Secreta:q̃ nõ uult ab aliis uideri:ut pudẽda mulie briaq₃.Nam & ipse cinædus tanq̃ fœmina sedet expectãs dona ab amatoribus.¶ Positus:sedẽs.¶ Cathedra stra ta.i.sella tapetibus ornata:quali sede mulieres sedẽtes munera expectabãt ab amicis: & amatoribus.¶ Fœmi/ neis kalẽdis.i.martiis:q̃ ut dictũ ẽ:a mulieribus tãtũ colebãt.¶ Dic pa.ĩsultat ei⁹ molliciei pariter: & auariciæ.

Vmbel la

succinũ

kalẽdæ martiis

¶ Passer:tu mollis & salax:ut passer:q̃ in uenerẽ putris est.¶ Tot miluos.i.tot tua pascua:in qbus ambiẽdis mil ui uolando defatigant.Imitatio est.Persii.Diues aras curibus quantũ nõ miluus oberret.¶ Te tripholinus:in cãpania ẽ ager tripholinus.Pli.li.iiii.c.vi.uina trebellica appellarũt ad quartũ a Neapoli lapidẽ: & iuxta Capuã Caulina:mox tripholina.¶ Suspectũ:qd' iminet Cumis:& qd' a Cumis suspicit.De Misseno uidet itelligere nã uicinũ est Cumis.Stra.ꝓximũ est Cumis Missenũ ꝓmontoriũ.¶ Gaurus:mõs cãpaniæ nõ longe a baiis ꝓ pe lacũ auernũ:de quo Luca.Vel si cõuulso uertice gaurus.Decidat infundũ.Pli.lib.xiiii.cap.ix.Certãt massica

Tripho linus

misse/ num

Gaur⁹

Dic passer:cui tot montes: tot prædia seruas
Appulla:tot miluos intra tua pascua lassos:
Te tripholinus ager fœcundis uitibus implet.
Suspectumq₃ iugum cumis:& gaurus inanis.
Nam quis plura linit uicturo dolia musto:
Q uatum erat exhausti lumbos donare clietis
Iugeribus paucis: melius ne hic rusticus infans
Cum matre:& casulis:& cum lusore catello
Cymbala pulsantis legatus fiet amici:
Improbus es:cum poscis ait : sed pesio clamat
Posce:sed appellat puer unicus:ut polyphemi
Lata acies:per quam solers euasit Vlyxes.
Alter emẽdus erit:nãq₃ hic nõ sufficit:ambo
Pascendi:qd agam bruma spirãte: quod oro:

æqua ex mõte gaurano puteolos Baiasq₃ prospectã/ tia.¶ Inanis:concauus:ut est natura montiũ.¶ Plura linit:plura recõdit ĩ cella uinaria.Linit aũt.i. gypsat. Nã uasa uino repleta cõsueuere pice:aut gypso obtu rari:ne uina exhalerent.Vnde est illud:Persii. Serio/ læ ueteris metuens deradere limum.i.gypsum : aut picem.Colu.li.xiii.Nam oportebit post hunc nume rum dierum cõfestim uinũ emundare: & si quid fe/ cis:aut labris uasorũ:aut lateribus hesit:eradi:ac suf/ fricari: & ꝓtinus operculis impositis oblini.Orati. Vile potabis modicis sabinum.Cantharis:græca:qd' ego ipse testa Conditum leui:hoc ẽ gypsaui.Huic cõ trarium est terentianum illud.Releui dolia omnia: atq₃ omnes serias:qd' significat aperui:& quasi regy psaui:nam præteritum est a relino:non ut quidã fal/ so putauerũt a releuo ꝑ syncopen.¶ Victuro: qd' diu seruabitur.¶ Quantũ erat:q̃ magna res erat : ironi/ cos:ac si dicat:res minima erat.¶ Melius ne hic rusti cus infans.Sẽsus est.Maius profecto erit lucrum:qd' faciet puerulus:q deferat nuncios sacerdoti cybeleio q̃ ego fascio:estq₃ legendũ cum interrogatiõe.Et erit

Lino

Relino

ordo ĩfans rusticus cũ matre:& casulis:& cum catello lusore.i.qui pauperrimus est:& illud nihil habet quam matrẽ:& casulam:& catellum ne fiet.i.nõne fiet hic.i.romæ melius:idest cum maiori emolumento legatus.i. internuncius:& ueluti leno amici pulsantis cymbala.i.sacerdotis cybelei:qui sacerdotes rebus spurcis:& uene ris dediti erant:nã patiebant muliebria:ut molles:& eunuchi.Ergo melius ne.i.nonne: ut alibi in sequẽtibus iã ne igitur laudas.i.nõne:laudas:posset ẽt ꝓnũciatiue legi.Et ne pro certe:& ualde: ut ẽ sæpe apud Terentiũ. Persius.Ne mihi polydamas:& troiades labeonẽ.Prætulerint.¶ Pulsantis cymbala:de gallis gestantibus cym bala diximus ãteriore satyra.Et resupinati cessantia tympana galli.¶ Improbus a uerba Cinædi.i.ĩsaciabilis es . Verg.Improbũ anserẽ appellat insaciabilẽ.Improbũ itẽ dicimus:sicuti manifestissimum est:minime ꝓbũ. Vt illud apud Sene.Improbus homo est:qui beneficiũ scit sumere:& reddere nescit.Improbum sæuũ signifi/ cat Vir.Lauit Improba teter.Ora cruor.¶ Sed pensio clamat:uerba sunt Neuoli.Pẽsio inqt.i.æs alienũ : quod mihi pro domicilio meritorio pendendum est clamat:& urget:ut poscã a te:pensio a pẽdendo dicit : nã apud antiquos oĩs pecunia pendebat:appellat aũt pensionẽ:q̃ pro locis cõductis soluit.Marti.lib.iii.ad Gargilianũ. Vnde tibi toga est:& fuscæ pẽsio cellæ:Capit ẽt pro ipsa in omni re solutiõe:ut illud apud Liui.lib.xxxix.ab ur be condita.Decreuerum consules ut tribus pensionibus ea pecũia soluerent:hoc ẽ tribus enumerationibus:siue solutionibus.¶ Sed appellat puer unicus:puer inquit:qui ita unicus ẽ:ut fuit acies unica Polyphemi.q.d.q so/ lus mihi satis non est:sicuti acies unica nõ satis fuit polyphemo:nã si duas habuisset Vlyxes nõ euasisset:appel lat me:& urget:ut alterũ reperiã seruũ:qa solus non possit mihi dare operam.¶ Acies lata:latus oculus:acies ãt ꝓprie:ut docet Ci.in lib.de natura deorum:dicit ipsa pupilla.¶ Euasit Vlysses:nã ulysses: ut scribit.Home.li. ix.tẽpestate per nouẽ dies iactatus:quũ in patriam cum sociis esset rediturus ad Lothophagos prius in Africã delatus ẽ:unde socii lotho gustata uix abstrahi poterãt:deinde illinc discedẽs in Siciliã uenit ad Cyclopas:apud quos oĩa spõte sine cultura proueniũt:oues pascũt:Vlysses acceptis duodecim sociis e nauibus in littus descen/ dit indagaturus:quæ loca quis teneret:tulitq₃ secũ utrem plenum uini suauissimi:quod dederat Marõ Ismari accola sacerdos appolinis:& euanthis filius:unde dictũ est uinũ maroneum:cuius tãta erat uis: ut uni mẽsuræ uini uiginti aquarum adderent.Hæc ꝓdidit Home.quorum & Pli.meminit lib.xiiii.cap.iiii.Speluncã poly phemi ĩtrauerunt:q tunc ꝑ pascua agebat oues.Illic copia casei:agnorum:& hedorum:orauere socii Vlyssem: ut his rebus onusti ad naues remearẽt:Vlysses renuit cupidus uidẽdi:& experiẽdi:an polyphemus iure hospi tii aliqt donaturus esset.Caseo igit cõsidẽtes uesci cœperunt.Superuẽit custos cum ouibus ingẽs saxum ostio opponit:q sint interrogat supbe respõdent:se acihiuos esse est Agamẽnonis exercitu fluctibus illuc pulsos:sup plices aliqd petere:hospites.n.& supplices in tutela esse Iouis.Tum dii inqt nõ sunt curæ cyclopibus:& cum di cto duos ex iis arreptos more mõtani leonis integros depastus est:multo hausto lacte obdormiuit . Sequenti die gregẽ in pascua eduxit:& fores eadẽ mole clausit:uespera rediit:duas in cœna capras deuorauit:Vlysses blã dis uerbis suauissimi uini : qd' secum attulerãt:poculũ obtulit:quo gustato:ter iussit ad se deferri:exhilaratus uino petiit de noĩe eius tanq̃ ei gratias acturus.Nemo mihi nomẽ ẽ inqt Vlysses.At ille: neminẽ ultimum cõ/ medã:& somno se dedit ꝓfundissimo uino repletus:Vlysses cum sociis accepto ligno oblõgo & acuto : igniq₃ obusto:oculum:q unus illi erat in media frõte:eruerunt:palum in uulnere reliquẽtes. Cyclops dolore parci/ tus:grauiter mugit.Ad tã horrẽdã uocẽ cõcurere alii cyclopes quærẽtes:cur ipsos a somne excitaret.Tum ille.

Impro/ bus

Pensio

Vinum marõe um

Poly/ phemi fabula

Q uid dicam scapulis seruorũ mense decẽbri?
Et pedibus? durate atq; expectate cicadas?
Verum ut dissimules:ut mittas cætera: quanto
Metiris præcio:quod ni tibi deditus essem.
Deuotusq; cliens:uxor tua uirgo maneret.
Scis certe quibus ista modis:quã sæpe rogaris.
Et quæ pollicitus:fugientem sæpe puellam
Amplexu rapui:tabulas quoq; ruperat: & iam
Signabat:tota uix hæc ego nocte redemi
Te plorante foris:testis mihi lectulus:& tu
Ad quem peruenit lecti sonus:& dominæ uox
Instabile:ac dirimi cœptũ:& iam pene solutũ
Coniugiũ:in multis domibus seruauit adulter.
Q uo te circũagas? q prima:aut ultima poas?
Nullum ergo meritũ est ĩgrate:ac pfide nullũ.
Q uod tibi filiolus:uel filia nascitur ex me?
Tollis enim:& libris actorum spargere gaudes
Argumenta uiri:foribus suspende coronas.
Iã pater es:dedimus qd famæ opponere possis.
Iura parẽtis habes:propter me scriberis hæres.

Nemo inq̃t dolo me:& uiribus ĩterficit. Illi respõderunt:si nemo uim infert:certe Iouis mala euitare neq̃t Cyclops amoto saxo oues emisit:singulas mãibus ptentatas. Vlysses mira astutia socios primũ:mox se sub uẽtre arietum alligauit:& ita periculũ euasit:ad sociosq; rediit. polyphemus aut:ut tradit Home. fili⁹ fuit Neptuni & Theosse:qui obceccatus descẽdit ad littora:& patrẽ Neptunũ cõtra Vlysse ĩpræcatus est:ex quo putat illum

scapulæ

passum naufragium. ☞ Scapulis. Terẽti. Dum studeo eẽ fidelis: amisi scapulas:sunt aũt ossa humeris annexa:a quibus depẽdẽt brachia. ☞ Mẽse decẽbri:illud obseruãdum est dici mẽse decẽbri:& mẽse Ianuario:& non mẽse decẽbris:& Ianuarii:& sic de reliq̃s. Itẽ urbẽ patauium:& lacũ benacũ:& fluuium Adduã:& mõtẽ parnasum:& arborẽ fici. Licet plærũq; contra puulgatã & meram latinitatem in cõtrarium dici reperiatur. ☞ Durate:uerba sunt Neuoli:& non auari:ut qui dicat. Quid dicam scapulis & pedibus tẽpore hiemis: ut durent & æquo animo ferãt frigoris iniuriã. ☞ Verum ut dissimules. Esto ĩquit ut fingas te ignorare reliqua:quæ in te cõtuli beneficia: quãto pcio metiris:idest quãti facis:q; ego feci tibi grauidam uxorẽ. ☞ Virgo maneret:sed eam tibi impleui. ☞ Tabulas: q̃bus inter se conuenerant in coniunctione matrimonii. ☞ Signabat. i. alias tabulas iã erat signatura cum alio uiro. ☞ Quo te circũagas? quo fugias:qd respõdeas? ☞ Quæ prima:aut ultima ponas. i. quæ p̃mia poteris tu dicere esse:aut prima aut ultima. q. d. tam multa in te contuli beneficia:ut nõ possis dicere: ego uolo hoc eẽ ultimum præmium laboribus. Neuoli quũ nunq̃ possis satisfacere. ☞ Nullum ergo meritũ. Occurrit tacitæ obiectioni:posset. n. dicere Auarus: merita eius nulla esse. An nõ ĩq̃t hoc ẽ meritũ maximũ:q; quũ ipse nõ posses ex uxore suscipere liberos: ego uicẽ tuam suppleueri:& ĩde tibi nati sint liberi. ☞ Tollis. Educas tanq̃ tuos. Terẽ. Quicquid peperisset decreuerũt tollere. ☞ Argumenta uiri. Argumen

Argumẽtũ

tum autore Fabio plura significat. Nã & fabulæ ad actus scænarũ cõpositæ argumẽta dicunt: & orationũ Ciceronis uelut thema argumẽtum appellamus: unde Pedianus inq̃t argumẽtũ tale est. Ex quo apparet argumẽtũ omnẽ eẽ materiã ad scribẽdũ destinatã. Et p materia accipit Cice. inquiẽs: quoniã nullũ scribendi argumẽtũ mihi relictũ est. Argumẽtũ etiã dicimus:quod pbationẽ:indicium: fidẽ facit. Ergo argumenta uiri. i. filios: qui fidẽ faciunt:& indicium te esse uirũ dicimus enim sic:silentiũ tuum fuit mihi argumẽto:te uirum bonũ esse. i. indicio. Pli. loquens de ursis. Cibi nulla argumẽta. i. nulla indicia:deductũq; est uocabulũ ab arguo:qd' idẽ est:qd' idẽ facio:& ĩdico:ut uerba tua arguũt te improbũ esse. i. indicant:& fidem faciunt. ☞ Li

Acta

bris actorum:diximus in. ii. saty. illic. Cupient & ĩ acta referri:acta esse libros:in quibus tam publica q̃ priuata negocia perscribuntur. Vnde Cice. in. ii. philippica in publicis actis nihil est lege grauius. In priuatis firmissimũ est testamẽtũ. Tranquillus in Tyberio. Interi quũ in actis senatus legisset:dimissos:ac ne auditos quidem quosdã reos. Idẽ in Cæsare. Fuerat animus coniuratis corpus occisi in tyberim trahere:bona publicare: acta rescindere. i. libros:q̃bus gesta Cæsaris contineret. Vnde & ætate nostra dicimus: in actis tabellionũ hoc inuenit. i. in libris:q̃bus describunt acta:& gesta hominũ. Ita demũ:ut appellatione actorum intelligamus nõ solũ libros ipsos:in q̃bus ipsa negocia perscribant:sed ẽt absolute facta & gesta:ut illud apud Tranquil. in augusto. Nihil cõuenientius ducẽs:q̃ necẽ auunculi uindicare:tueriq; acta. i. q̃ ægisset. Ergo libris actorum. i. libris cõtinentibus publica ciuitatis negocia:nã & nomina liberorũ in publicis ciuitatis monumẽtis describebant. Vnde Apuleius in secũda apologia ita scribit. Pater eius natã sibi filiã more cæterorum pfessus est:tabulæ eius partim tabulario publico:partim domo asseruabant:quã cõsuetudinẽ seruãt adhuc & Veneti:possumus ẽt intelligere priuatos libros:in q̃bus parẽtes acta sua describerent:inter q̃ & noĩa liberorũ:unde Seruius in. ii. Geor. exponens illud. Populi tabularia uidit:scribit in tẽplo Saturni:ubi erat ærariũ solita fuisse reponi acta:quæ susceptis liberis faciebant parentes. Pli. ostẽdit in. x. acta esse libros:inq̃ens phœnicẽ auem in comitio propositum:qd' actis testatũ est:sed quæ falsa esse nemo dubitauerit. Idem etiã in. viii. Sed super omnia in nostro æuo actis Populi Ro. testatũ. Tranquil. in Caligula. Quibusdam absentium maritorũ nomine repudium ipse misit:iussitq; in acta

Actuarius

referri. Ab actis dicuntur Actuarii:hoc est:qui scribendo negocia:tam publica q̃ priuata in acta referunt:quasi notarii. Vnde Trãquil. in Cæsare. Orationes aliquas reliquit inter quas temere quædam fuerunt pro. Qui. Metello:quã nõ immerito Augustus existimabat magis ab actuariis exceptam male subsequẽtibus uerba dicentis q̃ ab ipso editam. ☞ Suspende coronas:in signũ letitiæ:ornabant enim fores domus coronamẽtis: frondibusq;. Alibi. Pone domi lauros. ☞ Iam pater es:iã filios habes. ☞ Dedimus qd' famæ. i. dedimus tibi filios: q̃bus potes ostẽdere te eẽ:& uirorum:& maritũ:ac p hoc detractorum famã extinguere:q te mulierẽ & cinædũ dicebãt. ☞ Scriberis hæres. Nam lege cautum fuisse:uidet:ut qui liberos non susciperet:hæreditates adire non posset.

Legatũ omne capis:nec non & dulce caducũ.
Commoda præterea iungũtur multa caducis.
Si numerum:si tres impleuero:iusta doloris
Neuole causa tui:contra tamẽ ille quid affert?
Negligit:atq; alium bipedem sibi q̃rit asellum.
Hæc soli commissa tibi celare memento.
Et tacitus nostras intra te fige quærelas.
Nam res mortifera est inimicus pumice leuis.
Q ui modo secretũ commiserat:ardet:& odit
Tanquã prodiderim quicq̃d scio:sumere ferrũ
Fuste aperire caput:cãdelam apponere ualuis
Non dubitat:nec contemnas:aut despicias: &
His opibus nunquam cara est annona ueneni
Ergo occulta teges:ut curia martis athenis.

Legatũ / Legaræ / legator / Legatarius / Allegaŕ / Caduc⁹

☞ Legatũ oẽ capis:beneficio inq̃t meo factum est:ut possis scribi hæres oĩum legatorũ:quũ antea obstantibus legibus tibi nõ liceret:q̃s tamẽ leges in corpore iuris ciuilis nõ habemus sublatas ab imperatoribus. Legatũ appellat:ut diffinit Modestus:q̃dam donatio testamẽto relicta:deducto uocabulo a lego legas:qd' est idem: qd' mãdo:& decerno testamẽto. Inde est legator:q testamentũ legat:& reliq̃t bona sua alicui. Legatarius uero is appellat:q legatum capit. A lego compositum est allego:qd' capit promitto. Plautus. Quin ea ipsa me allegauit qui istã accrescerẽ. Allego etiã pro adduco. Pli. Tũ multa allegauit:q̃ ad rem propositam pertinere nõ uidebantur. ☞ Et dulce caducum. Testamentum caducũ: ut legitur apud iurisconsultos codice de testamentis:dicitur quod sub cõditiõe fit a cadẽdo:q; ea deficiente: uel uiuo:uel mortuo testatore id cadat:perueniatq; uel ad testatorem: uel ad substitutũ eo mortuo: uel q; ab uno cadit in alterũ per hæreditatem. Capis ĩq̃t & caducũ legatum:id qd' sine liberis capere non poteras:id enim in te cadet:qd' nõ expectabas: nã a cadẽdo:ut diximus:deducitur uocabulum: quum ab uno in alterũ per hæreditatem cadit. Dulce ãt appellat quid ex insperato cõtingit. ☞ Si numerum:si tres impleuero:si tres ex uxore tua suscepero filios. Nam qui in urbe tres filios:q̃nq; in italia:septẽ in puinciis habuisset:imunitate donabat: quam pleriq; etiã sine uxore & liberis ab imperatoribus impetrauerũt. Quod & Mart. quum esset sine liberis petiit: impetrauitq; a Domitiano:ut docet carmine suo. Quod fortuna uetat fieri permitte uideri. Natorũ genitor dicat ut esse trium. Et alibi ad uxorem. Natorum mihi ius trium rogãti. Musarum præciũ dedit mea

Ius triũ um natorũ

rum. Solus qui poterat ualebis uxor. Non debet domini perire munus. Idem alibi. Præmia laudato tribuit mihi cæsar uterq;. Natorũq; dedit iura paterna triũ. Qui ergo ius triũ liberorum habuissent:multa cõsequebantur: præter cæteros commoda. unde Appianus & Tranquil. scribũt in diuisione agri cãpani Iulium Cæsarẽ iussisse agros. qui circa Capuam cæteris fuissent cultiores:& feraciores:patribus diuidendos esse:q̃bus trium liberorum ius adesset:quo facto cõcurisse ad. xx. hominũ milia:q triũ liberorũ alimẽta deposcerent. Idẽ tradit:tesserã frumẽti triplicem solitos accipere. Et in petitione magistratuum nõ habentibus filios eo numero anteponebantur. ☞ Iusta doloris causa tui: possunt eẽ uerba poetæ quasi dolentis casum Neuoli:possunt etiam referri ad ipsum Neuolum sui ipsius miserescẽtem. Dolor est motus asper in corpore a sensibus alienus. Cic. in. ii. Tusculano. ☞ Ille qd affert:diues auarus. ☞ Negli

Dolor

git. s. te Neuole:nihil tibi dat. ☞ Hæc soli:uerba Neuoli ad poetã:ut taceat:leuis:molis: & effœminatus:qui pumice cutẽ sibi polit. ☞ Qui modo secretũ. Cinædus inquit:qui secreto opera mea usus est timens: ne publicet: odio me prosequitur:& cædẽ mihi omnibus modis machinatur. ☞ Ardet:indignatione:& ira accendit. ☞ Cãdelam apponere Valuis. i. domũ accendere adhibita cãdela:hoc magis placet:q̃ ut intelligas candelam per inferiora immissam:illud enim minime lætale eẽt supplicium. Valuæ autem dicuntur ipsæ fores a uoluendo. Pli.

Valuæ

lib. xv. ualuas ex cupresso etiam quadrigentis prope annis durare. ☞ Sumere ferrum:ad occidẽdum. ☞ Aperire caput. i. scindere. Petronius. Iam non potui supplicio caput aperire. ☞ Nec contemnas:quod dico. q; :quia. ☞ An

annona

nona ueneni:idest ipsa ueneni merces & copia nunq̃ est cara huiusmodi diuitibus & cinædis:q̃a impensæ non parcunt:appellatione autem annonæ intelligimus non modo rem omnem frumentariam:sed alia quoq; cibaria. unde Cice. scribit in. ii. de diuinatione. Annonam futuram cariorẽ in macello. Sic & Tranquil. in. Tyberio. Annonã macelli senatus arbitratu quotannis temperãdam censuit:uideturq; uocabulum deductum ab anno tanq̃ sit anni alimonia. Et quũ romæ sæpe fame laborarẽt:magistratus cõstituti sunt:qui annonæ p̃essent:q p̃

Præfecti annonæ

fecti annonæ dicebantur. Vsurpat etiã in aliis q̃ in æduliis. Oratius in epistolis. Vilis amicorũ ẽ annona: bonis ubi qd deest:& locũ sic intelligas:amici uiri boni:& sapiẽtis nihil desiderãt:neq; petũt q; magni sit p̃cii:ubi aliquid eis deest. q. d. uili re cõtẽri sunt:& modica:q̃a boni sunt:& sapiẽtes. ☞ Vt curia matris athenis. s. tegit:fac ĩquit non minore silẽtio hæc tegas q̃ cõsilia sua tegit senatus atticus. ☞ Curia martis. i. areopagus:ubi teste polluce:iudicia cædis uulnerũ & ueneficiorũ p populum exerceri solita sunt. Pli. li. vii. scribit sic iudiciũ capitis in

Areopagus

Areopago primum actum ẽ:ibi enim Mars:ut docet Diuus Augustinus lib. xviii. ca. x. quũ homicidii crimine reus fieret iudicantibus duodecim diis in eo pago sex sententiis absolutus est. Iudicabãt autem noctu:& in tenebris:ne ad dicẽtes:sed ad ea:quæ dicerentur:respicerent:q; Lucanus aperte scribit in dialogo:qui inscribitur Hermotinus:hortans ipsum Hermotinum philosophum:ut in iudiciis:& rerum examinatione imitet areopagitas οι ενυυκτι και σκοτω δικαζουσι ψωρ μηεσ τουσ λεγοντοι σαλλεσ ταλεγομενα αποβλεποι εγ. hoc est qui in nocte & tenebris iudicant:ut non ad dicentes:sed ad ea q̃ dicerentur respicerent. Cuius consuetudinis meminit. & Macrobius libro ultimo Saturnalis his uerbis. Quæramus silentium ne conuiuiis an:& oportunus sermo conueniat. Nam sicut apud Atheneas Areopagitæ tacẽtes iudicãt ita inter epulas oportet semper sileri. Areopagus autem interpretatur cliuius martis: αρησ enim αρηοσ uel αρεοσ martem significat παγωσ uel locũ eminentem. De Areopago ita Valerius li. ii. Eiusdem urbis & sanctissimum consilium. Areopagus quid quisq; atheniensium ageret:aut quoniam q̃stu sustentaretur diligẽtissime inquirere solebat.

Curia martis Senatus in areopago ubi Iudices noctu audiebant causas et silentio utebantur maxime

¶ O corydon:uerba poetæ respondentis Neuolo qui petierat:ut taceret. Hemistichon est Virgi. O corydon corydon:quæ te dementia cœpit.q.d.o stulte:credisne quicquam esse turpe qđ possit latere:¶ Serui ut taceát .i.quamuis teceant serui.¶ Ad cantum secundi galli.i.ad secúdum cántum galli.¶ lúge ostia: claude.¶ Caupo: est:qui cauponam exercet:quem stabulariam etiam nominamus a stabulo:quod pro caupona:& taberna meritoria accipitur:de quo ante dictum est:per cauponem autem intelligit unumquemq; uulgaré hominé.¶ Librarius:qui libros exscribit:Tranquillus in Domitiano librariis etiam:qui eam descripserant crucifixis.¶ Archimagiri. Archimagirus magister & princeps coquorum:& coquus inter seruos erat: ἀρχωσ enim principem:& μαγειροσ coquum significat.¶ Carptores.Carpere multa significat:ut mordere: & taxare:ut poeta carpit auaritiá.Carpere frui.Persi⁹.Carpamus dultia.Carpere eligere.Teré.Vnumquodq; quod erit bellissimú carpá.Carpæ ledere.Virgi.Carpit.n.uires paulatim:uritq; uidendo.Carpere rape. Tibullus Carpit nũc tauri de septem montibus herbas.i.rapite ad comedédú.In qua significatione põt uideri dictũ hoc loco. Archimagiri carptores.i.raptores:q.semp aliqd ad comedédú raperunt:& auferunt ex epulis domini.¶ Quid enim dubitát: nõ est inquit mirum:si dominos suos accusant: quum uelint ulcisci uerbera:quæ acceperũt ab eis falsis criminatiõibus:& rumoribus:quos ubiq; dissertũt.¶ Baltheus

Caupo

Archimagir⁹

Carpere

Marmora uersus hos marmoree

Labrar pó derator

Baltheus

Pro pop uso orís bone dec tranquillus pub dasi cerimonias.t.

Idcirco uerba Neuoli

Ne trepida Iuuenalis

obrepit accedit

O corydon:corydon secretum diuitis ullum
Esse putas:serui ut taceant:iumenta loquentur.
Et cãis:& postes:& marmora: claude fenestras
Vela tegant rimas:iunge ostia:tollito lumen
E medio: clamét omnes:prope nemo recubat.
Quod tamen ad cãtum galli facit ille secúdi.
Proximus ante diem caupo sciet:audiet & quæ
Finxerunt pariter librarius: archimagiri
Carptores:qđ enim dubitant cõponere crimen
In dominos: quotiens rumoribus ulciscuntur
Balthea: nec deerit q te per compita quærat
Nolentem:& miseram uinosus inebriet aure.
Illos ergo roges quicquid pauloante petebas
A nobis:taceant illi:sed prodere malunt
Arcanum:q subrepti potare falerni.
Pro populo faciés quantum lauseia bibebat.
Viuendum recte cum pp plurima:tum his
Præcipue causis:ut linguas mancipiorum
Cotemnas:nã lingua mali pars pessima serui.
Deterior tamen hic:qui liber non erit:illis
Quorũ animas:& farre luo custodit:& æræ.
Iccirco ut possim linguam contemnere serui.
Vtile consilium mihi:sed commune dedisti.
Nunc mihi qđ suades post dãnum ipsis:& spes
Deceptas: festinat enim decurrere uelox
Flosculus angustæ;miseraq; breuissima uitæ
Portio:dũ bibimus:dum serta:unguenta:puellas
Poscimus:obrepit non intellecta senectus.
Ne trepida:nunq pathicus tibi deerit amicus
Stantibus:& saluis his collibus: undiq; ad illos
Conueniunt:& carpentis:& nauibus omnes

¶ Altera spes:nõ est inquit tibi dehinc desperandum.Immo altera tibi maior spes supereſt:scilicet cinædos tibi non defuturos.¶ Tu tantum erucis:per Erucam omne aliud ueneris excitamentum intelligit:Eruca autem est herba:quæ maxime uires in uenerem præstat.Virg.in moreto.Intybaq;& uenerem reuocans eruca morãtem.Pli.in.x.cap.lxiii. Auiditas coitus putatur ex cibis fieri:sicut uiro eruca:pecori cœpe. Oui.in.ii.de re.Nec minus erucas aptum est uitare salaces.Colu. Et quæ frugifero seritur uicina priapo. Excitet ut ueneri tardos eruca maritos.¶ Hæc exempla:uerba Neuoli:per inquit hæc exempla:& documenta excitandæ libidinis fœlicibus:quasi dicat se in tali re minime esse fortunatũ.¶ At mea clotho. Sed licet inquit in tali uitæ instituto infœlix sim: Clotho tamen mea: & lachesis: ideſt tota uita mea semper tali uitæ genere delectata est:maximeq; delectatur:per clothon autẽ & lachesin:quæ duæ sunt ex parcis quæq; uitam hominum disponere dicuntur: uitam intelligit.¶ O parui: uotum est neuoli cũ suspirio:quo diuitias more ipsipiétis sibi optat:sicq; poeta per irrisionem ostendit: eũ nescire uiuere cõtentum (quod facit sapiens) paruo: atq; ideo turpes exercere artes: quasi innuat uitiosũ hominem a sapiente in hoc differre:q; hæc multa cõ cupiscat:ille paucis cõtentus sit.¶ O parui:ex affectu dictũ: nam parui ei uidebantur.¶ Lares dii familiares: de quibus plusc̃la diximus illic apud Persi. Bullaq; succinctis laboribus donata pependit. Nam eos ut domus præsides colebant: quibus cãis assistebat: & ipsi canninis pellibus uestiebantur. De his multa Pli.i prob.& Festus Põ.Ap.putat ex lẽuribus eum:q posteriorum suorum curam fortitus: paccato & geto minime domum possidet: laré dici. Eum uero: qui propter aduersa uitæ merita nullis bonis sedibus in terra uagatione:ceu quodam exilio punitur: inane terriculamentum bonis hominibus cæterum noxiũ malis laruã dici: lẽurẽ autẽ uolebant eẽ aium quum ex corpore nostro migrasset.De laribus lege

Hec exempla Neuoli

Eruca

Lares

Lemures

Laruæ

Lares di tute

Lares

& Festũ. Hinc aũt ortã eẽ originẽ colẽdi lares in domo ostendit Seruius:qa homines apud maiores in suis dõibus sepeliebantur:quos pro diis colere:& uenerari cœperunt.¶ Aut farre:mola:quæ ex sale & farre cocto constabat.¶ Figam aliquid:reponam.¶ A tegete & bacculo: a mendicatione.¶ Viginti milia:subaudi sint mihi. Optat enim habere hæc.¶ Fœnus:appositio est.¶ Sed quæ fabricius:hæc est:quæ inuidiosa etiam sint:ut mereantur etiam a Fabricio notari. Hocq; dicit:quia Fabricius Licinius censor Cor.Ruffinum duobus consulatibus & dictatura speciosissime functum:q; decem pondo uasa argentea comparasset:perinde ac malo exemplo luxuriósum in ordine senatorio retinendũ non censuit:lege Valerium in.ii.de cẽsoria nota: & Gellium li.iiii. ¶ Et duo sortes:subaudi sint serui.¶ De grege mœsorum.i.de grege seruorum:q̃les habebant ex Mœsia. Est autem mœsia: ut Pli.docet li.iii.prouincia pannoniæ finitima:ad põtũ usq; cũ Danubio decurrens. Ex qua uenerunt qui in Asia:ut tradit Artemidorus habitant iuxta Bithyniam supraq; fontes Caici. De quibus Stra.li. xii.¶ Loca supposita ad ferendam lecticá:aut reuera qui eũ in circo succollantes ferrẽt:neq;.n.lectica a duobus tantum seruis gestari potuisset:sed a sex uel octo:unde hexaphorum:& octophorum appellata est lectica. Circo clamoso:propter populi clamorem:& plausum fauentis aurigis:unde alibi. Totam hodie romam circus capit:& fragor aurem percutit:euentum uiridis:quo colligo pani.¶ Cælator:qui mihi uasa præciosa cælet. Cælare enim insculpere:unde & cælum ferrum:quo uasa cælantur:quæ ueteres ancæsa uocabant:q; circumcedẽdo fiant.¶ Sufficient:hæc pronunciatiue legendum est: ideſt satis erit hæc mihi:si habeá.¶ Quando ego paupero?si hæc habuero?¶ Votũ miserabile: uerba Neuoli uotũ suum damnantis:estq; ueluti acclamatio:quasi qui errorem suum iam cognoscat.¶ Affigit cæras.Syre.tres fuisse filiæ Acheloi ex Calio. musa finguntur a poetis:quæ in littore campano habitantes nautas præter ea loca nauigãtes suauitate cantus insomnum & sopulos inducebant:cogebantq; facere naufragium:unde Vlysse ut scribi.Ho.lib.xii.odisseæ:quum iuxta ea littora esset nauigaturus a circe admonitus:aures sociis suis cæra obturauit:se autem malo manibus & pedibus alligari iussit opertis auribus:imperans etiam si innuerunt:ne solueretur. Nauigãtibus igitur Syrenes statim cantare suauissime cœperunt. Huc ades ô clite Vlysse magna achiuorum gloria:hæc nauem siste: ut nostram uocem audias. Nemo enim unq̃ hac iter fecit:quin nostri cãtus suauitate demulceretur. Neq; enim uos fugit: quid apud magnam troiam græci simul & troiani deorum uoluntate gesserunt:iis ergo cantus illecebris captus Vlysses:quum sociis annuens supercilijs:iuberunt se solui:non id prius imperauit: q̃ periculum euaserit. Ferunt tunc illas dolore pcitas in mare se præcipitasse:& a nomine unius parthenopes: quæ Neapoli sepulta fuit appellatam esse urbem parthenopem. Vnde Silius Italicus.Sy.dedit una suum memorabile nomen. Parthenope moriens acheloias æquore cuius. Regnauere diu cantus:quum dulce per undas. Exitium miseris caneret non prospera nautis. Earum nomina fuere parthenope:Leucosia:Ligia.

Cælare

Cælator

Cælũ ferrũ

Ancæsa

Syrenes

Parthenope

Leucosia

Ligia

Parthenope

Mnibus ĩ terris. Hac sa. Iu. ĩsectat stulta hoium uota: q mẽtis affectibus ĩseruiẽtes a diis multa petũt tanq̃ bõa: q eis maxie sũt pniciosa. Ait ergo poeta: hoies adeo ignorantiæ ꝓfundo ĩmersos: ut pauci existãt q uera bõa: malaq; cognoscãt: & ꝓinde fieri: ut ꝓ bõis mala sibi optẽt: colligitq; a diis: aut nihil oino petẽdũ: quũ ipi multo melius q̃ nos sciãt: qd nobis expediat: aut id tãtũ petẽdũ: ut mẽs sana sit ĩ corpe são. ⁋ A ga. i. ab occidẽte. Nã gades ĩsula ẽ extra col. her. ad hostiũ betis irrũpẽtis ĩ oceanũ britãnicũ. ⁋ Gãgẽ. i. oriẽtẽ: nã Gãges ĩdie fluuius ẽ: quẽ alii ĩcertis fõtibus: ut nilũ: rigãtẽq; uicia eodẽ mõ: alii in scythicis mõtibus nasci dixerũt: ĩ eũ nouẽ: & decẽ ãnes ĩfluũt. Pli. li. vi. ⁋ Pauci dignoscere possunt: pauci inqt sunt ab occidẽte usq; ĩ oriẽtẽ: q uere sciãt dignoscere uerũ bonũ a malo. ⁋ Vera bona: quia multa sunt: quæ bona uidentur: quum tamen non sint. ⁋ Diuersa: contraria: idest mala. ⁋ Illis: scilicet bonis. ⁋ Remota nebula erroris: idest remota animi nostri cæcitate: qui mala deuinctus cupiditate transuersus fertur. Vnde Valerius. Et eni densissimus inuoluta tenebris mortalium mens: inq̃ late patentem errorem cæca præcationes tuas spargis? ⁋ Timemus: ut malum. ⁋ Cupimus: ut bonum. ⁋ Dextro pede: secundo: & prospero cõatu. Nam pede dextro id dicimur facere: qđ nobis prospere cœdit: contra sinistro: unde Apule. in asino aureo sinistro pede profectum: me spes cõpendii frustrata est. ⁋ Concipis: uerbum est uotis cõueniens: dicimus enim: uota concepta: quæ mẽte cõcipimus & agitamus: quid concipis: idest animo tuo optas. ⁋ Euertere domos: ordo ẽ: dii faciles: ipsis optantibus euertere domos. ⁋ Nocitura toga nocitura petuntur. Militia. Toga & militia ablatiui sunt casus: & est sensus: adeo inquit homines longe sunt a cognitione ueri boni: ut plærunq; petant: quæ omnino eius sunt nocitura: & domi: & militiæ: alii. n. rei pu. administrationem alii rei militaris imperia expetunt: & multa id genus: quæ ipsis exitium afferunt. ⁋ Toga: nam per togam: quæ (ut scribit Prædianus) & iam sæpe diximus communis fuit habitus mariũ & fœminarum: ĩtelligimus res urbanas: unde Cice. Cedant arma togæ: & Iuue. Tantum igitur muros ĩtra toga contulit illi. Nominis & tituli. ⁋ Et torrens dicendi copia. s. petitur. ⁋ Multis: cũ sequentibus cõnectitur: ut sit sensus. Multi eloquẽtiam optant: sed multis mortifera ẽ: & perniciosa: ut fuit Demostheni & Ciceroni: de quibus inferius. ⁋ Torrens ingẽs: & abundans unde inferius de Demosthene. Torrentem & pleni moderãtem fræna theatri: & alibi. Isseo torrentior: sumpta translatione a torrẽte: hoc est fluuio: qui magno rapitur impetu. ⁋ Vitibus ille. i. aliꝰ. Ostendit enim & uires homini quandoq; esse perniciosas. Respexit autem ad Milonem crotoniensem: quẽ ferunt egisse oĩa supra q̃ homo ualet: de quo & hoc proditur: q ictu nudæ manus taurum fecit uictimam: eum solidum: ea qua mactauerat die: humeris solus gestauit: non grauatim. Exitum autem habuit uitæ miserandum: quum enim iam natu grandis artẽ athleticam delusit: iterq; solus per loca faceret siluestria: quercum uidit rami in media parte hiantem: tũc uolẽs experiri an uires sibi adhuc superessent: ĩmissis in arboris scissuram digitis: quercum deducere: ac rescindere conatus: eis dimidia: quæ deducta parte: moxq; uiribus cessantibus: & in naturam suam arborẽ redeunte: retentus & captus se feris ꝓbuit lacerrandũ: plura de hoc Gelius: Valeri. Soli. Pli. & Strab. differunt. Oui. in ibin sic. Vtq; milo robur deducere fissile tentes. Nec possis captas inde referre manus. ⁋ Sed plures nimia. Multa ĩquit exitiosa petunt: sed diuitiæ maxime: quæ inter alia petuntur plures occidunt: & quanto quis plura possidet: tãto magis exitio est obnoxius. ⁋ Census. s. strangulat: tantũ exuperans cũcta patrimõia: quãto maior est balena delphino. i. qui sit ualde extra cõmunem diuitiarum mensurã. ⁋ Balena Britãnica: bene aũt britãnicã nominauit: qa in oceano britannico: ut in nono testat Pli. tales beluæ maiores spectant: græci phalenã appellãt. Festus autem Pompeius eandem pistricem: & cetum putat. ⁋ Tẽporibus diris: ostendit poeta exemplo Cassii lõgini: & Senecæ: diuitias homini sæpe perniciosas esse nam quo tempore Nero imperabat: Cassium lõginum iussit ĩterfici: hac una ex causa: quod in uetere gẽtili stemmate Cassii: Cæssaris percussoris imaginẽ retinuisset. ⁋ Sed Iuuenalis innuit: Longinũ interfectũ qđ eius opibus Nero inhiaret: eadem etiã causa Seneca coactus ẽ mori.

Concipere

Millo crotoniensis

Balena



Iunii Iuuenalis Aquinatis Satyra. X.

Omnibus ĩ terris: quæ sunt a gadibus usq;
Auroram: & gangem: pauci dignoscere possunt
Vera bona: atq; illis multum diuersa: remota
Erroris nebula: quid. n. ratione timemus
Aut cupimus? qd tã dextro pede cocipis: ut te
Conatus non pœniteat: uotiq; peracti?
Euertere domos totas optantibus ipsis
Dii faciles: nocitura toga: nocitura petuntur
Militia: & torrens dicendi copia: multis
Et sua mortifera est facundia: uiribus ille
Confisus periit: admirandisq; lacertis.
Sed plures nimia congesta pecunia cura
Strãgulat: & cũcta exuperãs patrimõia cẽsus:
Quanto delphinis balena britannica maior.
Temporibus diris igitur: iussuq; neronis

Longinum: & magnos senecæ ꝓdiuitis hortos
Clausit: & ægregias lateranorum obsidet ædes
Tota cohors: rarus uenit in cœnacula miles.
Pauca licet portes argenti uascula puri.
Nocte iter ingressus: gladium; contuq; timebis.
Et motæ ad lunã trepidabis harũdinis umbrã.
Cantabit uacuus coram latrone uiator.
Prima fere uota: & cunctis notissima templis.
Diuitiæ: ut crescant: ut opes: ut maxima toto
Nostra sit arca foro: sed nulla aconita bibunt
Fictilibus: tunc illa time: quum pocula sumes
Gemmata: & lato setinum ardebit in auro.
Iam ne igitur laudas: quod de sapientibus alter
Ridebat: quotiens a limine mouerat unum
Protuleratq; pedem: flebat contrarius alter?
Sed facilis cuiusq; rigidi censura cachinni.
Mirandũ est unde ille oculis suffecerit humor
Perpetuo risu pulmonem agitare solebat

⁋ Senecæ prædiuitis. Nam Seneca opes uel ĩuidiosas possedit: de quibus sic Corne. Tacitus. Festus Ruffus: & Tigillinus uariis criminationibus Senecam adoriuntur: tanq̃ ingentes: & in priuatum modum euectas opes adhuc augeret: quodq; studia ciuium in se uerteret: hortorum quoq; amœnitate: & uillarum magnificentia: quasi principem subgrederetur Seneca: quoq; apud eundem Tacitum alloquens Neronem se diuitem testatur iis uerbis. At tu gratiam immensam. Innumeram pecuniam dedisti: adeo: ut plerunq; intra me ipe uoluã ego ne æquestri: & prouinciali loco ortus: proceribus ciuitatis annumeror? Vbi est animus ille modicis cõtentus? talis hortos extruit? & ꝓ hæc suburbana incendit? & tãtis agrorum spatiis tam lato fœnore exhuberat? Demum finis uitæ eius fuit: quum eni ex cãpania remeans in agro suburbano apud quartũ lapidem substitisset. illo iussu Neronis ꝓpinqua uespera Syluanus tribunus ꝓtoriæ cohortis uenit: & uillam globis militũ sepsit: intromisitq; unum ex centurionibus: qui necessitatem ultimam denũciaret: quo accepto brachia primũ ferro percussit mox crurum: & poplitum uenas abrupit: illatusq; balneo: & uapore eius exanimatus sine ullo funeris solẽni crematur. ⁋ Aedes lateranorum. Nam & Plautum lateranũ consulẽ designatum Nero adeo propere ĩterfici iussit: ut non complecti liberos: non illud breue mortis arbitriũ permitteret: manu aũt Turii tribuni trucidatus est. ⁋ In cœnacula. Raro inquit fit: ut pauperibus: & inqlinis: qui conductis cænaculis habitare consueuerunt cædes paretur. Cœnacula autẽ antiqui: & cœnationes loca appellauerũt: ubi cœnabant: sed postq̃ ut scribit Varro in lĩgua latiali in superiori parte cænitare cœperunt: superioris domus uniuersa ædificia cœnacula dicta sunt. Vetus eni uocabulũ (licet uetus consuetudo cœnandi superiore parte domus aboleuerit) remansit. Nec mirum: nã & pistrinũ ueteri uocabulo adhuc nominamus: in quo grana molis uersatilibus terũtur: quum antea tantũ ante usum molaꝶ in pilis pinserentur: unde & nomen: simili modo dicimus ueteri nomine loricã: quæ ferro modo cõstat: quũ antea loris conficeret: a qbus & nomen: unde Festus scribit cœnacula dici: ad quæ scalis ascenditur: cui astipulatur Apule. in nono metamor. Meq; per scalas cõplicitis pedibus in superius cœnaculum attracto. Plau. in Amphytrione. In superiore: qui habito cœnaculo Tranql. in Augusto. Ipse circenses ex amicorũ ferre libertorũq; cœnaculis spectabat. Liui. li. ix. de bello macedonico. Cœnaculũ super ædes datum est scalis ferentibus in publicũ obseratis. Ea autem cœnacula utpote diuitibus incõmoda inquilinis locabantur: de quibus alibi ante sensit. Vltimus ardebit quẽ tegula sola tuetur. A pluuia: molles ubi reddunt oua colũbæ. ⁋ Contũ: lignũ cuspidatũ. quo nautæ utuntur ad explorandã fluminũ altitudinẽ. Iuue. supra. Et contum: & stigyo ranas in gurgite nigras. ⁋ Cantabit uacuus. Seneca ad Luci. Nudũ latro transmittit: etiã in obsessa uia pauperi pax est. ⁋ Latrone: latrones antiqui: autore Festo: eos dicebant: qui conducti militabant: quasi λατρέυοντες. i. seruientes: nam λατρεία seruitus est: at nunc uiarum obsessores dicunt: q a latere adoriũtur: uel q insidiantur latenter. ⁋ Prima fere uota: subaudi sunt. ⁋ Sed nulla aconita: attẽde periculũ: q diuitibus ĩminet: sæpe numero. n. uenenis tollunt. ⁋ Aconita: aconitum: ut scribit Pli. li. xxvii. in nudis nascitur cautibus: quas græci aconas uocant: unde nomen aconitum aliqui dixere. Alii quoniam uis eadem in morte esset: quæ cotibus ad ferri aciem deterẽdam: statimq; admota uelocitas sentiretur. ⁋ Fictilibus. i. a pauperibus: qui fictilibus utuntur. ⁋ Gẽmata: quum in maximis eris diuitiis: ita ut poculis gemmatis utaris: aureis enim calcibus gemmas: & præcipue smaragdos inserebant. Mart. Gẽmatũ scyticis ut luceat ignibus aurum. Aspice quot digitos exuit iste calix. & Iuuena. ante. Nam uirro ut multi gemmas ad pocula transfert A digitis. ⁋ Setinum: uinum est carpanum a Setia denominatum. Mart. Pendula pontinos quæ spectat setiam campos. Exigua uetulos misit ab urbe cados. ⁋ Iam ne igitur laudas. Sensus est: quum homines ferãtur tam præcipites: & tam multis agitentur incommodis: propter stulta uota & cupiditates: nonne igitur existimabis Heraclyti & Democriti sanum fuisse iudicium: qui contrariis animi affectibus: eorum cecitatem & uitia damnauere: de quibus sic Seneca de tranquillitate uitæ & democritum potius immitemur: quam Heraclytum. Hic enim quotiens in publicum processerat: flebat: & ille ridebat. Huic omnia: quæ agimus miseriæ. Illi ineptiæ uidebantur. Horatius in epistolis de Democrito. Sic foret in terris rideret Democritus: hinc ei: ut tradit Suidas: inditum fuit nomen gelasini. Nam Gelasinus græce latinæ ridiculus interprætatur unde & Plaut. in sticho. Gelasino mihi paruo nomen pater indidit propter paupertatem: hoc adeo nomen repperi: quia inde iam a pauxillo puero ridiculus fui: eo quia paupertas fecit ridiculus forem. Gelasini etiam anteriores dentes uocantur: ut docet Polydeuces de rerum uocabulis: quos ridendo ostendimus. Gelasinus etiam autore Suida: ruga illa: siue linea dicitur: q dũ ridemus in facie efficit. Vnde in. vii. Mart. Nec grata ẽ facies: cui gelasinus abest. ⁋ Ridebat: hoium negocia tanq̃ ĩeptias. ⁋ Flebat. s. Heraclytus tanq̃ miserias. ⁋ Cẽsura: taxatio: qa cẽsores moribus urbis ꝓessent.

Seneca

Cœnacula

Pistrinum

Lorica

Contus

Latrones

aconitũ

Setia

Heraclytus

Democritus

Gelinus

Democritus:q̃q̃ non essent urbibus illis
Prætexta:& trabeæ:fasces:lectica : tribunal.
Quid si uidisset prætorem in curribus altis
Extantem:& medio sublime in puluere circi.
In tunica iouis:& pictæ:serrana ferentem
Ex humeris aulæa togæ: magnæq̨ coronæ.
Tantum orbē:quanto ceruix:non sufficit ulla:
Quippe tenet sudās hac publicus:& sibi cōsul
Ne placeat curru seruus portatur eodem.

¶ Quanq̃ non esset:ac si dicat:multo magis risisset:si tantæ nūc uanitates extitissent.Prætexta & trabeæ.i.ta/
lia magistratū insignia:qualia habent romani:prætexta enim & sellā curulē:lictoresq̨:& totā pictā: quæ insi/
gnia æthruscorū magistratuū erāt Tullus Hostilius romanorū rex tertius: debellatis ethruscis primis : ut ro/
mæ haberentur instituit:sed postea Tarquinus priscus:quū filius bello sabino annos q̃ttuordecim natus:ho/
stem manu percussisset:cum & pro concione laudauit:& bulla aurea:prætextaq̨ donauit:insigniens puerum
ulta annos fortem præmiis uirilitatis & honoris:autores sunt Macro.Liui.Diony.& Pli.Dicebatur aut præ
texta:quod purpura p̄texeretur.

Trabea

¶ Trabeæ.Trabeā
gestamen fuisse consulū : & ducum.Diony.in.v.lo
quens de triumphante sic.Nec ornatur trabea:q pe/
culiaris est consulū:ducūq̨ amictus:qđ sensit ēt Pa/
pinius in syluis in carmīe Eucaristicho.Hic quum
romuleos proceres:trabeataq̨ cæsar.Agmina mille
simul iussit discumbere mensis:sed & augurū fuis/
se iterpræte Seruio docet Virg.Ipse quirinali lituo:
paruaq̨ sedebat.Succīctus trabea:ea & reges usi sūt
autore Plini.in.viii.¶ Fasces.i.lictores præcedentes
cum fascibus uirgarum:in quibus secures erant alli
gatæ.¶ Lectica:qua gestabātur a seruis.¶ Tribunal:
in sellis currulibus & tribunalibus considebant:qui
maiora iudicia exercebant:subsellia erant Tribuno/
rum:trium uirorum:quæstorum:& huiusmodi minora officia exercētium.Asconius autor est.

Subsellia

Subsellium
enim est sedile:ut scri.Varro dictū:q̨ non plane sit sella:sicut subsipere q̨ non plane sapit.

Subsipere

¶ Quid si uidisset:de
scri.prætorē præsidentē ludis circensibus habitu triumphali:deridetq̨:nam insignia triumphalia prætori in
Circensibus ludis concedebantur:id etiam aliquando priuatis.Vnde.L.æmilio:qui persen regem macedonū
deuicit concessum fuit a populo:& a senatu:ut ludis circensibus triumphali ueste uteretur.Pli.de uiris illust.

Tunica iouis

¶ In curribus altis.i.in curru triumphali:qui auratus erat:& a q̃ttuor equis albis trahebatur.¶ In tu.io.i.ha/
bitu triumphali:de quo ita meminit Liui.li.x.ab urbe condita:q iouis optimi maximi ornatu decoratus cur
ru aurato per urbem uectus in capitolium ascenderit.Nā qui triumphabant tunicam sibi induebant sumptā
ex templo iouis:de qua sic meminit.Lampri in Alexandro Seuero.Prætextā:& pictam togam nunq̃ nisi con/
sul accepit:& eā quidē:quā de iouis tēplo sumptā alii quoq̨ accipiebant:aut prætores:aut cōsules:quod etiam
uidetur innuere iulius capitulinus in gestis.Gordianorum his uerbis.Palmatā tunicā:& togam pictā primus

Toga palmata

romanorū priuatus suā propriā habuit quū ante īperatores ēt de capitolio acciperēt:uel de palatio: itē Flauius
uopiscus in uita p̄bi īperatoris.Te manet p̄ uirtutibus tuis capitolina palmata.Ea purpurea erat & auro ītex/
ta:ut scri.Pli.li.ix.& palmata:siue palmaris:dicta:q̨ ea:ut sensit seruius:utebanť:qui palmā meruissent.Mart.
Palmatæq̨ ducem te cito redde togæ.Alii dicunt p̄textā triumphātis appellatā esse tunicā iouis:q̨ ad similitu
dinē tunicæ iouis eēt facta.Alii dicūt palmatā dictā esse:q̨ in ea pars palmæ:hoc est uictoriæ intexeretur:ut ab
Helena pictis uestibus apud Home.acu certamina inferunť:qđ & Pli.li.viii.ca.lvi.indicare uideť:quū ait: pi/
ctas uestes iam apud Homerum fuisse:unde triumphales natæ.

Aulea

¶ Aulea serrana pictæ togæ.i.togā pictam:&
purpura distinctam:ut sit periphrasis ipsius togæ triūphalis:quā ut diximus palmatā appellarunt : de qua sic
Seruius.Palmatā togam merebantur qui de hostibus palmam reportassent.Mart.Palmatæq̨ ducem te cito
redde togæ:de qua & Apule.in prima magiæ.Apologia sic:deniq̨ triumphātibus quadrigas albas:& togam
palmatam exprobrares.Palmatam autem togam purpuream fuisse īdicat Sydonius his uerbis.Et illam ser/
ranis ebriam succis inter crepitantia segmenta palmatam conuenustauit.¶ Aulea:latitudinem uestis expræs/
sit:nam Aulea proprie dicuntur uela:& ornamenta:quibus parietes & aulæ teguntur:quæ græcæ peristroma
ta:& peripetasmata appellantur.Inter quæ dicūtur & ipsa tapetia:de quibus sic Plau.in pseudu.ut ne peristro/
mata quidem equæ picta sint campanica:neq̨ alexandrina:beluata consuta tapetia:ad ornamentum etiā thea/
trorum adhibebantur:ut ante.Ast aliæ quotiens aulea recondita cessant.¶ Serrana:idest tyria purpurea:nam
ut scri.Geli.Tyros ante dicta fuit sarra:sicut & Thacia Sytho.& corinthus ephire:iuxta autem tyrum purpu/
ra piscis capiebatur:ex cuius faucibus:ut alibi diximus:liquor eliciebatur aptus ad tingendas uestes:quæ mo
do purpureæ ab ipso pisce:modo sydoniæ a sydone ciuitate tyri:modo serranæ ab ipsa insula dicebanť.Verg.
Serrano dormiat ostro.¶ Ex humeris.i.dependentia.¶ Tantum orbem coronæ.i.coronam aureā tanti pon/
deris.¶ Quippe tenet sudans.i.adiuuat eū ad coronam sustinendā.Nam a tergo triumphantis seruus erat : q̃
coronam sustentabat.Pli.li.xxxiii.ca.i.Et cum corona ex auro æthrusco sustineretur a tergo:annulus tamē in
digito ferreus erat:æqua fortuna triūphantis:& serui coronam sustinentis.¶ Hanc publicus.Ordo est:seruus
publicus sudās tenet hāc:nec mirū a poeta dictū seruum publicū.Nā non solū serui erant priuati:q dominis p̄

Serui publici

priis seruirent:sed & publici:qui ad publica ciuitatis ministeria adhibebanť.Vnde Vale.in.ii.de maiestate lo/
quens de Mario.Missus.n.ad eū occidendum priuata domo minturnis clausum seruus publicus natiōe cim
ber.Idē in tertio capite de fortitudīe loquēs de Teramene Atheniēsi.Ridēsq̨ seruo publico:qui potionē tradi
derat:critiæ inqt p̄pino.¶ Ne sibi placeat:ne nimis insolescat:nā placere sibi ē se efferre.Mart.in.v.Quum uo/
co te dn̄m:noli tibi cinna placere.Maiores.n.instituerūt:ut a tergo triūphātis adsisteret seruus:q pari fortuna
triūpharet:moneretq̨ triūphantē:ut seipm cognosceret:ne tāta gloria nimiū supbiret.un̄ Tertulia.sic scribit
Hoiem se eē ēt triūphās in illo sublimissimo curru admoueť.Suggeriť.n.a tergo.Respice post te hoiem me/
mento te ēt utiq̨ hoc magis gaudet tanta se gloria corruscare:ut illi admonitio conditionis suæ sit necessaria.

Aquila

¶ Da nunc & uolucrem:adde etiā & aliud triumphantis insigne.i.aquilā.Nam aquila romanorū insigne erat
militare.Ea ut scri.Iosephus li.iii.de bello iudaico reliq̃ signa p̄cedebat:qđ & uniuersarum auiū regnū hēat:
& sit ualidissima:itaq̨ illa & principatus insigne putāt:oēm q̨ uictoriæ qđcunq̨ bello petierint : erat & antea
prima cū:q̃ttuor aliis.Lupis:minotauris:eqs:apris:quæ singulos ordines anteibant:paucis ante annis sola in
aciē portari cœpat:reliq̃ in castris relinquebanť.Marius in totū ea abdicauit.Ex eo notatū:nō fere apud legio
nes unq̃ hibernatū eē in castris:ubi aqlarū nō sit iugū:autor ē Pli.li.viii.Qui ī acie aqlā ferebat.Aqlifer appella

Aquilifer

Da nūc & uolucrē sceptro quæ surgit eburno.
Illinc cornicines:hinc præcedentia longi
Agminis officia: & niueos ad frena quirites.
Defossa in loculis:quos sportula fecit amicos.
Tunc quoq̨ materiam risus inuenit ad omnes
Occursus hominum:cuius prudetia monstrat
Sūmos posse uiros:& magna exempla daturos
Veruecū in patria:crassoq̨ sub aere nasci.
Ridebat curas:nec non & gaudia uulgi.
Interdū & lachrymas:cum fortunæ ipē minaci
Mandaret laqueū:mediuq̨ ostēderet unguem.
Ergo superuacua:aut perniciosa petuntur
Propter quæ fas est genua incærare deorum.
Quosdā præcipitat subiecta potentia magnæ
Inuidiæ:mergit longa:atq̨ insignis honorum

bať:unde Tranql.in Augusto.Cōstat aqlifero legio
nis suæ grauiter saucio : aqlā humeris subiisse: diu
q̨ portasse.¶ Sceptro q̄ surgit eburno.Nā inter alia
triumphātis īsignia erat:& scipio eburneus habens
aquilā in sūmitate:qđ manibus triūphans gestabat.
Diony.li.iii.Illinc cornicenes:nā cornicenes seque/
banť castra:p̄cedebātq̨ triūphantis currū canentes:
iiq̨ erant & buccinatores ornamentū totius legiōis
in ingressu conflictus:& eius reditu quoties pugna
bať cornicines:& tubicines canebant.Vnde est illud
in.xiiii.saty.Aut longos castrorū ferre labores.Si pi
get:& trepido soluunt tibi cornua uentrē.Cū lituis
audita.De iis lege Vegetiū.¶ Agminis officia hoc ē
clientes:& amicos triūphantē p̄cedētes:& ministrā/
tes:nā clientes ex īstituto Romuli:ut tradit Diony.
tenebanť patronis suis ī magistratibus: & depuctio
nibus:& aliis ī reip.sumptibus īpendiorū participes
tanq̃ genere proximos adesse:tāta erat īter eos beni/
uolētia:ut clientes dignū censerent oīa patronis pro
uiribus subministrare.¶ Niueos:qrites:nā ministri
& clientes ad habenas triūphantis aderant uestibus
īduti cādidis scri.Plutar. Paulo Aemilio eunti cum
p̄tura ad hiberos:cōcessos lictores a senatu:& equo uectū albo:albaq̨ indutū trabea & ministros oēs albis ue/
stibus fuisse īdutos.Domitia.autore Tranql.generū fratris indigne ferēs albatos:& ipsum ministros hēre p̄/
clamauit.¶ Defossa:posita.¶ Sportula:q̃ dabať ut diximus in.i.saty.cliētibus.¶ In loculis:in.i.saty.diximus
de loculis illic.Loculis comitātibus itur.Ad casum tabulæ.¶ Tūc.q.suis tp̄ibus īcultis:& agrestibus.¶ Cuius
prudentia:democritus inqt exēplo est uiros prudētes ubiq̨ nasci posse hocq̨ dictū est ex stomacho in supbiā
eorū:q orti sanguine romano ceteros contēnebant:sicq̨ docet poeta iuxta illud Apulei in.i.apologia: nō ut p̄/
gnatus:sed ut moratus q̄sq̨ sit spectandū:nec q̃ regione:sed q̃ rōne uitā uiuere inierit cōsiderandū:q̄do in oī/
bus gentibus uaria īgenia p̄ueniant:q̃q̃ uideanť quædā stulticia:uel solertia īsigniores: apud socordissimos ī/
qt scythas Anacharsis sapiens natus est:apud Athenienses catos melecides fatuus:non ergo inqt mirū est: si &
in thracia:ubi aer crassissimus est:Democritus tantæ uir prudētiæ natus est.¶ Prudentiā:in bonorū & malo/

Abdera

rū delectu cōsistit.¶ In patria:ueruecū in thracia:ubi patria abderā:habuit:ut scri.Laer.Dioge.quā cōdidit so/
ror Dione & a noīe suo sic uocauit.¶ Crassoq̨.s.a.n.hoc dictū esse ur̄ ex Heraclyti.snīa:q affirmat aīam ibi eē
prudentiorē:ubi aer sit siccior:unde Thebani pingues:hebetesq̨ sūt existimati:q̄a thebis aer sit crassissimus:
cōtra Athenis sit siccus:& iō Atheniēses prudētiores habēt:traxit aūt colorem Iuue.ab illo Oratii in epistolis
Boeotum in crasso iurares aere natū.Illud nō est omittendū quod scri.Probus Aemilius in Alcybiade Boeo/
tios.s.magis corporis firmitati q̃ ingenii acumini īseruire.¶ Ridebat curas:negocia hominum:ut diximus &
diuersos animi affectus.¶ Quum fortunæ ipse minaci.Ostēdebat Democritus has res humanas:pro quibus
mortales tanto tempore anxii sunt pauci faciendas:quum ille non sint:quæ hominum mentibus tranquilli/
tatem largiri queant:fortunam q̨:quā ceteri mortales colunt tanq̃ deam cunctis in rebus dominantē ita con/
Impulit antennas. i. percussit. Cõferri: comparari suo naufragio. Velis ardentibus: fulminis incendio cõflagrãtibus. Omnia fiunt talia: tales inquit solẽt esse tempestates: quæ a poetis describuntur: qualis fuit tempestas catulli. Nam poetæ: si quando describũt tempestates: eas exaggerando fingunt grauissimas: & sic ostendit tempestatẽ Catulli non cedere periculi atrocitate poeticis tempestatibus: quãtũuis grauissimis. Si quãdo poetica surgit. idest a poetis describitur: bene autem dixit surgit: nam proprie tempestas in mari surgere dicitur. Genus ecce aliud: attentum facit auditorem est enim dicturus quomodo in mare omnia præciosa proiecerit: urgente tempestate. Quanq̃ cætera: subaudi: quæ dicturus sum. Miserere iterũ: quia iam misertus est propter tenebras: & fulminis ictũ: quo uela sunt percussa. Eiusdem sortis. Eiusdem tempestatis: nam potuisset aliud discrimen narrare extra tempestatem maris. Pictores quis nescit ab iside pasci. Tibullus loquens de Iside picta docet templis multa tabella tuis. Tabella uotiua: qui ex ualitudine seruati fuissent in templo Esculapii in tabella genus morbi pictum suspendebant. Sicq; qui naufragium euaserant tabella casum pictum in templo Neptu. figebant: uerum postea recepta & superstitione egyptia in templo quoq; Isidis cuius sac. præcipua ueneratione in urbe colebantur: tabellas ponebant: tanquã: quæ mari periclitãtibus opitularetur quare non immerito ægyptus nauigium isidis colit: quia europa in tauro rapta fertur. idest in naui tauri picturam habente: autor Fulgentius. Pars dira quidem. Arduum enim est ex naui præciosam suppellectilem abiicere ĩ mare. Cognita multis: quã calamitatem multi nauigãtium sunt experti. Accidit fortuna: ordo est. Accidit & Catullo nostro similis fortuna: idest ut in mare res præciosas abiiceret: quod & multi alii fecere: ut templa docent deorum per tabellas uotiuas. Votiuas: uotiuæ tabellæ dicuntur: quæ uota hominum depicta continent: uotiuas uero præces appellamus: quibus aliquid cum uoto poscimus: uotiuam item dicimus uictimam: quæ per uotũ sacrificio est destinata: unde Orat. Pascitur in uestrum reditum uotiua iuuenca. Et Victruuius libro octauo. Hiero. rebus bene gestis: quum auream coronam uotiuam diis immortalibus quodam in fano constituissent. Quum plenus fluctu: sensus ẽ: quum forte nauis esset semiplena fluctu: undisq; incertis agitaretur: neq; gubernator sua posset arte subuenire. Catullus partem rerum suarum: quibus nauis onerabatur in pelagus proiecit: quo nauis facta leuior tempestatem superaret. Decidere iactu cœpit: idest catullus cœpit decidere: & pacisci cum uentis iactu: idest rerum suarum eiectione: quasi ita eiectis rebus suis: uentis satisfaceret: nam sequitur imitatus castora: & fundite: quæ mea sunt: illud enim absurdum est exponere decidere pro concidere nauim. Decidere enim dicuntur debitores quum aliquibus rebus datis cum creditore paciscuntur. Arboris incertæ: ordo est. Quum iam prudentia cani rectoris nullam ferrem opem arboris incertæ: idest quæ naui incertæ debebatur: & conueniebat. Tale etiam genus orationis est apud Propertium. Quærite non sani pectoris auxilium: idest quærite auxilia pectori meo non sano: idest quæ conueniant pectori meo. Arboris incertæ: idest nauis. Nam poetæ nauẽ plerũq; & arborẽ: & trabẽ appellant. Persi. Trabe rupta brutia saxa p̃hendit amicus inops. Ouid. Nondũ cæsa suis peregrinũ ut uisceret orbẽ. Mõtibus in liqdas pinus descẽderat undas. Imitatus castora: castor aĩal est põticũ terrestre: & aq̃ticũ: cauda pisciũ cætera spẽ lutræ: q morsu testiculos sibi amputat piculo urgẽte: ob hoc se peti gnarus. Castoreũ id medici uocãt. Vir. Virosaq; põtus. Castorea: de quo plura apud Persi. illic. Sapdã en aduehe ponto castoreum stuppas: de eo multa Pli. & Soli. poeta exemplo catulli monet salutẽ oĩbus rebus anteponendam. Medicatum: ad multa medicamenta aptum. Teneris mecœnatibus: idest mollibus: & delicatis: qualis fuit mecœnas. Nam eum constat (ut diximus in. i. saty. illic. De Mecœnate supino) delicatũ fuisse.

Votiuæ tabellæ — Castor

iactura abiectione bonor. Decider. i. pacisci et aliquid soluere decidere
cũ creditoribus est in aliqua pte illis satisfacere Catullus ergo satisfaciebat
uentis urgentib(us) q in oia illius bona inuadebant. i. uitã et fortunas decidere
dubiũ et illud purgare et determinare un iuris decisiones dicte

¶ Atq; alias: subaudi uestes. Hoc loco poeta describit: intelligitq; uestes coloris natiui ex lana bethica: nam in pecudibus bethicis: hoc est hispanis uellera sunt rutila: ex quibus nullo alio adhibito colore uestes texebãtur: eas ostendit poeta talé colorem habere ex pascuis: potuq; aquaq; & temperie aeris. Inde lacerna bœtica apud Mar. Sic loquitur. Non est lana mihi mendax: nec mutor aheno. Sic placeant tyriæ me mea tinxit ouis. Idem lib. ix. In tarteſiacis domus est notissima terris: qua diues placidum corduba Bethin amat: Vellera natiuo pal lent ubi flaua mẽtallo. Et linit hesperium bractea uiua pecus. idem in fine. xii. libri. Betis oliuifera crinem re/ dimite corona. Aurea qui nitidis uellera tingis aqs.

¶ Generosi graminis: ordo est quaq; uestiũ ipm pe/ cus natura generosi graminis insecit. i. tinxit. unde ifector tinctor appellatur. Ci. Dibaphũ rogitat: sed infector remoratur. ¶ Generosi graminis. i. herbæ generosæ: & nobilis. ¶ Sed & egre. fons non solũ in/ quit lanæ illæ in ouibus sũt rutilæ ex pascuis: sed et ex potu bethis amnis: & ex aeris temperie: neq; enĩ ad illud est referendũ: quod aliqui ex autoritate Pli. senserunt: qui sic lib. iii. ca. cvi. scri. in boetia amnis. Mellas nigras oues reddit. Cephisus ex eodẽ lacu. p/ fluẽs albas: rursus nigras penitus: ruffasq; iuxta iliũ Xanthus: unde & nomen animi: nam ξανθος flauũ significat: sed ad aquas tantũ bethicas: quĩ sequatur & bethicus adiuuat aer. ¶ Viribus occultis. i. non in tellectis. ¶ Aer bethicus: aer hispanus: nã bethis flu/ uius est hispaniæ ulterioris: a quo & hispania bethi/ ca noſatur. ¶ Parthenio factas: cõmendatio est ab ar tifice. Sic Virgil. diuini opus Alcimedontis. ¶ Et di/ gnum sitiente pholo. i. qui optime posset pholo sa/ tisfacere sitienti: & ei sitim explere. Nam pholus cẽ taurus fuit: a quo, ppinquus mons pholus est appel/ latus: qui quũ herculẽ hospitio suscepisset: doliũ ui/ ni antea defossum extulit: hoc tradũt cuidã centau/ ro olim a Dionysio datũ: imperatũq; ut tũc uinum pferret: quũ adesset Hercules: eo igitur facto ferunt reliquos cẽtauros uini odore: & uirtute factos ebri/ os: quũq; impetũ una oẽs in pholũ facerent: ab Her/ culæ partim cæsi, sunt: partim in fugam cõuersi. Le/ ge Diodo. lib. v. ¶ Vel coniuge fusci imulierẽ bibacẽ sui tẽporis flagellat. ¶ Bascaudas: uasa erant Britan/ nica. Martia. Barbara depictis uenit bascauda: britannis: sed me iam mauult dicere Roma suã. ¶ Escaria. sua/ sa ab esca denoĩata. ¶ Multũ cælati. s. auri. ¶ Quo biberat: designat poculũ aureũ: quod ut scrib. Pli. lib. xxxiii. ca. iiii. puluino philippus rex macedonũ subiiciebat: quũ uellet dormire. ¶ Emptor olinthi. Olinthus ciuitas est thraciæ edito in loco sita (ut lib. i. histõ. scri. Tucydides) quã: ut testat Demosthenes: contra Eschinem phi lippus Amynthæ filius Alexandri pater emit ab Laschene amico suo: quẽ pecunia corruperat: de quo intelle/ xisse Virgi. in. vi. illic. Vendidit hic auro patriam: tradit Seruius. ¶ Callidus: nã ut scrib. Iustinus blandus pari/ ter fuit: & insidiosus: ut qui plura promitteret q̃ præstaret. Callidos appellat Ci. in li. de natura deo. quoq; tan q̃ manus: sic animus usu concaluit. ¶ Sed quis nunc alius: hæc ad laudẽ dicuntur Catulli (qui quod alii nõ face rent:) pluris fecit saluteq; opes suas: ficq; sui tẽporis auariciam notat. ¶ Non propter uitam: docet poeta philo/ sophice ita hoĩ parandas esse opes: ut eas habeat tanq̃ ancillas non dominas. (Sed nisi forte nimis arrogans ui/ derer) negarem hæc duo carmina esse Iuuenalis: nullam enim poetæ sapiunt grauitatem. ¶ Cæci uicio. s. im/ mensæ cupiditatis: & auaritiæ. ¶ Iactatur. s. in mare aduersis. s. uentis: & fluctibus. ¶ Illuc decidit: eo necessita tis deuenit: ut etiam arborem nauis succideret. ¶ Explicat angustũ succisa arbore nauem: reddidit spaciosam: quæ antea angusta erat: atq; implicita. ¶ Quando: quandoquidem solemus in periculis afferre ultima: & ex/ trema præsidia: ut truncemus: scilicet arborem: quo nauis fiat leuior: legendumque cum suspirio. ¶ I nunc: honesta inhibitio est per permissionem. Sic Ouidi. I nunc & cupidi nomen amantis habe: monet enim quan/ tum nauigãtibus immineat periculum. ¶ Tæda, tabula nauis. Tædam autem posuit pro omni arbore ex qua naues fieri solent. de Tæda diximus in prima satyra illic. Tæda lucebis in illa. ¶ Mox cum reticulis: qui nauiga uit panem: & alia ad uictum necessaria secum ferunt. Persi. Iam pueris pellem succinctus & Oenophoq; aptas ait ergo poeta. Tu qui nauigaturus es memento una cum pane: & uino sumendas esse tecum secures ad nauis arborem incidendam: si tempestas urgeat: quasi dicat scito mortis periculum semper nauiganti imminere: le/ gendũq; ẽ accipe: nõ aspice: reticulũ, nẽ genus sacci aptũ ad panẽ ferendũ a rete denoĩatũ. Ora. Vt si reticulũ pa nis uenales iter onusto. Forte uehat humẽro. Reticulũ itẽ: ut dixius i. iii. saty. illic. Reticulumq; cõis auratũ in/ gẽtibus iplet: tegmẽ ẽ capitis muliebris. ¶ Vẽtre la. hoc ẽ capaci: & ampla lagœna: uas est terreũ tã aquarii q̃ ui/ nariũ Iuue. pugna saguntina feruet cõmissa lagœna. Nã ex sagunto hispaniæ ciuitate p̃cios fictilia mitteban/ tur. Martia. in apophoretis. Sume saguntino pocula ficta luto: idem: alibi. Ficta saguntino cymbia malo luto.

Atq; alias: quarum generosi graminis ipsum
Infecit natura pecus: sed & egregius fons
Viribus occultis: & bethicus adiuuat aer.
Ille nec argentum dubitabat mittere: lances
Parthenio factas: urnæ cratera capacem.
Et dignum sitiente pholo: uel coniuge fusci.
Adde & balcaudas: & mille escaria: multum
Cælati: biberat quo callidus emptor olinthi.
Sed quis nunc alius: qua mudi parte: qs audet
Argento preferre caput: rebusq; salutem?
Non propter uitam faciunt patrimonia quã.
Sed uitio cæci propter patrimonia uiuunt.
Iactatur reru utilium pars maxima: sed nec
Damna leuant: tunc aduersis urgentibus: illuc
Decidit: ut malum ferro summittere: ac le
Explicat angustum: discriminis ultima q̃do
Præsidia afferimus: nauem factura minorem.
Inunc & uentis animam committe: dolato
Confisus ligno: digitis a morte remotus
Quattuor: aut septem: si sit latissima tæda.
Mox cum reticulis: & pane: & uentre lagœnæ
Accipe sumendas in tempestate secures.

Infector
Bascaudæ
Olinthus
Callidus
Bethis
Pholus
Reticulum
Vasa sagũtina

¶ Sed postq̃ iacuit. Sensus est: & ordo: postq̃ mare factum est tranquillum: & omnis tempestas sedata est: &c. Prora miserabilis cucurrit inopi arte: hoc est uestibus extensis: & uelo suo quod unum superauerat: nam uela quæ maiora erant in medio maris fulmine fuerunt absumpta. ¶ Tempora uectoris. s. fuerunt. ¶ Fatũ: ipa deo rum benignitas. ¶ Valentius: potentius. ¶ Euro & pelago: ipsa tempestate. ¶ Parcæ hilares. i. ipa fata. ¶ Melio ra pensa: fœliciorem fortunam. Pensa numero tantum plurali dicuntur quæcunq; pendẽte loco: hoc est quæ in filum duci possunt. Ouid. Nos humiles famulæq; tuæ data pẽsa trahemus. ¶ Lanificæ: hoc est operatrices. ¶ Albi staminis. i. fœlicitatem portendentis: nã par/ cæ dicuntur fila nigra ducere: quum mortem: infœ licitatem q; minantur: contra uero fila alba: quũ fœ/ licitatem portendunt. Mart. Si mihi lanificæ ducũt nõ pulla sorores. Stamina: nec surdos uox habet ista dies. ¶ Ventus adest: subaudi &. ¶ Fortior: nam uen tus est qui uehementiori uenit impetu: unda & no/ men: aura uero leuior est. ¶ Vestibus extẽsis: appo/ siti ue inopi arte: inopi præsidio. ¶ Superauerat: super fuerat. Vir. Amissa solus palma superabat aceſtes. i. superat. Pli. de elephantis. Namq; unum qui supera uerat. ¶ Sublimis apex: idest mons albanus: ubi Asca nius condidit albam: nam post trigesimum annum ex quo Aeneas Lauinum tenuerat. Ascanius amisso patre: abundante Lauinii multitudine: florentem ita ut tum res erant: urbem Lauiniæ matri siue nouer/ cæ (nam id quoq; ambigit Liuius) reliquit nouam: ipse aliã sub albano monte condidit: quæ a situ por recto longa alba appellata est: de hoc plura diximus in. iiii. saty. ¶ Candida scropha: nam a nomine por/ cæ albæ: quæ triginta (ut scri. Varro lib. ii. de re ru.) porcellos peperit in portentum albos denominata ẽ alba. Scropha autem appellatur sus non castrata: sed quæ ad fœturam habetur. ¶ Mirabile sumen: appo/ sitio est: idest ex qua optimum haberi potuisset su/ men. De sumine diximus in secunda satyra & apud Persium illic. Calidum scis ponere sumen. ¶ Lætis phrygibus: utrum quia ea duce sedem inuenissent: an q; mirandum sumen eẽnt habituri ex porca: quæ triginta esset mamillarum. ¶ Et clara: ordo est scro/ pha clara triginta mamillis nunquã uiſis: scilicet in alia porca. ¶ Intrat moles positas: idest portum ho/ stiensem magnis molibus a Claudio extructum. De quo ita Tranquil. meminit. Item perfecit emissarium fu cini lacus: portumq; hostiensem: a Diuo Iulio sæpius destinatum: ac propter difficultatem omissum: & pau/ lo infra continuis. xxx. hominum milibus sine intermissione operantibus portum hostiæ extruxit: de eo me/ minit & Euseb. cronographus. ¶ Tyrrhenamq; pharon: idest turrim: quæ in portu hostiensis erecta erat a Claudio in æmulationem phari alexandrinæ: ut ad nocturnos ignes cursum nauigia dirigerent. Nam id sciẽ dum pharum insulam esse: quæ obiecta alexandriæ portum efficit: ubi turris est eiusdem nominis: quã Pto/ lomeus erexit: cuius usus erat nocturno nautarum cur sui ignes ostendere ad prænunciãda: uada portusq; in troitum: a cuius noie omnes relique turres: quæ cõpluribus locis flagrant noctu phari sunt appellatæ. ¶ Tyr/ rhenam: tuscã: mare. n. id tyrrheni dr: hoc ẽ ethrusci: in cuius littore sita est hostia. ¶ Non sic mirabere: quũ uideas portus structiles ea ẽẽ operis magnitudine. ¶ Brachia porrecta. i. moles ptentas in mare. ¶ Relinquũt italiã: magnitudinẽ portus ostendit: q; ita in mare extendebaẽ: ut uideret longe ab italia recedere: & lõge eam relinq̃re. ¶ Interiora: partem interiorẽ ipsius portus. ¶ Peruia: nauigabilis etiã paruæ cymbæ: qualibus in lacu lucrino utunt: qui in cãpania est iuxta Baias: ficq; ostendit nauẽ catulli ita mutilatam: & tempestatẽ confractã ut per breuia etiam ferretur. ¶ Tunc stagnante sinu: portu tranquillos habente fluctus: tempestate iam sedata. ¶ Tunc. s. ubi in portum uenere. ¶ Vertice raso: serui: qui manumittebantur in templo: ut diximus diffusius in cõmentariis Persii ex sententia Plutarchi in problematis. Feroniæ: quæ libertorum dea dicebaẽ: raso capite pileum accipiebãt: quod & Plautus in amphytrione meminit. Quod utinam ille faxit Iuppiter: ut ego hodie raso capite caluus capiam pileum. Nautæ igitur quasi in libertatem uendicati: quam per tempestatem amiſe/ rant: ad eius rei imitationem caput sibi raserant. ¶ Garrula pericula: hypallage est pro ipsi garruli. ¶ Ite igitur pueri: uerba sunt Iuuenalis imperantis seruis: ut parent: quæ ad sacrificia: & uota exoluenda pro Catullo perti neant. Nam romani prisco instituto rebus diuinis operam dabant: quum aliquid cõmendandum esset præ/ catione: quũ soluendũ gratulatione: quũ exposcendũ uoto. Vale, autor in prio limine. ¶ Linguis aiſq; fauẽtes: nã in rebus diuinis: ut scri. Cic. de diuinatione: quæ publice fierent: ut fauerent linguis imperabaẽ: qđ significa/ bat: ut taciturnitatem præstarent. Nam in ludis fauor: in sacris taciturnitas est necessaria: ut sancta rite pagi possint: nulla mala uoce obstrepente. Tibul. Quisquis ades lingua uir mulierq; faue: & alibi. Ore fauete oẽs.

Sed postq̃ iacuit planum mare: tẽpora postq̃
Prospera uectoris: fatumq; ualentius euro.
Et pelago: postq̃ parcæ meliora benigna
Pensa manu ducunt hilares: & staminis albi
Lanificæ: modica non multo fortior aura
Ventus adest: inopi miserabilis arte cucurrit
Vestibus extensis: & quod superauerat unum.
Velo prora suo: iam deficientibus austris.
Spes uitæ cum sole redit: tum gratus iulo.
Atq; nouercali sedes prælata lauino.
Conspicit sublimis apex: cui candida nomen
Scropha dedit: lætis phrygibus mirabile sumẽ
Et nunquam uiſis triginta clara mamillis.
Tandẽ intrat positas inclusa per æquora moles.
Tyrrhenaq; pharon: porrectaq; brachia rursus
Quæ pelago occurrut medio lõgeq; reliquũt
Italiam: non sic igitur miraber portus.
Quos natura dedit: sed truca puppe magister
Interiora petit baianæ peruia cymbæ.
Tunc stagnante sinu gaudent ibi uertice raso
Garrula securi narrare pericula nautæ.
Ite igitur pueri linguis: animisq; fauentes.

Pensa
Ventus
Aura
Albi
Scropha
Portus
hostiæ
Pharus

Mollis

Lares

Lararii

Opari

Cotur/nix Orty/go me/tra

¶ Sertaq; delubris: templa enim deorum frondibus: & sertis ornabãtur. Virg. Et festa uelamus fronde per urbem. ¶ Farra imponite cultris: ideſt cultros mola: quæ ex tosto farre: & sale constabat inspergite: nã mola tria inspargebantur culter: scilicet ignis: & caput uictimæ. ¶ Molles focos: molles appellauit: aut q; iis odores: & tura crementur: quæ arabes molles: mittunt. Tibullus. Vrantur pia tura focis urantur odores. Quos tenere terra diuite mittit arabs. Virg. Molles sua tura sabei: aut quod magis placet: molles focos: recentes: & nouos: ut illud apud Statium in syluis. Sertis mollibus expleatur umbra. i. nouis recentibus: unde Pli. Apollinarẽ. Prata florida & gemmea: trifolium: aliaq; herbas teneras semperq; molles: & quasi nouas alunt. Sic & Virgil.

Sertaq; delubris: & farra imponite cultris.
Ac molles ornate focos: glebamq; uirentem.

¶ Castaneæ molles: ideſt nouæ: & recentes: nam nu/perrime parati erant foci: sequitur enim glebamq; uirentem. ¶ Glebamq; uirentem: ideſt aram ex gle/bis erectam: super quam foci parabantur. ¶ Qd̃ præstat: quod melius est: & excellentius tanquã publice factum. ¶ Inde: ideſt ex publico sacrificio iã peracto. Est autem ordo: inde domum repetam: peracto rite sacro: quod præstat. ¶ Domũ repetam: ut priuatim: scilicet sacrificet laribus: qui & priuatim i domibus: & publice in compitis colebantur. Nam lares: ut re/citauimus apud persium: antiquitas præsides uoca/uit: quibus canis asistit: & ipsi pellibus caninis uesti/untur: ut inquit Macro. eius rei duplicẽ Plutarchus causam affert in problematibus. Nam quum presi/des inquit sint: qui præsunt: hos domus custodes eẽ oportet: & alienis formidolosos: ut canes uidemus. Mittes uero: ac lenes mansuetosq; domesticis: uel q; demonia quædam mala circũerrãt: quibus dii qua/si carnificibus: & scelerum ultoribus aduersus iniu/stos & ipios utantur. Sic lares furiales existimati sũt: & pœnarum: & uitæ exactores: & operationum spe/culatores. Quare fit: ut caninis pellibus induantur:

Hic nostru placabo iouẽ: laribusq; paternis
Tura dabo: atq; oes uiolæ iactabo colores.
Cuncta nitent: longos erexit ianua ramos.
Et matutinis operatur festa lucernis.

Nec suspecta tibi sint hæc coruine: catullus
Pro cuius reditu tot pono altaria: paruos
Tres hẽt heredes. libet expectare: quis ægram.
Et claudente oculos gallinã impendat amico
Tam sterili: uerũ hæc nimia est ipela: coturnix
Nulla unquã pro patre cadet: sentire calorem
Si cœpit locuples gallita: & pactius orbi.

quibus & canes ideo assistit q; ad inuestiganda scelera: & ulciscendos improbos sagaces sint. De laribus item meminit Apule. in lib. de deo socratis. A laribus fit lararii: quod capitur pro loco: ubi lares colebant. De quo sic Lampri. in Alexandro Seuero. Virgilii imaginem cum Ciceronis simulachro in secundo larario habuit: ubi & Achillis: & magnorum uirorum. Alexandrum uero magnum inter optimos: & diuos in larario maio/re consecrauit. ¶ Graciles coronas: hoc dicit: quia Romani: ut scribit Plini. lib. xxi. quum terra flores negaret: coronas ex ramento e cornibus tincto sibi conficiebant: quas hibernas appellabant: paulatimq; subrepsit ap/pellatio corollis inter initia propter gracilitatem nominatis: hinc ergo poeta graciles coronas appellauit. La/res autem coronari solitos docet Plini. sic. Et iam tunc coronæ deorum honos erant: & larium publicorum priuatorumq; & sepulchrorum: & manium: unde Plau. in aululari introducit Larem dicentem thure: uino coronis sibi quottidie sacrificatum fuisse. ¶ Hic: hoc est domi. ¶ Laribus paternis: hoc est domesticis: & maio/rum nostrorum. ¶ Nostrum iouem: aut quem peculiari cultu domi ueneramur: aut nostrum. ideſt romanũ. ¶ Iactabo: spargam. ¶ Omnes colores uiolæ: ideſt uiolas omnis generis: nam tria sunt: ut diximus apud Per/sium illic: & ianthina lena: genera uiolarum purpureæ: luteæ: albæ. ¶ Cuncta nitent: ita a poeta inferuntur: q̃ si ilico omnia a seruis & ministris essent parata ad sacrificium. ¶ Longe erexit ianua ramos: ideſt ornata est ra/mis lauri: nam in festorum solẽnitate domus lauro coronabantur. Alibi. Ornentur postes: & grandi ianua lauro. ¶ Festa: coniunge cum ianua: ut sit ianua festa: & domus festa. ¶ Operatur: rem sacram facit. Virgili. læ/tus operatus in herbis. Proper. Cynthia iam noctes est operata decem. ¶ Nec suspecta tibi: noli inquit suspica ri coruine me ideo hæc uota: tam solemniter exsoluere: quia uelim captare Catullum: non enim est orbus: sed tres habet liberos: quibus bona sua relinquat. ¶ Libet expectare: uoluptarium est inquit expectare: an aliquis appareat: qui pro amico Catullo tam sterili uel gallinam moribundam mactet. q. d. nemo erit: qui sacrificet. Nam gallinæ: (ut scribit Plini. lib. x.) ad rem diuinam luteo rostro: pedibusq; puræ: non uidebantur ad oper/tanea sacra nigræ. ¶ Tam sterili: qualis est Catullus: qui quum filios habeat: nihil daturus est captatori: sed oĩa filiis relicturus: nam sterilis amicus captatoris dicitur: unde nullus exit fructus: quum oĩa liberis relinquat: sic & agrum sterilem dicimus: qui fructum non facit: & mulierem sterilem: quæ fœtus non parit. ¶ Verum hæc nimia est impensa: ironicos. q. d. non esse mirandum: si quis non inueniatur: qui pro amico gallinam sacrifi/cet: quia nimia sit impensa. ¶ Coturnix: auis: quam uulgus uocat qualeam: græce ortyx dicitur: unde Ortygo metram ipsarum coturnicum regem uocamus. Coturnicem autem posuit pro uilissima aue: nam apud men sas Romanorum damnabatur: q; morbo comitiali laborare dr̃ Pli. autor. ¶ Pro patre: pro eo: qui pater sit. i. q filios habeat: quia inde nihil sit captaturus. ¶ Sentire colorem si cœpit: auariciam sui temporis notat: mouent inquit: spe consequẽdæ hereditatis ad facienda uota: & sacrificia pro orbo: si forte uel minima ualitudine cor ripiat: hinc exit illa Pli. li. xiiii. conq̃stio. Postq̃ cœpe orbitas in autoritate sũma: & potentia esse: captatio in q̃/stu fertilissimo: ac sola gaudia in possidẽdo pessum iere uitæ precia. ¶ Gallita & pactius: noĩa sunt diuitum or borum. quos pro oĩbus diuitibus orbis ponit. De pactio meminit Mar. sic. Munera q̃ cuperet pactius esse sua.

Hecatõbe

Quatinus

Quatenus

Boues lucæ

Molossi

¶ Legitime: ironicos: quasi iure quodam: & lege. ¶ Tota porticus: nam in porticibus templorũ suspendeban/tur tabellæ suscipientium uota. ¶ Calorem: æstum febris. ¶ Hecatombem: sacrificiũ centum bouũ: a numero uictimarũ: ἑκατόν. n. centum: βοὸς boué significat: ad qd̃ sacrificii genus respexit. Persi. illic centũ paria ob res egregie gestas induco. i. duplicem hecatombẽ. Quod genus sacrificii primũ institutũ fuisse a laconibus uidet ostendere Strabo in. viii. Laconia inquit: quum priscis annis centenis præesset urbibus. Hecatompolim uoci tatam memoriæ proditum est: inde quotannis per eos boues centenos immolari consuetum fuerat: qd̃ sacrũ hecatombas appellabãt: ut totidem numero macta/rentur boues: quot essent ciuitates. Quum ergo ta/le sacrificium perageretur: centum aræ extruebãtur ut totidem essent: quot & uictimæ: unde illud dictũ est a Statio in genethliaco lucani. Centum thespiacis odora lucis. Stent altaria: uictimæq; cẽtum. Et licet aliæ ẽt uictimæ q̃ boues immolarent: sacrificiũ tamen ueteri uocabulo appellatum ẽ hecatombe: unde ita scri. Iulius capitolinus. Hecatombe autem tale sacri ficium est: centũ aræ uno in loco cespiticiæ extruun tur: & ad eas centum sues: centum oues mactantur. Nam si imperatorium sacrificium sic centũ Leones: centum aquilæ: &c. huiusmodi animalia centena fe/riunt: quod quondam græci fuisse dicuntur: quum pestilentia laborarent &c. ¶ Quatinus hic non sunt: sensus est: quãdoquidẽ hic non sunt uenales elephan tes: nec talis in latio belua progeneratur: sed tantum modo ex locis longinquis petitur: ut imperatoribus seruiat: qui eam tantũ in uoluptatẽ alunt: nulla igit mora erit: quin per pacuuiũ & nouiũ captatores ele phanti inueniantur: quos pro orborum salute sacri/

Legitime fixis uestitur tota tabellis
Porticus: existunt qui promittunt hecatombe
Quatinus hic non sut nec uenales elephantes.
Nec latio: haud usq; sub nostro sydere talis
Belua concipitur: sed furua gente petita
Arboribus rutilis: & turni palcitur agro
Cæsaris armentum: nulli seruire paratum
Priuato: liquidem tyrio parere solebant
Hannibali: & nostris ducibus: regiq; molosso
Horum maiores: & dorso ferre cohortes
Partem aliqua belli: & euntẽ in prœlia turma.
Nulla igit mora p nouiu: mora nulla p histru
Pacuuium: quin illud epur ducatur ad aras.
Et cadat ante lares gallitæ uictima sacra

ficent. Sicq; notat attentam captatorum diligentiam: qui nulli parcentes nec impensæ: nec labori elephantes peregrinam etiam beluam inueniunt. Differunt autem inter se. Quatinus & quatenus: ut quatinus pro q̃do quidem: & quoniã ponatur Tranquillus in claudio. Confirmauitq; pro concione apud prætorianos quatinus sibi matrimonia male cederent se mansurum in celibatu. Quatenus uero pro quouisq; ut sit compositũ a qua & tenus: ut Orati. Iubeas miserũ esse libenter. Quatenus id faciat. Cice. in Lelio uideamus quatenus amor in amicitia progredi debeat. ¶ Quatinus. i. quoniã: uel quãdoquidẽ. ¶ Hic. s. romæ. ¶ Belua concipitur: scribit tamen Columel. in urbe Roma elephantes progeneratos fuisse. ¶ Furua gente: aut ab indis: quorũ in corpo/re (ut scribit Apule. in floridis) color noctis est: ut ab æthiopibus: qui sunt in extrema parte aphricæ ad mon/tem athlantem: nam utrinq; elephanti mittuntur: aut ab Troglodytis æthiopibus: qui arabiæ sunt contermini omnesq; colore fusco: apud quos etiam elephantes progenerant. ¶ Furua nigra: unde illud Mar. Nigro belua nil negat magistro. Cæsaris. Domitiani. ¶ Armentum. appositio est: ut sit belua armẽtum cæsaris: uideturq; hoc dici a poeta in segnitiem suorum temporũ ut sit sensus: elephanti: quoq; usus erat in bellis olim nunc ab imperatoribus seculi nostri ad uoluptatem: & spectacula exhibentur: pugnauere romæ in circo Claudii pul/chri ædilitate: & Cæsari dictatori tertio eius consulatu. xx. contra pedites quingentos: itidemq; totidem: tur riti cum sexagenis propugnatoribus germanici cæsaris munere gladiatorio quosdam inconditos motus edi/dere saltantiũ modo. ¶ Rutulis: populi sunt lati: quibus imperauit Turnus. ¶ Hannibali Tyrio. i. afro: & car/thaginensi. Tyrium autem appellat: q; ex tyro uenerit Dido: quæ carthaginẽ condidit in aphrica. Nam Han/nibal secundo bello punico: quũ in italiam per alpes descenderet: elephantes secum duxit: ut Liuius: Plutar. & Sylius scribunt. ¶ Regiq; molosso. i. Pyrrho epirotarũ regi. Molossi enim genus epirotarũ: sub Pyrrho neopto leo fueræ: quem achilles procreat: & sub eius successoribus theſſalici sanguinis: dicti autem molossi a Moloſ/so rege: nã pyrrhus eo bello quo tarentinos iuuit aduersus romanos: primus in italia usus est elephantis: quos boues lucas appellatos constat: q; in Lucanis primum usi sint unde Ausonius. Vt lucas boues olim resumpto. Præferoces iuuit iuuentus romulea. ¶ Horum maiores: ordo est. Siquidem maiores horum elephantorum solebant parere Hannibali tyrio: & nostris ducibus: & ferre cohortes dorso: appositiue partem aliquam belli: quasi dicat in reprehensione segniciæ suorum temporum eos nunc tantum ali ad spectacula: qui antea ad bel la dumtaxat parabantur. ¶ Euntem in prœlia: inuidiose dixit in prœlia: quasi dicat non progredientẽ (ut nũc fit) in theatra. ¶ Nostris ducibus: ideſt romanis. Nam & Scipio socer Pompeii in exercitu suo aduersus cæsa/rem habuit elephantes in aphrica: de quo ita Apia. libro secundo de bello ciuili sic scribit. Quum Scipio acto peditum legionibus instructus: equitum uiginti milibus: quorum maior pars libycorum fuit: ad hæc scuta/tis plurimis: & elephantis circa triginta aduectare diceretur. ¶ Nulla igitur mora est: quum igitur inquit gal/lita & pactius orbi uexetur uel minima ualitudinem: nulla mora est per nouium aut histrum captatores: qui elephas: qui in italia nõ pgenerat: & si qs est deseruit iperatoribus: quoquo inueniat: ducatur q; ad aras mactã dus: sicq; ostẽdit attenta captatoré diligentiã: qui nulli parcẽtes: nec impensæ: nec labori elephantes peregrinam beluã inueniãt: tãtus est amor habẽdi. ¶ Per no. nouius & hister pacuuius captatores tpibus poetæ. ¶ Illud eb. ebur posuit p elephãto: cõtra Vir. v. elephantũ p ebore. Altera cadẽti pfecta nitẽs elephãto. Dentes elephanti ꝓprie ebur sunt: penuria tamẽ factũ est: ut & ossa secarent: ac pro ebore haberentur. ¶ Victima sa. appositio ẽ.

Tantis digna deis: & captatoribus horum.
Alter enim: si concedas mactare: uouebit
De grege seruo℞ magna: & pulcherrima quæq;
Corpora uel pueris: & frontibus ancillarum
Imponet uittas: & si qua est nubilis illi
Iphigenia domi: dabit hanc altaribus: & si
Non sperat tragicæ furtiua piacula ceruæ.
Laudo meū ciuem: nec comparo testamento
Mille rates: nam si libitinam euaserit æger.
Delebit tabulas inclusus carcere nassæ
Post meritum sane mirandum: atq; oia soli
Forsan pacuuio breuiter dabit: ille superbus
Incedet uictis riualibus: ergo uides: quā
Grande operepræciū faciat iugulata mycenis.
Viuat pacuuius quæso: uel nestora totum
Possideat quantū rapuit nero: motibus aurum
Exequet: nec amet quenq̄: nec ametur ab ullo.

¶ Tantis digna deis & captatoribus horum: ironicos legēdum est: quasi dicat nec elephantem licet omnium animalium maximum uictimam satis dignam esse: quæ diis sacrificetur: nec dignam quā captatores mactēt: quando alia uictima nobilior existat: ait enim alter erit qui filiam & nubilem uouebit mactare pro salute diuitis. ¶ Tantis deis laribus: qui rogantur pro salute diuitis. ¶ Captatoribus horum .s. diuitū. ¶ Alter .s. pacuuius non deerit: qui & seruos: & filiam nubilem: si habuerit: nō dubitabit mactare: ut solus hæreditatem omnem consequatur: ut sequentia docent. ¶ Si concedas .i. si ei per leges concedatur: ut mactet seruum: uel si tu concedas orbi .i. si toleres. ¶ Imponet uittas: nam uictime caput uitta uinciebatur. Valer. Flaccus lib. i. sic. Multa pallens ferrugine taurus. Stabat adhuc: cui cærulea per cornua uittæ. Idem alibi tibi cæruleis in litore uittis. Et zephyris glaucoq; bouē thetidiq; iuuencū. Deicit Ancæus. ¶ Et si qua est iphigenia domi: & si quā filiam nubilem habebit: eam exemplo agamēnonis mactabit pro salute amici orbi: quāuis ei nulla sit spes filiæ conseruandæ: quomodo Agamēnoni seruata est filia per Dianam: quæ ei paranti puellā imolare ceruā: ablata puella: supposuit. ¶ Furtiua piacula: furtiuas expiationes: quales subiectæ sūt Agamēnoni ab ipsa Diana: quæ omne exercitū græcorum pestilentia uexabat ob ceruam ei cōsecratam in uenatione ab Agamēnone occisam: cerua enim q̄ fuit piaculū: & expiatio supposita fuit. ¶ Ceruæ tragicæ: de qua tragici scripserunt: ut sophocles: & eurypides. ¶ Laudo meum ciuem. Ironicos: quasi dicat sapiens nimirum est ciuis meus pacuuius: qui filiam pro salute amici mactare est paratus: nam plurificatio testamētum: quod captat: q̄ salutem mille nauiū: pro qua agamēnon Iphigeniam filiam suam imolauit: nam si diues cōualuerit: testamentum mutabit: & omnia quæ utriq; relinquebat: soli relinqt pacuuio: ergo laudandum est eius consilium: ac per hoc ostendit ipsum improbius facere q̄ fecit agamēnon. Is enim inolatione iphigeniæ mille naues seruauit. Pacuuius uero cæde filiæ unum tantum hominem: sed testamentum inquit ironice pluris faciendum est: q̄ mille naues: sicq; iprobam & cecam hominis cupiditatem damnat: qui etiam spe incerta testamenti paratus sit filiā mactare: nam si tunc moreretur orbus: hereditas pari modo ad utrunq; captatorem rediret. ¶ Testamēto: ad quod inhiat.

libitina

¶ Libitinā euaserit .i. mortem & funestam ualitudinem: nam libitina dea fuit: in cuius æde: quæ ad sepulturam pertinebant: uendere consueuerunt: qui libitinarii sunt appellati: autor Plutar. in problematis ¶ Tabulas: testamentum. ¶ Inclusus carcere nassæ .i. munere captatoris ligatus: & captus sumpta est metaphora a piscibus: qui nassa inclusi nequeunt exire. Est enim nassa uas uimineum ad capiendos pisces: quo quū ingressi fuerint: exire nequeunt. Sylius. Haud secus ad uitreas solers piscator ad undas. Ore leuem patulo texens de uimine nassam.

Nassa

¶ Post meritum mirandum. Ironicos: quasi dicat mirū non esse: si omnia bona relinquat pacuuio: quando ipse pro salute eius filiam etiam suā sacrificare paratus fuerit. ¶ Forsan: hinc est maxima pars indignationis: Breuiter dabit .i. illud heredem relinquet ex asse .i. ex roto: nam qui omnia uni relinquit: breuibus: & paucis uerbis condit testamentum: dicit enim pacuuium relinquo heredē ex asse .i. ex toto patrimonio: sicq; breuiter testamentum condit. Mart. in. vii. Heredem fabius labiētum ex asse reliquit. ¶ Victis riua. aliis captatoribus.

Riuales

Riuales proprie: autore Vlpiano: dicuntur ii: qui per eundem riuum aquā ducunt per trāslationem autem appellantur qui eadem cupiditate laborant: & ad eandem rem habendam intentum habent animum: quasi eodem affectus riuo concurrentes: unde riuales: qui eandem etiam mulierem amant: appellatur. Ergo uide insultatio est poetæ per risum in captatores. ¶ Quam grande operepræcium q̄ grandem & magnam utilitatem afferat inolatio filiæ: est autem translatio sumpta a mercēnariis: quibus suaue est post laborem mercedem accipere. ¶ Micenis iugulata .i. filia: qualis fuit iphigenia mycenea agamēnonis filia: nā mycenis est forma patronymica. Mycene enim fuit agamēnonis patria. ¶ Viuat pacuuius: hæc omnia cum summa indignatione dicuntur a poeta in repræhensionem auariciæ sui temporis. ¶ Nestora totum: qui trecētos annos uixisse fertur: de nestore diximus in satyra omnibus in terris. Quantum rapuit Nero: nam ad omnes rapinas conuersus fuit: ut templis etiam pluribus dona detraxerit: nulliq; delegauerit officium non adiiceret: scis quid mihi opus sit: & hoc agamus: ne quis quicq̄ habeat. ¶ Nec amet quenq̄: nec ametur ab ullo. Dira sane imprecatio est: nihil enim potest homini infœlicius accidere: quā ut neminem habeat amicum.



Iunii Iuuenalis Aquinatis Satyra. XIII.

Exemplo quodcūq; malo committitur: ipsi
Displicet autori: prima est hæc ultio: quod se
Iudice nemo nocēs absoluitur: improba quis
Gratia fallacis prætoris uicerit urnam.
Quid sentire putas omnes caluine recenti
De scelere & fidei uiolatæ crimine: sed nec
Tam tenuis census tibi contigit: ut mediocris
Iacturæ te mergat onus: nec rara uidemus
Quæ pateris: casus hic multis cognitus: ac iā
Tritus: & e medio fortunæ ductus aceruo,
Ponamus nimios gemitus: flagrantior æquo
Non debet dolor esse uiri: nec uulnere maior.
Tu quāuis leuium minimā: exiguāq; malorū
Particulam uix ferre potes spumantibus ardēs
Visceribus: sacrū tibi quod nō reddat amicus
Depositum: stupet hæc qui iā post terga reliqt
Sexaginta annos fonteio consule natus.
At nihil in melius tot rerum proficis usu:
Magna quidē: sacris quæ dat præcepta libellis

Exemplo quodcūq; malo. Hac satyra caluinū cōsolat: qui abnegata sibi pecunia uehementer cruciabat: Sed satyræ nō oblitus notat tēpora sua: qb⁹ nimio auaritiæ studicio id frequēter accidebat: prima inter alias cōsolatio ē eū: q abnegauerit: nūq̄ cruciatu carere: licet iudicia euaserit: quū eū sp cōsciētia exagitet. ¶ Malo exēplo: quodcūq; ingt turpe facinus cōmittit: stati ipsi autori displicet: ac per hoc stimulis cōsciētiæ flagellat. ¶ Exemplo: exēplū est alicuius facti: aut dicti præteriti: cū certi autoris nomine ,ppositio: quod nos monet qd faciēdū: fugiendūue sit: unde inqt Festus Pōpe. Exemplū est: qd' seqmur: aut uitemus: ē enim ipsa res: q̄ imitamur: aut si sors ita tulerit euitamus in aliquo. Exēplū itē capitur: ut docet Cice. ī rheto. ad Herē. ,p eo: ex quo ,pbatio: & experimētū habet ois rei: unde dicimus ad te mitto exēplū piperis: siue tritici: qd' tibi uēditurus sum: & in elocutione exēplū īter exornationes nominatur.

Exēplū

¶ Malo: id malo exēplo dr̄ cōmitti: qd male docet: quodq; oīno fugiēdū ē: ut malū. ¶ Prima ē hæc ultio: inter alia inqt aī tormenta hæc prima est pœna: nā ultio: & uindicta pœnā: siue suppliciū significant. Vale. li. i. Pari uindicta parētū: ac deorū uiolatio expianda est. ¶ Quod nemo nocens absoluit: cōscientiæ .n. flagello semp punit: q deliqt: unde & Vir. appellauit curas ultrices .i. cōsciētias ipsas: q̄ puniūt semper nocētes. Plautus in mustellaria. Nihil est miserius q̄ animus hois cōscius: nā ut scri. Apule. & si a cæteris silētiū ē: tātū ipse sibimet cōscius ē posse se merito increpari. ¶ Se iudice: nā seipsum dānat. ¶ Improba q̄uis genera: licet inqt p gratiā euaserit urnā ptoris .i. iudiciū & dānationē ptoris: hocq; dicit ex cōsuetudine rōana. Nā ut scri. Ser. exponēs illd Virgilii. Quæsitor minos urnā mouet: nō audiebant causæ: nisi p sorte ordinatæ: nā tpe quo causæ agebant: couenie bāt oēs unde & cōciliū iqt uocat: & ex sorte dierū ordinē accipiebāt: quo post diem trigesimā suas causas exeqrēt: unde ē urnā mouet: urnā ergo ptoris .i. iudiciū ptoris: q p fraudē: & nō recte duxit sortē ex urna unde īprobā gratiā appellat: q̄ apud īprobū iudicem ualuit. ¶ Quid sentire putas: hæc oia ad cōsolationē dicunt caluini. Est .n. sensus. Oēs qdē hoc scelus damnāt: & igēs flagitiū eē pdicāt. Sed tu tamē nō es tā tenui cēsu: ut oio hac iactura obruaris: & ī desperationē uēias. ¶ Scelere: recēti pfidia. ¶ Fidei uiol. solutæ nō seruatæ: nō pstitæ. ¶ Mediocris fortunæ: cōsolatio a q̄litate īcōmodi. ¶ Nec rara: cōsolatio a cōmuni īcōmodo. ¶ Te mergat: ī cōclamatā te īmergat miseria. ¶ Nec rara uidemus: cōsolatio a cōmuni miseria. ¶ Casus hic cognitus: ut depositū deneget. ¶ Tritus: frequentatus. ¶ E medio aceruo fortunæ .i. emedio a ceruo īcōmodo℞ qbus fortuna hoīes uexare solet. ¶ Ponamus: p depōamus apheresis ē. ¶ Flagrātior: æquo: uehemētior q̄ res poscat. Sen. de trāqllitate uitæ. In tuis quoq; malis id agere te oportet ut dolori tātū des: q̄tū poscit. ¶ Spumātibus uisceribus: feruētibus ira.

Depositum

¶ Depositū .i. q autore Vlpiano de significatione uerborū: q custodiendum alicui datum ex eo: quod ponit: nā de præpositio auget depositum: ut ostendit totū fidei eius cōmissum: qd' ad custodiā rei ptinet. ¶ Sacrū: qd debet eē tāq̄ res sacra: ac p hoc minime uiolādū.

Stupere

¶ Stupet hic: familiaris rephēsio ī caluinū: q̄ si nō īueniat eū: q iā grādi sit ætate: & q sæpe id multis accidere cognouerit admirari: nā ut ait Ci. sapiētis ē nihil quā accidere admirari: ut īopiatū: ac nouū accidisse uideat. ¶ Stupet. h. pōt hic admirari: ea īterrogatiōe: q̄ solēus: rē aliq īprobare: stupet āt is: ī quo sēsus aī n̄ uigēt: q aut metu: aut fulmīe putauit accidere. Cor. Cels. uñ Persi. Sed stupet hic uitio. Ter. Aius lasus cura cōfect⁹ stupet. Dicius ēt mēbra nimio oppssa frigore stupet.

Fontei⁹

¶ Fōteio cō. n. Fōtei mēinit sic Pli. li. vii. ca. xxi. nupq; fonteio: & Vipsano cōsulibus ānos nouē gēitū pue℞ a meridie ad uespū. lxxv. milia pas. cucurrisse: de hoc meminit & Soli. ca. iii. Ceterū caligulanatus ē pre suo: & Frōteio cōsulib⁹: autor Trāq. ¶ Nā pficis: nō discis lōgo re℞ usu hæc multis accidere. ¶ Magna qdē sacris: sapiēs īqt uir oibus fortūæ telis: & casibus resistit: īuictūq; se pbet: aī magnitudine oia uitæ īcōmoda supat: omnia se īferiora putat: sic idē caluino faciēdum latēter ostēdit.

Victris fortunæ sapientia:dicimus autem
Hos quoq; fœlices:qui ferre incomoda uitæ.
Nec iactare iugum uita didicere magistra.
Quæ tā festa dies:ut cesset prodere furem:
Perfidiam:fraudes:atq; omni ex crimine lucrū
Quæsitū:& partos gladio : uel pyxidē nūmos:
Rari qppe boni:numero uix sunt totidē: quot
Thebarum portę:uel diuitis hostia nili.
Nona ætas agitur:peioraq; sæcula ferri
Temporibus:quorum sceleri nō iuenit ipsa
Nomen:& a nullo posuit natura metallo.
Nos hominū:diuūmq; fidē clamore ciemus.
Quanto fessidiū laudat uocalis agentem
Sportula:dic senior bulla dignissime:nescis
Quas habeat ueneres aliena pecunia:nescis
Quē tua simplicitas risu uulgo moueat : quū
Exigis a quoquā ne peieret:& putet ullis
Esse aliquod numen tēplis:aræq; rubenti.

Sapiētia.i.ipsa philosophia moralis:q̄ quū area sapientia noiaret:a pythagora philosophia est appellata:cū se apud leōtē phlisiorū pricipē nō sapiētē:sed philosophū nominasset.i.sapiētiæ studiosum. Sapiētiæ: subaudi extrinsecus est:ut sit sapiētia ē uictrix fortunæ.i.ii:qui ex sapiētiæ p̄ceptis:& philosophiæ uiuūt:casibus fortunæ aduersis nō īfringunt fortunæ ludibria contēnūt. Magna p̄cepta:salubria:& ad bene beateq; uiuēdū ptinētia. Sacris libellis:q̄si q rē sacram cōtineāt:est enim philosophia:ut ait Cice.uitæ dux: uirtutis indagatrix: ex pultrixq; uitiorū. Incōmoda uitæ:res aduersas. Nec iactare iugū:nō īfringi:nō abiici urgēte fortuna:sūpta trāslatiōe a bobus:q urgēte labore iugū renuunt & excutiūt:q̄si succūbētes: ut ostēdat hoīum in aduersis aio debere esse forti & erecto:taleq; uirū fortē appellamus:cuius ,ppriū ē dolorē:morteq; cōtēnere. Vita magistra:lōga.n.uita est nobis magistra:& q̄si mōitrix multa homini īcōmoda omnino ferēda. Quæ tā festa dies:hoc dicit qa in die festo nō licebat de scelere agi:hocq; totū ē ad cōsolatiōnē caluini ex frequētibus sceleribus. Prodere:accusare:& manifestare. Gladio:cæde hoīs. Pyxide:uenenis: q̄ i pyxide seruantur. Rari quippe boni. Adeo īqt pauci boni existunt:ut uix septē reperias:sicq; alludit ad septem illos sapiētes græciæ:q uiri uidenť dici potuisse boni:fuerunt āt ii Thales:Solō:Periander:Cleobolus: Chilon: Bias:& Pithacus. Thebarū portæ: Thebæ Boetiæ septē habēt portas. Oui.ii.tristium. Cur tauci thebas:& mutua uulnera fratrū. Et septē portas cum duce quāq; suo. Hostia nili:septem nilus hostiis in mare funditur:de qbus Diodo. Strab. Pli.& Mela:Virgi.in Geor. Et diuersa ruens septem discurrit in ora. Ouid. Nilū ab septem hostis Septēfluum appellat:li.i.metamor. Diuitis:totam ægyptū diuitem:& sterilē reddētis inūdatiōe.n.nili tota ægyptus(ut autor est Diodorus)fit fertilis. Nona ætas agiť:ostendit tā multiplicata eē humani generis scelera:ut iā tēpora duplo peiora sint:q̄ fuerint ferrea:& ita peiora ut eorū sceleribus nomē nō inueniatur a Metallis:& sic est rei exaggeratio : hoc magis placet:qua ut nūeres ætates octo a Metallis:nō.n.nominať etas electri:aut stagni:aut plūbi:sicut etas auri argenti:æris:& ferri. Quoꝝ .s.seculorū.

Metallum Metallū:diciť uena:auri:argēti:ferri:eris:plūbi:marmoris:μέταλλον.n. idē est qđ scrutor: & ingro.Falia.n.p uenas terræ q̄runť. Nō inuenit:ordo est ipsa natura nō īuenit. Nos hominū.Scimus inqt humani generis scelera eē:& maxima:& īfinita. Tamē deoꝝ:& hominū fidē īploramus q̄si in rē nouā:& atrocē. Clamore:subaudi tāto. Sportula.i.cliētes: qui sportulā accipiētes a Fessidio causidico eū adulādo laudāt. Laudat:notat morem sui tēporis. Nā ambitiosi:& poetæ:& causidici cœnis & mūeribus laudatores sibi parabāt. Persius. Calidū scis ponere sumē. Scis comitē horridulū tetria donare lacerna. Et uerum inquis amo uerum mihi dicito. Oratius. Non ego uentosæ plæbis suffragia uenor. Impensis cœnarū: & tritæ munere uestis. Martialis. Quod tam grande sophos clamat tibi turba togata. Non tu Pomponii: cœna diserta tua est.

Vocalis Vocalis:clamosa a uoce:nā is dicitur uocalis:qui magnam habet uocē:unde Stentora fuisse uocalissimum dicimus:qui quinquaginta homines clamantes uoce sua superaret. Vocalis etiam opponiť muto. Pli.in.x. Attagem maxime Ionius celebrať:uocalis alias:captus uero obmutescens.

Bulla Dignissime bulla.i.q̄uis ætate sis senex:dignus tamen uideris bulla:quum sis sensu puerili:ac si dicat nimium simplex es:& parum peritus:qui exigas:ut inter mortales sit quædam uitæ synceritas nulli inter eos sint doli. Nam bulla:ut in Persium diximus:aurea erat insigne puerorum prætextatorum:quæ a pectore dependebat:ut significaretur eam ætatem alterius consilio regendam dicta βουλή quod est consilium:aut qui eam partem corporis bulla contingat:idest pectus:in quo naturale manet consilium:aut autore Asconio : quasi bullientis sinus communiens:idest pectus puerile:ea etiam utebantur triumphantes in speciem cordis:quibusdam(ut scribit Macrobius) remediis inclusis aduersus inuidiam:de ea etiam non pauca Plutarchus in prolematis. Bullā etiam appellamus illud:quod in aquis intumescit instar pilæ : & cito rumpitur. Ouidius. Intumuit:sicut fuluo perlucida cœlo. Surgere bulla solet. Eo uocabulo usus est Varro in re rustica ostendens uitam hominis fragilem esse

Bullare quum dixit. Homo bulla est. Inde etiam est uerbum bullare:quod significat bellas:& tumores facere. Cornelius Celsus loquens de urina. Si bullat:& male olet:unde Persius. Osi ebullat patrui præclarum funus : hoc est exeat:& rumpatur more bullæ in aquis. Quas habeat ueneres:quam grata sit & iucunda pecunia aliena. Nā hominibus : quos indomitus auariciæ furor agit: nihil est suauius rebus alienis : ac per hoc docet : non esse mirandum:si depositum sit ei denegatum. Quem risum moueat ; quantopere omnes rideant simplicitatem tuam : quum poscis : ut nemo deos periurio offendat : quasi dicat neminem iam fere existere : qui fallax : & periurus non sit : quum iam etiam credant deos non esse. Aræque rubenti:aut propter ignem ibi ad sacrificia accensum: aut quod magis placet:propter sanguinem uictimarum. Hoc more:hac uitæ sanctitate: ut non peierarent.

Indigene Indigene : idest inde geniti : nec aliunde uenientes ; hos græci αυτο χθονας appellant.

Quondā hoc indigenæ uiuebāt more: priusq̄
Sumeret agrestem posito diademate falcem
Saturnus fugiēs:tunc quū uirguncula iuno
Et priuatus adhuc idæis iuppiter antris.
Nulla super nubes conuiuia cælicolarum.
Nec puer iliacus:formosa nec herculis uxor
Ad cyathos:& iam siccato nectare tergens
Brachia uulcanus liparæa nigra taberna.
Prandebat sibi quisq; deus: nec turba deorum
Talis:ut est hodie:contentaq; sydera paucis
Numinibus miserum urgebant atlāta minori
Pondere: nōdum aliquis sortitus triste ,pfundi
Imperium:aut sicula toruus cū coiuge pluton.

Priusq̄ saturnus fugiens.i.ætate aurea:qua Saturnus regnauit:qui a ioue filio eiectus regno cretæ in latium uenit:a Iano in regnum benigne exceptus:q; eum ruris cultum docuisset.

Saturnia saturnalia Saturniam Italiam Ianus appellauit araq; cum sacris condidit:quæ saturnalia dixit:eo q; saturnus apparere desisset:dicitur autem ab ioue filio pulsus:quia scimus tempora senescētia ab his:quæ sunt nata depellit. Macro.Plini.& Lactan.

Falcifer falcifer etiam est appellatus:aut quia surculorum insertiones pomorumq; eductiōes:& omnes huiusmodi fertilium Saturno tribuant disciplinas:quæ omnia sine usu falcis fieri non posse uidentur:aut quia tempus omnia metat:execet: & incidat. Saturnus enim tempus interpretatur. Oui. Te fera nequicq̄ placidum spondentia martis. Sydera presserunt:falciferiq; senis. Regnante igitur Ioue: ætas appellata est argentea:quæ ætate aurea fuit deterior. Diademate:insigni regio: erat enim pānus quo caput regis uinciebatur:de quo abunde supius diximus. Tunc quū uirgūcula iuno: subaudi erat. Adhuc priuatus:quum nōdum regnū patri rapuisset:sed ī antris idæis adhuc a nymphis aleretur:capra Amalthea lac p̄bēte. Nam Rhea uxor saturni uerita:ne pater iouem infantē deuoraret:quū reliquos alios absumpsisset:nymphis sub ida furtim alēdum misit. Hoc aūt fictū est:quia reuera Saturnus: quem græci cronon uocāt:tēpus significat:quo uicibus cūcta gignunť:& absumuntur:& eo denuo renascunť: aut reuera legendū est primæuus Iuppiter:ut cōueniat cū eo:tunc quū uirguncula iuno:ut ostēdat hominū mirā fuisse simplicitatē:quum iuno adhuc eēt uirguncula:& Iuppiter primæuus:iuxta illud Claudiani. Talis ab idæis primæuus Iuppiter antris. Possessi stetit arce poli. Ida autē duplex est: altera in phrygia & altera in creta:de cretēsi nūc ītelligit. Nulla super nubes. Sensus est:tunc inqt hoīes sine aliquo flagitio uiuebant:quum dii nulla adhuc celebrarent cōuiuia in cœlo:ac p hoc pauci in cœlo morarenť: nullusq; adhuc deus eēt qui maria:aut īferna diuiso imperio teneret. Super nubes.i.in cœlo:ut ostēdat miram ī cœlo fuisse deorum paucitatē. Puer Iliacus. Ganymedes:quē Iuppiter in aquilā transfiguratus in cœlū tulit:suorūq; poculorū ministratorē fecit remota hebe cōuni ipsius iouis & iunonis filia:quā sibi Hercules in cœlum trāslatus matrimonio copulauit:ergo uxor herculis.i.hebe ΗΒΗ græce pubertas latine īterp̄tať. Ad cyathos : ad mininisteriū poculoꝝ:subaudi extrinsecus erit. Siccato nectare:epoto uino. Nā nectar ,pprie deoꝝ est potio. Brachia nigra:fuligine:& carbone.

Lipara Taberna liparea.i.officina:quā in lipara habuisse fertur:est.n.īsula una ex septem æoliis ei consecrata:unde Valerius Flaccus loquēs de uulcano sic. Lēnos cara deo:nec fama notior ætne. Aut lipares domos:de ea ēt dixius in prima satyra. Prādebat sibi:hoc est q̄sq; deus sibi ministrabat:& seruiebat:aut qđ nō minus placet:hoc dicit: qa q ad alienū accedit cōuiuiū:uideť prādere in gratiā alterius . Quisq; ergo deus prādebat sibi.i.domi suæ:& in gratiā suā:& nō alterius:uideturq; respicere ad id:qđ antiqui in granā amicorū bibebāt:& ,ppinabāt:unde est illud ante:quādo ,ppinat uirro tibi:sumitq; tuis cūctata libellis. Pocula:& ita dictū prandebat sibi:sicut illud bibit sibi apud Homerū in.ix. Quibus locis iuniores coronata gradatim pocula propinarūt:atq; ubi legati primū diis libarūt:deinde sibi:quoad uolūtas tulit:biberunt. Nec turba deoꝝ talis:subaudi erat:quæ sibi posceret tantā lautitiā:quū unusquisq; sibi ministraret:aut re uera posuit talis ,p tanta:nā sequiť cōtentaq; sydera paucis numinibus:nā Diodorus ostendit lib.i.paucos fuisse deos.

Atlas Atlanta:atlas:ut diximus in saty. Atticus eximiæ:mōs est mauritaniæ miræ altitudinis:ut eius cacumē nequeat cerni:q; nubibus nunq̄ relinquať. Columnā cœli illū indigene aiūt. Sed hoc loco ad fabulā respexit. Nā ferūt Atlantē libyæ filiū fratrē hesperi tāta magnitudine fuisse:ut humeris suis cœlū sustineret:sed eū a perseo quū ad eū occisa medusa diuertisset:cōuersum fuisse in mōtē sui nominis:quū ipe a se perseū repelleret. Sed:q; cœlū humeris sustinuisse dicať:ē ab historia:nā is:ut scri.Plini.li.vii.astrologiā īuenit . Vnde Ouidius in epistola Deianiræ. Hercule supposito sydera fulsit atlas. Sortitus:subaudi erat.i.nondū neptuno imperiū maris cōtigerat:qđ postea ei sorte euenit:quū Ioui cœlū & nubes:Plutoni uero inferna cōtigissent: nā ,pfundum absolute pro mare poniť.

Profundum Seneca nō necesse ē oē pscrutari ,pfundū. Statius in syluis. Inq; omni fœlix tua cymba ,pfundo. Valerius Flaccus libro.ii. Si sedet ægi scopulos habitare ,pfundi. De diuisiōe āt rerū inter deos ita fit mētio apud Homerū in.xv.iliados:ubi sic loquiť Neptunus. Etenim tres liberi sumus ex Saturno & Rheanati:Iuppiter:Ego:& Pluton:suā quisq; dignitatē sortiti:nā quum trifariam uniuersa diuisissemus : sorti rem cōmisimus:Mihiq; cessit mare:Plutoni Infernæ tenebræ:Ioui cœlum cum laxo æthere: & nubibus. Terra āt: & Olympus non certi dei:sed cōmunes omnium sunt Sicula cum coniuge Pluton:idest nondū erat pluto dominus inferorū constitutus:cum proserpina cereris filia:quā postea in Sicilia flores colligentem rapuit secum ad inferos:De cuius raptu eleganter cum Claudianus : tum Ouidius quinto fastorum. Nec rota : nondum erant apud inferos statuta supplicia:

ixionis fabula per rotam autem intelligit cruciatum Ixionis:qui intextus rotæ torquentur:id enim supplicii pati dicitur:q; quum Iouis:& iunonis esset secretarius: ausus est Iunonem de stupro interpellare:q̄ ei:suadente Ioue:nubem in sui formam obiecit:cū qua concubuit:grauidamq; fecit:ex qua cētauri nati sunt:qui a poetis nubigenæ uocanť. Quū postea gloriaretur: se rē cū iunone habuisse : eū iuppiter rota serpētibus circunfusa intexuit. Tibullus illic iunonē tentare ixionis ausi. Versantur celeri noxia membra rota.

Nec rota:nec furiæ:nec saxũ:aut uulturis atri
Pœna:sed infernis hilares sine regibus umbræ.
Improbitas illo fuit admirabilis æuo.
Credebant hoc grande nefas:& morte piandũ
Si iuuenis uetulo non assurrexerat:& si
Barbato cuicunq; puer:licet ipse uideret
Plura domi farra:& maiores glandis aceruos.
Tam uenerabile erat præcedere q̃ttuor annis.
Primaq; par adeo sacræ lanugo senectæ.
Nunc si depositum non inficietur amicus.
Si reddat ueterem cum tota erugine follem.
Prodigiosa fides:& tuscis digna tabellis.
Q uæque coronata lustrari debeat agna.
Egregium:sanctumq; uirum:si cerno:bimẽbri
Hoc monstrum puero:& miranti iã sub aratro
Piscibus inuentis:& fœtæ comparo mulæ
Solicitus tanquam lapides effuderit imber.
Examenq; apium longa consederit uua
Culmine delubri:tanq̃ in mare fluxerit amnis

Furiæ ¶ Nec furiæ.s.infernales: Alecto:tysiphone:& Megera:quæ filiæ dicunt fuisse noctis & Acherontis. De qbus sic Virg.dicuntur geminæ pestes cognomine diræ.Quas & tartarea nox intempesta megaram.Vno eodemq; *Sisyphi fabula* tulit paratu.¶ Nec saxum:quo sisyphus punitur:is.n.quum isthmũ latrociniis infestaret:cogebat transeuntes pedes sibi lauare:quos officio occupatos calcibus in mare pĩiciebat:a Theseo interemptus est:& hac apud inferos iugi afficitur pœna:ut grande saxum aduersum:montẽ ferat:quod quũ ad montis uerticẽ truserit lapsum *Tityi fabula* ad ima redit.Oui.Aut petis:aut urges rediture sisyphe saxũ.¶ Aut uulturis atri:pœna qua Tityus afficit. Qui quum latonæ uim:inferre uellet:ab Apolline sagittis confossus fuit:ad inferos trusus:ubi uult eius cor renascens assidue depascitur:unde Tibullus . Porrectusq; nouem tityus per iugera terræ. Assiduas atro uiscera pascit aues. Is enim filius fuit iouis ex Thiara filia Orchomẽi:quã quum iuppiter grauidã fecisset iunonisq; iram timeret:in spelũca sub terra abdidit: unde natus Tityus filius terræ est existimatus:ea corporis magnitudine fuit:ut nouæ terræ iugæra occuparet.¶ Glãdis aceruos:hoĩes.n.ætate aurea arborũ fœtibus uescebant. Tibullus. Rura cano : rurisq; deos his uita magistris.Desueuit q̃rna pellere glãde famẽ.Claudianus primo de raptu sic unde datæ fruges populis:& glãde relicta.Cesserit ĩuẽtis dodonia quærcus aristis.¶ Plura farra:licet eẽ dicior.Farra ãt nominauit:qa antiq:ut Verrius tradidit:trecẽtis annis farre uixerũt.¶ Primaq; par adeo:legẽdum ẽ par nõ autẽ pars:ut sit sensus prima lanugo: & primum barbitiũ erat par sacre senectæ.i.pueri barbatũ iuuenẽ:q ætate fuisset maior:uenerabat ut senẽ.¶ Nõ inficiet:nõ deneget.¶ Veterẽ follẽ:q̃si rẽ uilissimam.i. *Follis* marsupiũ ipsum uetus.Nã follis pro repositorio nũmorum ponit:unde Apule.li.iiii.metamor.Numularius pãnosus alioquin & sordidus aureos folles incubabat:follẽ item accipimus pro instrumẽto : quo uentus attrahit:& emitit:unde & follẽ appellamus genus pilæ:quod uẽto inflatur: de quo ita meminit Plau.Ego te follẽ pugillatoriũ faciã: & pedẽtẽ cursabo pugnis.Mart.Folle decet pueros ludere folle senes.Trã*Folliculus* quil.in augusto post bella ciuilia ad pilã primo:folliculũq; transit:folliculũ itẽ accipimus pro tegumento leguminũ:& id genus rerũ.¶ Cũ tota erugine:cũ tota moneta rubiginosa:q̃ ex lõga in arca situ rubiginẽ contraxe*Erugo* rit.Erugo.n.idem est:q; rubigo.Plinius libro.xv.loquens de amurca. Axes decocta ungi atq; æramẽta contra *Eruca* eruginem.Eruginem etiam docet Victruuius lib.vii.genus eẽ coloris:quã uocãt erucã:eamq; dicit effici: quũ doliis sarmẽta collocantes aceto suffuso supra sarmẽta collocant lamellas æreas:deinde ea operculis obturant: ne spiramentũ obturata emittant:post certum tẽpus aperientes:inueniunt ex lamellis æreis eruginẽ:quam ut dixi appellãt erucam.¶ Prodigiosa fides : loco prodigii habetur: si tãtam fidem inuenias:ut depositum nõ ne*Prodigium* get.Prodigiũ est.n.dictũ:autore Ci.in lib.de diuinatione:qđ porro dicat ostentũ:ab ostendẽdo : portentum a portendẽdo.i.significãdo:monstrũ a mõstrãdo.¶ Tuscis digna tabellis.i.quæ ex instituto ethruscæ discipli*Ostẽtũ* næ pcuretur:nã haruspicina inuenta fuit ab æthruscis.In agro.n.tarqniẽsi puer dicit diuinitus exortus nomi*Portentum* ne Tages:q disciplinã cecinerit extispicii:quã Lucunones æthruriæ potẽtes excriserũt:autor Cẽsorius : de quo sic & Oui.lib.ulti.meta.Haud aliter stupuit:q̃ quũ tirrhenus arator.Fatalẽ glebã motis aspexit in aruis.Spõte *Monstrum* sua primum:nulloq; agitante moueri.Sumere mox hoĩs terræq; amittere formã.Oraq; uẽturis aperire recẽtia fatis.Indigenæ dixere Tagẽ:q primus æthruscã Edocuit gentẽ casus aperire futuros. Nã quũ araret impsso altiore sulco:puer repẽte natus est senili prudẽtia:q dictus est Tages: quo uiso bubseq̃ obstupe factus:clamorẽ maximũ extulit:ad quẽ tota æthruria cõcurrit.Tũ puer plura oĩbus audiẽtibus locutus est : q̃ ad disciplinã *haruspicinæ repertores* pertinerẽt Aruspicinæ:q̃ excepta litteris mandata fuerunt.Myrsilus quoq; Lesbius scribit Aethruscos diuinationes repperisse.¶ Lustrari:expiari.¶ Agna coronata:aut uittis:aut corona ornata:nã ita ad sacrificiũ ducebatur uictima.¶ Egregiũ:sanctũq; uirum:iniqtatẽ tẽpoꝝ suorũ notat:qbus mira bonorum uiroꝝ paucitas erat. Est.n.sensus.Si uirum bonũ cõspexero:illum cõmparauero puero bimẽbri:ut innuat prodigiosam rem eẽ: si uir bonus iueniat.¶ Et mirãti sub aratro:ordo est:& sensus:& cõparo piscibus ĩuẽtis sub aratro mirãti: ut rei inanimatæ dederit sensum:q̃si aratrũ miret nouitate mõstri.¶ Et fœtæ mulæ:q̃ pepetit.nã mulæ nõ pariũt: licet Pli.testetur annales tradidisse mulã peperisse:sed ĩ portẽtũ scri. Apianus lib.i.Mulã ante Syllæ aduẽtũ in urbẽ peperisse.¶ Imber effuderit lapides:portẽtosum.n.ẽ lapidibus pluisse:qđ tamẽ accidisse scri. Liui.& Va. Maximus li.i.ĩ piceno lapides pluisse:Tibullus.Multus ut ĩ terras deplueritq; lapis.Cæterũ Apianus li.iii.belloꝝ ciuiliũ sic scri.Circa solem porro insolita apparuere signa:& imbres lapidei e cœlo missi : continuaq; fulmina in tẽplis:statuisq; deoꝝ deciderũt &c.¶ Examenq; apium: prodigium : ut scribit Pli.faciunt apes:si aut domibus:aut tẽplis cõsederint:in speciẽq; uuæ dependerint.Colu.Deinde quum examen glomeratum in pximo frondentis arbusculæ ramo cõsederit animaduertito:an totum examẽ in speciẽ unius uuæ dependeat.

Gurgitibus miris:& lactis uortice torrens.
Intercepta decem quereris sestertia fraude
Sacrilega:quid si bis centũ perdidit alter
Hoc arcana modo:maiorem tertius illa
Sũmã:quã patulæ uix cœperat angulus arcæ.
Tam facile:& pronũ est superos cõtẽnere testes
Si mortalis idem nemo sciat:aspice quanta
Voce neget:quæ sit ficti constantia uultus.
Per solis radios:tarpeiaq; fulmina iurat.
Et martis frameam:& cyrrhei spicula uatis.
Per calamos uenetricis:pharetramq; puellæ.
Perq; tuum pater ægei neptune tridentem.
Addit & herculeos arcus:hastamq; mineruæ
Q uicquid habent telorũ armamẽtaria cœli.
Si uero & pater est:comedam inquit flebile nati
Sinciput elixi:pharioq; madentis aceto.
Sunt qui in fortunæ iã casibus omnia ponunt.
Et nullo credunt mundum rectore moueri

¶ Miris gurgitibus:inusiatis uadis.¶ Vortice:liquore:nam uortex proprie appellatur aqua in gyrum se agens a uertendo:unde Virgilius.Et rapidus uorat æquore uortex.¶ Quid si bis centũ:cõsolatio ab aliena calamitate & grauiore.q.d.æquo animo tibi ferenda est fortuna tua:quando aliis longe grauiora acciderunt:& tamen oĩa patienter tulere.¶ Quid:subaudi dicas q̃ miserabile cẽseas.¶ Arcana.i.deposita sine ullis artibus.Hoc modo quo tu pdidisti p fraudẽ.¶ Tã facile:tã impii sunt hoĩes:ut deos ipsos:q oĩum humanarũ operationũ sunt cognitiores:facile cõtẽnant:nec metuant:ne puniant.¶ Ficti uultus:hoĩs est scelerati uultũ fingere: unde Ter. Vultus quoq; hoĩum fingit scelus:nã differẽtiã faciunt ĩter uultũ & faciẽ:ut facies sit ipsa oris species: licet ẽt capiat p tota forma:& quasi factura totius corporis:ut est illud apud Plautũ.Sed earũ nutrix : q̃ sit facie mihi expedit statura nõ magna: corpore aqlo: ipsa ẽ spẽ uẽustiore:atq; oculis pnigris:referturq; nõ solũ ad corpus hoĩs:sed etiã ad alia multa:ut si dicamus:faciẽ cognoscas:faciẽ loci:& faciẽ urbis : hoc est speciẽ:& formã loci:& urbis:uultus uero a uolendo dictus uolũctatẽ ipsam significat hoĩs:q̃ p motu aĩ ĩ facie ostendit.Et licet uultus pprie ad animũ:facies uero ad corpus referat ut mœsto uultu:inato uultu: longa facie:breui facie:ẽ tamẽ quãdo utroq; uti liceat:fœdata facie:fœdato uultu:scissa facie : scisso uultu:conuersa facie:conuerso uultu.¶ Per radios solis: perse:ut scri.Iustinus lib.i.Solẽ unũ deũ eẽ credũt:& equos eidẽ sacratos fuerũt.Herodotus ãt scribit li.i. Persas Soli:lunæq; sacrificat:& telluri:& igni: & aq̃: & uentis : qbus solis gubernantur &c.¶ Tarpeia.i.q̃ ioui assignant:cuius templũ ĩ colle tarpeio sitũ erat: qđ postea(ut diximus superiore satyra)capitolium fuit appellatũ a capite hoĩs ibi inuẽto:quũ fundamẽta iacerentur.Tarpeius aũt est dictus a Tarpeia uirgine ibi a sabinis necata:& sepulta.¶ Frameã martis.i. *Framea* gladiũ martis:licet framea etiam pro hasta accipiat. Tacitus.lib.de germaniæ situ sic inquit.Rari gladiis aut maioribus lanceis utuntur:hastas uel ipsorũ uocabulo frameas gerunt:angusto & breui ferro.Idem Paulo inferius:scutum cum framea gladioq;.De framea etiam meminit Gelius lib.x.Hic aũt a Iuuẽale pro gladio poni uidet:nã Martis est insigne:unde poeta in carmine obscœno sic ait. Nec mauros illũ:per quẽ ualet oculit ensem.Nec latet in tepido palladis hasta sinu:hasta enim est insigne palladis.Ergo sicut pila sunt tela peculiaria romanorum.Gressa gallorũ.Sarissæ macedonum:ita Frameæ sunt germanorũ.¶ Spicula:sagittas.Vergi. *Spiculũ* Nõ pudet auratas phœbũ portare sagittas.Spiculũ pprie appellatur cuspis illa : quæ sagittis præfigit.¶ Vatis *Cyrrheus* cyrrhei.Appollinis:qui delphis oracula dabat ex spelũca:apud quos uicina est cyrrha: nam ab ea ad Delphos incipit ascensio stadia fere.lxxx.hinc ergo dicebatur appollo cyrrheus.Delphi autẽ & cyrrha oppida sunt pho*Delphi* cidis regionis.¶ Per calamos sagittas:q̃ ex calamis fiebãt.Vir.Quũ daphnidis arcum.Fregisti & calamos:cala*Cyrrha* mis oriẽtis populi bella conficiunt calamis spicula addunt irreuocabili hamo noxia.Pli.¶ Puellæ uenatricis: dianæ.¶ Neptune pater ægei.Ferunt enim fabulæ Aegeum regẽ Athenarũ filiũ fuisse Neptuni patrẽ Theseia. ¶ Tuũ tridẽtẽ:fuscinã tuã:Poeta in carmine obscœno.Flumen habet mundi dominus:tenet illud aperte. Nec dat æquoreo fuscina tecta deo.¶ Herculeos arcus:legẽdũ est arcus:nõ artus:de telis.n.ĩtelligit:seqtur namq;. Quicquid habent telorũ armamẽtaria cœli.¶ Armamẽtaria:loca ubi reponunt arma.¶ Si uero pater est.i.si filios habet.¶ Comedã:hoc:si obtestat:ut sibi habeatur fides.¶ Sinciput:aliq dicũt appellatũ esse: quasi semica*Sinciput* put:prioreq; capitis partẽ esse:cui opinioni haud quaq̃ astipulor:nã occipitio opponit frons nõ sinciput. Apuleius in prima apologia loquẽs de quodã Thallo morbo comiciali laborãte sic ait.Facie ulcerosus:frõte & occipitio conquassatus aliud igitur significat sinciput:quod forte adhuc pauci intellexere.Per.Fumosum sinciput aure.Pli.Sincipitia uerrina.Macro.Sinciput aprugnũ pro toto capite poni:uidet apud Plautus ĩ Menechimis. Non est tibi sanum sinciput adolescẽs.Sic etiã apud Persium.Mihi festa luce coquat.Vrtica: & fixa fumosum sinciput aure.Licet illic dixerimus partem eẽ capitis:uideturq; factaq; compositio ex græco & latino asin : qđ est simul & caput quasi totum caput.Flauius Vopiscus in Tacito sic inqt.Cõuiuium uero unius gallinacei ita: ut sinciput adderet:& oua pro omnibus oleribus affatim ministrantibus lactucis impatiẽter illusit . ¶ Flebile: defluendũ mihi.¶ Elixi:aqua cocti aliquore secundũ Var.¶ Phario:ægyptiaco. Pharus.n.ẽ ĩsula cũ turri eiusdem nominis Alexandriæ opposita. De qua nõ pauca Cæsar in cõmentariis. Pli.Stra.Soli.&Luca.Properti. & Ptolemeæ littora capta phari. Acetum autẽ Aegyptiacũ optimũ fuisse ostẽdit.Mart.Amphora niliaci non sit tibi uilis aceti.Esset si uini uilior illa foret.¶ Sũt qui ĩ fortunæ:ĩter philosophos triplex fuit de diis opinio. Alii.n.inter quos fuit pythagoras:negauerũt deos eẽ:alii deos eẽ cẽsuerũt:sed res humanas nõ curare:iiq; fuere Epicurei:alii eẽ & curare. Ait igit Iuue.Multos existere q pythagoræ opinionẽ secuti : existiment deũ nõ eẽ qui res hũanas curet:sed tãtũmõ oĩa nutu naturæ:fortunæue agi:atq; ideo sine aliquo metu scelera pptrent. Alios uero esse qui deos eẽ putent:timeantq; eos:& tamen peierent pluris pecuniam facientes:q̃ iram eorum.

Natura uoluēte uices. Opinionē eoꝝ seq̄t̄ q naturā falso a deo separātes q̄siuere: q̄d prius fuerit natura: an deus. Si natura prior est: ergo deus natus ē. Atq deus nasci nō potuit. Rursus si deus prior ē: nata ē natura: q̄ si nasci potuit natura: icipit nō eē natura. Hinc illud pēdet. Oui. i. meta. Hāc deus & melior litē natura diremit ubi ostēdit naturā eē deo potētiorē: q̄si q̄ ante deū fuerit. Et a q̄ oīa sint orta: quā sententiā tetigit & Claudianus ī laude q̄rti cōsulatus Honorii. Talis ab idæis primeuus iuppiter antris. Possessi stetit arce poli: famulosq̄

Natura quid recepit. Natura tradēte deos. Et idē alibi. Iuppiter: ut phibēt: spaciū quū discere uellet. Naturæ: regni nescius ipse sui. Armigeros utrinq̄ duos æq̄libus alis. Misit

Locus Ouidii ab eois: occiduisq̄ plagis: uñ fallūt illi: q apud Ouidi. exponūt: & .p.i. ut stet expositiue: quum secutus sit poeta eos philosophos: q naturā separarūt: ut dixius a deo: uoluerūtq̄ eā eē potiorē deo: q̄d & Cice. secutus ē ī paradoxis his uerbis. Tu quū tibi siue deus: siue mater (ut ita dicā) rerū oīum: natura dederit animū &c. ubi apte docet deū: & naturā nō eē idē. Rerū āt naturæ patronos fuisse docet Apule. ī pria apologia anaxagorā: Leucippū: Democritū: & epicurū: nā deos abnuere existimabant: solā āt naturā dicebāt eē a q̄: ut dixius oīa nascerent. Sed: ut tradit Lactā. Firmianus melius Sene. oīum stoicoꝝ acutissimus: qui uidit: nil aliud eē naturā q̄ deū. Ergo iqt deū nō laudabimus: cui naturalis ē uirtus: nec. n. illā didicit ex ullo: īmo laudabimus: q̄uis. n. naturalis illa ei sit sibi illā dedit: q̄m deus ip̄a natura ē. Cur igit̄ iqt ortū rerū tribuis naturæ ac detrahis deo.

Natura uoluente uices: & lucis: & anni.
Atq̄ ideo intrepidi quæcunq̄ altaria tangunt.
Est alius metuens: ne crimen pœna sequatur.
Hic putat esse deos: & peierat: atq̄ ita secum.
Decernat quodcunq̄ uolet de corpore nostro
Isis: & irato feriat mea lumina sistro.
Dūmodo uel cæc⁹ teneā: quos abnego: nūmos.
Et phthisis: & uomicæ putres: & dimidiū crus
Sunt tanti? pauper locupletem optare podagrā
Ne dubitet ladas: si non eget anticyra: nec
Archigene: quid enim uelocis gloria plantæ

Voluēte uices: luces: & āni. i. cursus: & uertigines diei: & āni: ac p hoc oē tēporū curriculū. Claudianus anniq̄ meatus. Et lucis: noctisq̄ uices. Atq̄. id. i. ob eā rē ītrepidi iurāt: q a nō putāt eē deos: quos offendāt. Altaria tā. i. aras oīum deoꝝ tāgēdo iurāt. Est alius metuēs: alii īqt sūt: q oīno deos eē credūt & deoꝝ ira metuūt: ne puniant̄ oīno: quū malefecerint: famē peierāt auiditate pecuniæ obcæcati.

Peierar̄ Peierat. Is peierare dr: q datā fidē nō p̄stat. Secū: tacit⁹ ī aīo suo. Decernat: Statuat: & q̄dcūq̄ uolet suppli-

Isis ciū sumat. Sistro. i. hypallage ē .p ip̄a irata Isis Aegyptioꝝ dea cui⁹ sacrificia romæ trāslata p̄cipua ueneratiōe

Locus Ouidii colebāt: putabaturq̄ dea ferire piuros quotiēs p eā iurātes fidē nō seruassēt: uñ Oui. ī pōto. Vidi ergo linigeræ numē uiolasse fatētē. Isidis: isiacos ante sedere focos. Alter ob huic similē priuatus lumīe culpā. Clamabat

Sistrū media se meruisse uia. Vbi locus corrigēd⁹ ē: nā .p liniger scriptū ē linigenæ: de q̄ plura alibi. Sistro: īstrumē-

Phthisis tū erat tīnulū: quo Isidis sacerdotes ī sacris utebant. Apule. lib. xi. meta. æreis & argēteis: īmo uero & aureis sistris argutū tinitū cōstrepētes: & paulopost: sacerdos appropinq̄t dextra .pferēs sistrū. Oui. ī pōto. Et qs ita est

Vomica audax: ut lumine cogat abire. Iactātē pharia tīnula sistra mau? Vel. c. i. ēt cec⁹. Phthisis: dictio ē græca: q̄ corruptionē tabē: maciē significat: ē. n. morb⁹: q hominē paulatī cōsumit [illegible]: q̄d ē corrūpo. Vomicæ. p. uomicæ ulcus ē malignū latēs: & tumēs cū sanie. Intrīsecus: a uomēda sanie dicta: unāquāq̄ p̄tē corpis īfestat. Pli. li. ii. ca. xiii. docet. Ocimū syluestre uomicis uuluæ medri. Celsus ait ī tertio uomicæ finē eē: ut rūpat̄. Sūt. t. ordo ē. Et phthisis & uomicæ pures sūt tāti? Sēsus ē: sūt ne adeo mihi timēda: & æstimāda hæc mala: ut nō negē nūmus. q. d. minimi mihi sūt faciēda p̄ pecūia: dicius. n. tāti ne facis piculū. i. times: ne tātope piculū: ut tātā lucri ansā amittas: legēdūq̄ ē cū iterrogatiōe. Paup locupletē optare podagrā: ne dubitet ladas: supiorē sensū declarat p hæc sequētia: sūt āt uerba piuri. Estq̄ sensus & ordo: ladas: q miræ fuit pnicitatis paup non dubitet optare sibi podagrā diuitē. i. nō dubitet illā uelocitatis gloriā cōtēnere: & optare sibi podagrā q̄ una maxie uelocitas īpedit̄: mō ī diuitias trāseat. Itaq̄ locus ē corrigēdus: ut nō laudas: sed ladas legat̄. Is. n. ut scri. Soli. primā palmā pnicitatis ē adeptus: q ita sub canū puluerē cursitauit: ut ī harēis pēdētibus nulla īdicia relinq̄ret uestigioꝝ: eius meminit & Mart. ī scdo. Quid si p graciles uias petauri. Inuitū iubeas subir̄ ladā: p Ladā aūt oēm

Ladas ītelligit paupē expediti corpis. De lada mēinit & Catul. Nō ladas ego pēniferue p̄seus. Eiusdē meminit & Ci. sic ī retho. ad Herē. li. iiii. Quasi siqs ad olympiacū uenerit cursū & steterit ut mittat̄: īpudētesq̄ illos dicat eē: q curr̄ recœpūt: ip̄e ītra carceres stet: & narret aliis quomō Ladas: aut Bōius cū sicyoniis cursitarūt. Locuplete: ñ expōas: q̄lē patiūt̄ maxie locupletes: sed locupletē podagrā. i. morbū ipsū ī sūma opulētia: q̄d. n. .psit ladæ paupi: si ī pauptate manēdū sit: optare sibi podagrā: q̄ uexāt̄ locupletes: sic ergo exponēdū ē ladas paup mō diuitiis cumulet̄ nō dubitet optar̄: uel podagrā uelocitati suæ aduersatricē mō hēat: uñ largiter: & delicate uiuat

Anticyra sicq̄: cū supiorib⁹ optie cōiūgit̄. Si. n. e. a. uerba piuri. Ladas īqt cursor: ne dubitet si nō eget āticyra. i. si īsan⁹ nō ē: nā āticyra īsula ē: q̄ oli cyparissus noīata ē: ut scri. Pausanias: sed mutato noīe āticyra ē appellata ab āticyro herculis socio: ut uero scri. Stra. ciuitas est ad sinū iacēs maliacū: & Oetā mōtē. Ibi hellebor⁹: siue ueratrū nascebatur: quo ut scribit Plinius hominis insania & mali humores emendantur: & ad ingenium acuendum plurimum ualet: unde Carneades responsurus libris zenonis stoici helleboꝝ candidum sumpsit: de quo multa diximus apud Persi. illic. Ebria ueratro: ergo si nō eget anticyra. i. si nō eget helleboro: quo hominis insania emēdat̄: ac per hoc: si īsanus nō est. Archigene: medico: qui ueluti in delirio feriat uenā ī media frōte: sicuti āte dictū ē. O medici mediā ptūdite uenā. De archigene facta ē mētio ī. vi. saty. illic. Ast uocat archigenē. Quid. n. uelocis: qd inqt .pdest Ladæ pauperi firma corpis ualitudo: & q̄ pedū sit sūma pernicitate: ita ēt: ut in olympicis ludis sæpe palmam reportet: si in paupertate sit uiuendum. q. d. longe utilius est homini morbis: uel grauissimis uexari: dummodo sit in summa rerū opulentia: q̄ sanitatem corporis habere: & in paupertate uiuere.

Præstat: quid præbet utilitatis. Plantæ uelocis: q̄ sit mira pedum pernicitate. Ramus oliuæ: ūt sit uictor in ludis olympicis: ubi uictores oleastro coronabantur: autor Plinius libro decimoquinto. Interq̄ alia certamina cursu potissimum contendit̄: unde uelocis gloria plantæ. Piseæ: pisa: & elis ciuitates sunt peloponesi: īter quas iacet cāpus uastissimus: qui olympia nominatur: ubi ludi celebrabant̄: quia locorum propinq̄tate dicuntur: & pisei & elei: & olympici: siue olympii: non autem: ut falso qdā putauerunt: ab olympo mōte. Esuriens: q̄ sit uictor: & esuriat. i. ut sit pauper. Vt sit magna. Sensus est. Concedo inqt deos eē: & grauiter delinquētibus irasci: tamē ad puniendum lenti sunt: prætereā: si omnes puniendi sunt: lōgum erit: ut me puniant. Ordo est. Ira deorum certe lenta est: ut sit magna. i. q̄uis sit magna: ut sit cōcessio eē deos: sed lētos ad uindictā. Lenta: non festinata. Vale. Lēto. n. gradū ad uindictam sui diuina procedit ira: tarditatēq̄ supplicii grauitate compēsat. Sed & exorabile numen: talia solent sibi cōminisci: qui turpiter uixerūt. Ad me: puniendum. His: talibus delictis. Multi: uerba sunt peccantis: q̄bus occurrit his: q possent dicere sibi cauendum esse a suppliciis legum humanarum: ait: ergo non ignoro hoc quidem: sed tamen multos constat eadem committere crimina: sed diuerso fato: alii puniuntur: alii nō modo non puniuntur: sed honoribus etiam decorantur: quasi colligat: sibi etiam accidere posse: ut pro malefactis beneficia accipiat. Diuerso fato: diuerso euētu. Diadema: idest euectus est ad regiam dignitatem: nam diadema fascia erat (ut supra diximus:) qua caput regis uiciebat̄: a Διαδέω quod est circumligo. Cōfirmat animum: idest animum commasculat. Trepidum formidine diræ culpæ: idest qui formidat: & tremit conscientia diri sceleris. Præcedit: scilicet ip̄e periurus: tanquam innocentiæ suæ confidat. Te uocantem: hoc ē te: qui petis depositum. Nam creditur fiducia: confirmatio rationis: quare tātæ audaciæ sit q̄ multi inqt malicia hominū decepti: putant eum esse innocentem: qui magna cum audacia causam suam tuetur: iccirco audax est: putant enim ex recta cōscientia: & fiducia tantam audaciam proficisci. Ma-

Præstat: & esuriens piseæ ramus oliuæ?
Vt sit magna: tamen certe lenta ira deorum est
Si curant igitur cunctos punire nocentes.
Quando ad me ueniet? sed & exorabile numē
Fortasse experiar: solet his ignoscere: multi
Committūt eadem diuerso crimina fato.
Ille crucem precium sceleris tulit: hic diadema.
Sic animū diræ trepidū formidine culpæ
Confirmant: tunc te sacra ad delubra uocantē
Præcedit: trahere imo ultro: ac uexare paratus.
Nā quū magna malæ superest audacia causæ.
Creditur a multis fiducia: mimū agit ille.
Vrbani qualem fugitiuus scurra catulli.
Tu miser exclamas: ut stentora uincere possis.
Vel potius quantū gradiuus homericus: audis
Iuppiter hæc? nec labra moues: cū mittere uocē
Debueras uel marmoreus: uel aheneus? aut cur
In carbone tuo charta pia thura soluta
Ponimus: & sectum uituli iecur? albaq̄ porci
Omenta? ut uideo nullum discrimē habedū ē
Effigies inter uestras: statuamq̄ batylli

læ causæ: hoc est homini tuenti causam iniquam. Superest: idest abundat. Mimum agit ille: non minore

Mimus inquit strepitu mouetur: & clamore: q̄ si mimum agat: idest fabulam: nam mimus (ut diximus) alibi præter hominem scænicum genus est fabulæ: unde poetæ mimmographi: qualem egit scurra fugitiuus Catulli urbani: nam in fabula Catulli introductus est seruus: qui mirumimmodum clamaret. Exclamas: subaudi Iuppiter: audis hæc. Tu: scilicet ex altera parte. Stentora. Sentor in exercitu fuit græcorum uir magnanimus:

Stētor cuius tantus (ut scribit Homerus in quinto Iliados) erat uocis sonus: quantus aliorum quinquaginta. Gra-

Mars uulneratus diuus homericus: idest mars: quem Homerus libro quinto Iliados ait uulneratum a Diomede tam ingenti uociferatione præ dolore exclamasse: quanta nouem decemue milia uirorum solēt: quum pugnam ineūt: ita ut græci simul: ac troiani territi contremiscerēt. Audis hæc: quæ fiūt a periuris: & sceleratis. Nec labra moues: nec irasceris: nam ferūt Iouem: quum hominibus irascitur: prorumpere in maximos clamores: & buccas inflando mittere fulmina. Ora. Quin Iuppiter ambas iratus buccas inflet. Persius ad sese non clamet Iuppiter ip̄e. Vel marmoreus: etiam ex marmore. Thura ponimus: cur te ut deum: & omnium scelerum uindicem colimus? quasi dicat ob eam rem te colimus: ut humana negocia seuere modereris: scelera ulciscaris. Iecur?

Ometo extra uituli: nam iecur in extis principatum obtinet. Omenta: apud Persium: quū exposuimus. Tot tibi quū in flammas iunicum Omenta: liquescat diximus: autore Celso: Omentum esse intestinum: exteriore parte lene: & strictū eē: ex superiore mollius: cui adeps quoq̄ īnascit̄: q̄ sensu: sicut cerebrū quoq̄: & medulla caret Pli. Omētū mēbranā potius eē docet: quū ait: uētriculi atq̄ ītestina pigui: ac tēui omēto ītegunt̄: p̄terq̄ oua gignētibus. Vt uideo. Sēsus ē: tā negligēter inqt dii res humanas curatis: ut nullum putē eē habēdū: discrimē inter statuas uras: & batylli. Batylli: ītelligit de statua Batylli Samii: de quo Apule. ī secūdo floridoꝝ multa cōme-

Batyll⁹ morat: ait. n. in Samo: q̄ modica ē īsula in mari icario templū iunonis antiq̄tus famigeratū conspici: cuius ante arā statua erat Batylli a polycrate tyrāno dicata: q̄ nihil unquā affectius fuit: hic nō mō dilectus fuit a polycrate: sed ēt ab Anacreōte Teio: unde Apule. sic ait: q polycrati tyrāno dilectus Anacherōta teiū amicitiæ gratia cātillat. Orati. Nō aliter Samio dicūt arsisse Batyllo. Anacreōta teiū. Batyllus itē fuit (ut dixius apud Persi.) Pā-

Batylli tominus. Tris tamē ad numeros satyri moueare batylli. Iuue. alibi. Molli saltāte batyllo. Batylli itē populi sūt Septētriōales Ptole. autor. Batyllus itē īstrumētū ē ferreū ad usū ignis Ora. p̄texta & latū clauū: prunæq̄ batylli: de hæc igit̄ batylli statua ē ītelligēdū: q̄ erexit polycrates cytharœdico statu ī memoriā eius. Sūt q pythagoræ eā falso existimāt: sed phus nequaq̄ a tyrāno dilectus est: q̄ppe eo iā dominari orso .pfugit ex īsula clanculū.

Accipe q̃ contra: audi ēt: q̃ solatia tibi afferre possint: q nullis sunt instructi philosophiæ p̃ceptis: nec stoicoꝝ: nec cynicorū: nec epicurioꝝ: q oēs. s. opes cōtēpserunt: q̃si dicat: unusqsq; uel rudis potest te ī ista pecūiæ amissione optime cōsolari: per qd docet equo aīo oīa esse ferēda: q̃ amiserit: & bona fortunæ contēnenda. Cynicos. Cynicorū sectæ: ut dixius in commētariis Persii illic. Si cynico barbā petulans nonaria uellat: prīceps fuit (autore Laertio) Anthistenes atheniensis: q cū dissereret in gymnasio: qd cynosargin appellabant: non longe a ianuis: cynicū cognomē sectæ suæ dedit. Lactan. uero a canibus cognomē accepisse scri. his uerbis. Quid loq̃r de cynicis: qbus in propatulo coire cum coniugibus mos fuit: qd mirū si a canibus: quoꝝ uisam imitantur etiā uocabulū & nomē traxerūt: cynos. n. græce canis dicit: & cynicos caninus. Quod sane ita fuisse Apule. in. ii. floridorū ostēdit: ubi sic loquit de Crate cynico. Duxit cynicus puellā ī porticū: Ibidē loco celebri: corā luce clarissima accubuit: coramq; uirginem īminuisset paratā pari cōstantia: ni Zeno procinctu paliastri circunstantis coronæ obtutu magistrū in secreto defendisset: ubi mēdum correximus nam ubi legimus duxit cynicus: scriptū era dux cynicus. Aliqui uero cynicos dictos esse putant q eēnt mordaces: ut canes: nā Diogenes (ut scri. Laertius) īterrogatus: q̃re canis diceretur: respōdit: qa in eos: qui dāt blandior: in eos qui non dant oblatro: malos autem mordeo.

Antisthenes Cynici unde

Accipe quæ contra ualeat solatia ferre
Et qui nec cynicos: nec stoica dogmata legit
A cynicis tunica distantia: non epicurum
Suspicit exigui lætum plātaribus horti.
Curentur dubii medicis maioribus ægri.
Tu uenam uel discipulo committe Philippi.
Si nullum in terris tam detestabile factum
Ostendis: taceo: nec pugnis cædere pectus
Te ueto: nec plana faciem contundere palma.
Quādoqdē accepto claudēda est ianua dāno.

Ii autē: ut dixi nobilitatem: & diuitias obiiciebāt: dicētes solam uirtutē sufficere ad beatam uitam: unde Crates cynicus: omnē rem familiarē obiecit: existimans tunc demum manumissum. sola pera & baculo cōtēti cibos mēdicabant: de qbus ita Apule. in prima Apologia. Non sunt qdē ista platonicæ sectæ gestamina: sed cynicæ īsignia familiæ: uerūtamē hæc Diogeni & Antistheni pera & baculus: qd regibus diadema. Diogenes quidē cum Alexādro magno de ueritate regni certabūdus: baculo uice sceptri gloriabatur. Plautus ī persa. Cynicū: esse egentem oportet: parasitū probe. Mart. lib. iiii. Cærea quē nudi tegit uxor abolla grabati. Cui dat latratos obuia turba cibos. Esse putas cynicū deceptus imagine falsa: nō est hic cynicus Cosme: quid ergo canis. Dogmata: sentētias: & opiniones stoicoꝝ: fit aūt dogma a Δεκω qd est sentio: nam q̃ græci dogmata dicunt: latini decreta appellant: unde Sene. li. xv. epistolaꝝ ad Lucil. Nulla ars cōtēplatiua sine decretis suis est: q̃ græci uocant dogmata: nobis uel decreta licet appellare: uel sita: uel placita. Hoc aūt interest inter decreta philosophiæ: & p̃cepta: qd iter clemēta: & mēbra: hæc ex illis depēdēt: illa: & hoꝝ causæ sunt omniū: præcepta. n. pendēt ex decretis. Sūt igit dogmata sectæ uniuscuiusq; decreta: q̃: ut Cicero. est sentētia: p̃dere scelus ē nō minus q̃ patriā: unde scri. Laertius: eā minime sectam appellari: q̃ dogma nō habet. Stoica: sectæ stoicæ prīceps fuit Zeno: a quo primo Zenonii sunt appellati: mox uero stoici a stoa. i. porticu: nā athenis porticus erat: q̃ pysianactia uocabat: referta uaria & multæ sciētiæ pictura polignoti thasii: in qua quū diuersis tpibus iani mille q̃dringenti triginta ciues interfecti fuissent: uoluit zeno locū illū: stabilē atq; inuiolabilē reddere: q̃re cœpit in illa docere: ad quē eo audiēdū discipuli cōfluentes: q antea: ut dixi: zenonii dicebant: postea ab ipsa porticu stoici sunt uocati: autor Laertius: hi autem ita diuitias: & reliqua fortunæ bona abnuebāt: ut nihil præter uirtutē bonū appellarent: dicentes diuitem quicūq; cœlo tegeret. Tunica distantia: nam (ut scribit Augustinus de ciuitate dei) dogmata philosophorum sola habitu fuerunt diuersa: nam quum omnes uirtutem: siue summū: siue solū bonum: dicerent: diuitias uniuersi contēnebant: tunica igitur tātū distabāt stoici a cynicis: q cynici duplici pallio utebant: unde illud Oratii in epistola ad Seuā de cynico. Cōtra quē duplici pēno patiētia uelat. Mirabor: eā uestē duplicē: ut scri. Porphyrio: diploidē appellauere: eādē & Abollā. Mart. ut modo recitauimus li. iiii. Cærea quem nudi tegit uxor abolla grabati. Cui dat latratos obuia turba cibos. Esse putas cynicum &c. de eo sic & Laertius. Primus Antisthenes pallium duplicauit: ipsoq; solo utebantur: baculūq; sumpsit: & perā. Zeno uero stoicorum (ut dixi) princeps patiētissimus fuit: & uictus simplicissimi: crudisq; tātū cibis utebat: & tenui pallio: ita: ut de illo diceret: q eū neq; sæua hyems: nec gelidus imber: nō dura uis morbi: domuerit: neq; torridus sol. Epicurum: epicurus cōtentus fuit exiguo horto: primusq; (ut scribit Plinius li. xix.) īstituit athenis habere hortos in urbe: unde hortorū magister est appellatus: ad quod allusit Papinius lib. i. Syluarum: Delitiæ: quas ipsæ suis digressus athenis. Mallet deserto senior gargecius horto: autor est Laertius summum bonum Epicurum ad Herodotū scripsisse esse in uoluptate: scilicet nō dolere: corpore: aīoq; trāquillū eē & pturbatione uacare: aqua & cibario pane se cōtentū fuisse testatus est. Nō suspicit: nō ueneratur: ac p hoc nō legit. Lætū: contentum. Plātaribus: oleribus. Curent dubii ægri: calamitas inqt tua minima ē: & q̃ nō indiget graui cōsolatore: sed unusqsq; est aptus ad te cōsulādū & dolorē tuū leniēdū: metaphora sumpta est ab ægrotātibus: quibus pro morbi qualitate adhibentur medici. Vel etiam Discipulo Philippi qui imperitus erat sicq; ostēdit: & Philippū: & discipulū fuisse paꝝ peritos. Venā feriēdā: hoc est te ipsum trade cōsolādū: ēt hoī mediocris eruditionis: quū iactura tua sit talis: ut unusqsq; facile possit te cōsolari. Si nu. i. t. Sēsus ē ego nō p̃hibeo te: qn doleas: si potes mihi ostēdere: nullū tale fascinus perpetrari īter mortales. q. d. talia & grauiora solēt mortalibus accidere: ut sit consolatio a comuni miseria. Quandoquidē accepto: nō ueto inq̃ te dolore: quādoqdē ianua ē claudēda. i. quādoqdē nulla tibi amplius ē habēda spes illud domū rediturū: qd amisisti: uideturq; sumptū ex uulgato p̃uerbio: qd solet dici ī eos: q pecoris sui diligētes nō fuere custodes: qbus p derisum imperat: ut accepto dāno: stabulū claudant: ac per hoc sciant: sibi ereptā esse spem recuperādi: quod amiserant.

Locus Apulei

Dogmata Præcepta Decreta

Zeno Zenonii

Pysianactia

Stoici unde

Diplois Abolla

Epicurus

Et maiore domus: a superiore: non ueto in qua qn doleas: q̃doquidē nūmi plangunt maiore gemitu: & suspirio domus. In hoc casu: in amissiōe pecuniæ. Cōtentus diducere: nō. n. satis hēt diducere sūmitatē: uestis: q amisit pecuniā: sed totā scindit nō exponas diducere: neq; uexare. s. in funere: sed in amissiōe pecuniæ. Humore coacto: nō. n. lachrymis fictis plorat: unde bene sequit plorat lachrymis ueris. Sed si cū. ui. ordo ē. Sed cēses te nūc dilitias ponēdū extra cōuiuia: si uides cuncta fora plena simili q̃rela &c. ut sit sensus. Quū uideas ī iudiciis quottidie talia scelera deferri cū acerbis deceptoꝝ q̃relis: non dēs putare te: ut delicatū tælis fortunæ nō eē subiectū.

Et maiore domus gemitu: maiore tumultu
Planguntur nummi: quā funera: nemo dolorē
Fingit in occasu: uestem diducere summam
Contentus uexare oculos humore coacto.
Ploratur lachrymis amissa pecunia ueris.
Sed si cuncta uides simili fora plena quærela.
Si decies lectis diuersa in parte tabellis
Vana superuacui dicunt cirographa ligni.
Arguit ipsorum quos littera: gemaq; princeps
Sardonycus: loculis quæ custoditur eburnis.
Te nunc delitias extra communia censes
Ponendum: quia tu gallinæ filius albæ.
Nos uiles pulli nati infœlicibus ouis.
Rē pateris modicā: & mediocri bile ferendam
Si flectas oculos maiora ad crimina: confer
Conductū latronē: incendia sulphure cœpta.
Atq; dolo: primos quum ianua colligit ignes.
Confer & hos ueteris qui tollunt grandia tēpli
Pocula adorandæ rubiginis: & populorum
Dona: uel antiquo positas a rege coronas.
Hæc ibi si non sunt: minor extat sacrilegus: qui
Radat iaurati femur herculis: & faciem ipsam
Neptuni: qui bracteolam de castore ducat.
An dubitet solitus totum conflare tonantem:
Confer & artifices: mercatoremq; ueneni.
Et deducendū corio bouis in mare: cum quo
Clauditur aduersis innoxia simia fatis.

Cuncta fora: tria erāt romæ: ut diximus ī. ii. saty. fora u̅ra mouemus. Dicūt: debitores & periuri. Chirographa. Chirographū dictū est a απο του κηρος. i. manu & grapho scribo: ē. n. sceda siue tabella manu p̃pria scripta: ergo uana chirographa. i. uanos adulterios: & mēdaces pugillares ligneos: in qbus p̃pria manu scripsit. Alibi Iuue. Debitor aut sūptos pgit nō reddere nūmos. Vana supuacui dicēs chirographi ligni. Lectis ta. lectis ipsis pugillaribus. Diuersa ī par. in parte cōtraria. i. aduersus ipm debitorē. Supuacui: nihil p̃ficiētis: supuacuū eni ē in iudiciū p̃ferre tabellas: debitore oīa negāte. Arguit ip. ordo est. Illi dicūt chirographa eē uana: quos lr̃a ipsoꝝ arguit. i. quos sua ipsoꝝ scriptoꝝ: & signū reuincit: & ostēdit esse ueros debitores. Sardonicus. i. signū cælatū in sardonice: quæ ē in annulo signatorio. Sardonycus āt noīatiuus ē latinus: formatus a genitiuo græco Sardonycos. Onyx gēma ē: cui nomen est cōiunctū: cū Sarda alio lapide: nā Onyci candor est: autore Pli. unguis humani similitudine: item Chrysoliti ex Iaspidis & Sarde: unde noīs societas orit. De hoc plura superius: & illic apud Persi. Cū sardonyce albus. Gēma princeps. Appositio ē: ut sit Sardonycus: q est gēma princeps inter alios p̃ciosos lapillos. Loculis ebu. nā loculi eburnei repositoria erant: & monetæ aureæ: & annulloꝝ. Marti. Hos nisi de flaua loculos īplere moneta. Nō decet argentū uilia ligna ferant. De iis plura in. i. saty. neq;. n. loculis comitātibus itur ad casum tabulæ. Te nūc delitias. Ironicos: & appositio est. Extra cōia: extra cōem sortem: q̃si qui cōibus oīum malis non sis obnoxius. Rem pate. modicā: cōsolatio a minimo detrimento. Cōfer: cōpara tuo dāno. Conductū latronē. i. sicariū mercede conductū ad cædē alicuius. Quū ianua primos. Incēdii grauitatē ostēdit: quo primæ domus p̃tes sūt occupatæ: ut nō facile sit subuenire flagrantibus īferioribus. Pocula tēpli: q sacrilegia cōmittūt. Adorādæ ru. q̃ habēda sūt ī maxima ueneratiōe pp religiosam uetustatē. Et po. do. nā in tēplis dona missa uel a regibus: uel a pp̃lis pie: & religiose seruabant. Et ubi dona reponebāt: donaria sūt appellata. Coronas po. ab an. re. utpote a Romulo cæterisq; regibus: quoꝝ corone in eoꝝ memoriā tēplis deoꝝ affigebant. Hæc ibi: si in tēplis inqt nō sūt dona: & pocula: q̃ surripiāt nō desunt: q minutiora sequant furta: ut q breues: & leues auri bracteolas ex statuis deorū: eradāt. Femur: p̃prie coxā: licet hic poeta uideat posuisse p pectine. De femore & fœminibus dictū ē alibi ante. Bracteolā: tenuē auri laminā: nā auꝝ &c. metalla prīo īcrassiores cudēdo extēdunt laminas: mox in bracteas attenuant: qbus simulachra: & alia iaurant fures īueniebāt: q unguibus bracteas deraderēt. Mar. An magis astuti derasa ē ungue ministri Bractea de fulcro quā reor eē tuo. Tranql. scri. in Cali. Romæ in publico epulo seruū ob detractā lectis argēteā laminā carnifici p̃festī tradidisse. Artifices īducēdi bracteolas: & īaurādi īsigniter dn̄r Bractearii: & Bracteatores. An du. tā tenues bracteas deradere quū ausus sit totū ipm iouē fūdere. q. d. uerebit tā friuola furta sectari: & sacrilegia: q assueuerit grādiora cōmittere. Artifices ue. cōpara tuis icōmodis & eos: q ueneficia exercēt. Et de. i. parricidā: quē p supplicii genus descri. q. n. parētibus manū ītulisset: is uiuus culeo īsutus una cū gallo gallinaceo simia cane & uipera ī mare: aut uicinū aliquē amnē: ut andixius: p̃iiciebant: quo gn̄e supplicii primus dānatus fuit. M. Tul. duūuir: q libꝝ secreta ciuiliū sacroꝝ cōtinētē custodiæ suæ cōmissū corrupt⁹ petrōio sabīo scribēdū dedisset. Nā culeo īsut⁹ ī mare piect⁹ ē: īde gen⁹ supplicii: m̄rop⁹ pricidis lege irrogatū ē: ut pari uīdicta parētū: ac deoꝝ uiolatio expiaret. Nā. P. Maleolus mr̄e īterempta primus oīum insutus culeo in mare p̃cipitatus est: autor Liui. lib. lxviii. ab urbe cōdita. De eodē supplicio ita meminit & Cice. ad Herenniū. lex est q parentē necasse: iudicatus erit: ut is obuolutus: & obligatus corio deuehatur in fluentē. Eiusdē supplicii meminit & in oratione pro Roscio. Corio bouis. i. culeo: nam

Chirographū

Loculi

Donaria

Bractearii

Parricidarum Supplicium

Hæc quota pars scelerũ: q̃ custos gallicus urbis
Vsq; a lucifero: donec lux occidat: audit.
Humani generis mores tibi nosce uolenti
Sufficit una domus: paucos consume dies: &
Dicere te miserum: postq̃ illinc ueneris: aude.
Quis tumidũ guttur miratur ĩ alpibus? aut qs
In meroe crasso maiorem infante mamillam?
Cærula quis stupuit germani lumina? flauam
Cæsariem? & madido torquente cornua cirro?
Nempe quod hæc illis natura ẽ omnibus una.
Ad subitas thracum uolucres: nubemq; sonoram
Pygmæus paruis currit bellator in armis.
Mox impar hosti: raptusq; per aera curuis
Vnguibus a sæua fertur grue: si uideas hoc
Gentibus in nostris risu quatiere: sed illic
Quãq̃ eadẽ assidue spectentur prœlia: ridet
Nemo: ubi tota cohors pede nõ est altior uno.
Nulla ne periuri capitis: fraudisq; nefandæ
Pœna erit? abreptũ crede hũc grauiore cathæ(na
Protinus: & nr̃o (qd plus uelit ira?) necari
Arbitrio: manet illa tamen iactura: nec unquã
Depositũ tibi sospes erit: sed corpore trunco
Inuidiosa dabit minimus solatia sanguis.
At uindicta bonum uita iocundius ipsa.
Nempe hoc indocti: quorũ præcordia nullis
Interdum: aut leuibus uideas flagrantia causis.
Quantulacũq; adeo est occasio: sufficit iræ

culeus saccus erat ex corio bubulo. ⁋ Aduersis fatis: infestis numinibus: quia ipsa id supplicii innoxia patitur. ⁋ Hæc quota pars scelerum: idest hæc est minima pars scelerum eorum: quæ quotidie audit Gallicus præfectus urbis: quasi dicat multo plura cõmittuntur scelera: quæ audit quotidie gallicus q̃ quæ tibi narraui. Fuit enim Rutillius Gallicus urbis præfectus temporibus Domitiani apud quem secundas dignitatis partes obtinuit: ad eum quæ omnia urbis iura ab aliis magistratibus: deferebant̃: unde custos urbis est appellatus. Papi. in Syluis. Dubitataq; sydera cernit. Gallicus: es cœlo diis es germanice cordi. Quis neget? erubuit tãto spolia re ministro. Imperiũ fortuna tuũ: paulopost. Quippe mãet lõgũq; æuo remanẽte manebit. Quẽ penes ĩtrepidæ mitis custodia romæ. Custodẽ igit̃ ĩtellige ipm gallicũ: nõ anserẽ. Quare. n. anserẽ magis noiasset q̃ gallũ: aut aliã auẽ: q̃ audiat illa scelera: & postea qñ audiat: quũ scelera fiũt? an quũ accusant̃: si qñ fiunt possũt & nocturno fieri tpe: imo & frequentius si qñ accusant̃: nũqd adest anser ĩ iudicio? ita ut oĩno absurdũ sit: de ansere intelligi. ⁋ Custos gal. quẽ p̃fectũ urbis Tranql. ĩ Tyberio appellat. Iosephus custodẽ noiat. ⁋ Quota: minima: alibi: quota portio fecis acheæ. Sene. ad Lucil. Et nos ĩter quos freq̃nter ista nũciant̃ quota ps oĩum sumus. i. minima. Mart. Sũma tuæ meleagre fuit q̃ gloria famæ. Est quota Carpophori portio fusus aper. ⁋ Hũani ge. lõga inqt tibi non erit opus indagatiõe: si uoles hoĩum mores noscere una enim domus tibi satis erit ad id cognoscendum. Nam plærunq; una domus tot malis agitatur ut facile possis cognoscere malũ tuum præ illis minimũ esse. ⁋ Mores: uocabulũ medium: ut & bonos & malos mores dicamus. ⁋ Aude dicere te miserũ. quasi dicat non audebis te miserum dicere: quũ longe alii sint te calamitosiores. ⁋ Quis tumidum? hac interrogatiõe: & per uariarum rerum similitudinẽ ostendit: minime ei esse mirandum: si id passus sit: quod & alii patiuntur: in alpibus inquit nemo miratur guttur tumidum: quia scit id uitium esse propemodum oĩbus incolis. q. d. & tu debes non ignorare ubiq; locorum talia scelera cõmitti: ac per hoc minime mirandum: si & tu deceptus es. Guttur aũt inflari docet. Pli. lib. xi. uitio aquarum: quæ potãtur. De qua re ita scribit Victruui. Equicolis autẽ in italia: & alpibus natione Medullorũ est genus aquæ: quã qui bibunt efficiuntur turgidis gutturibus. ⁋ In meroe: insula est ægypti distans a Syene quinq; milibus stadiorum: illic fœminæ mamillas habent infantibus pares: autor Põponius Mela. ⁋ Lumĩa cerulea. Cornelius Tacitus in lib. de situ germaniæ scri. Germanis oculos esse truces & ceruleos: & comas rutilas: quod etiam quottidie uidemus. Orat. Nec fera cerulea domuit germania pube. ⁋ Torquentem. scilicet germanum: qui calamistro sibi capillos cincinatos reddit: & anulatos. Mart. Crinibus in nodum tortis uenere sicambri. ⁋ Cirro: capillo. Persi. Ten cirratorum centum dictata fuisse. ⁋ Nempe q̃ hæc illis: nemo inquit germanorum stupuit: quia a natura omnes idem habent: per quod colligit non esse mirandum Caluino: si id sibi acciderit aliis quottidie: q̃ accidit. ⁋ Pygmæus: pygmæi autore Plini. libro septimo in extrema parte montium indiæ sunt: longitudine ternas spithamas non excedũt a gruibus infestantur aduersus quas expeditionem sumentes caprarum arietumq; dorsis insident armati sagittis: tempore ueris cum agmine ad mare descendunt: oua: pullosq; earum consumunt: ternis mensibus eam conficiunt expeditionem: aliter gregibus resistere non possent. De his non pauca item Gelius & Solinus scripserunt. ⁋ Nulla ne periuri? uerba sunt Caluini: nonne aliquando periuriis punietur. ⁋ Abreptum: uerba Iuuenalis subaudi iri: ut sit abreptum iri. ⁋ Grauiore cathæna: grauioribus uinculis. ⁋ Nostro arbitrio: ut uolumus. ⁋ Quid plus uelit ira: scilicet nostra quã ut puniatur: ita ut uolumus: estq; hoc legendum per parenthesim. ⁋ Manet illa tamen: uerba omnino sunt Iuuenalis quasi respondentis. Caluino quæribundo iacturam suam: tamen manere. Manet inquam. ⁋ Sed dabit solatia minimus sanguis: sed hoc tibi erit solatio: quod necabitur. ⁋ Inuidiosa: quæ tibi inuidiam: & odium contrahent. ⁋ At uindicta: uerba Caluini. ⁋ Nempe hoc indocti: uerba Iuuenalis repræhendentis stultum affectum Caluini: idest uulgus imperitum. h. d. uindictã eẽ bonã: & ea gaudet plurimũ: qa nulla rõne mouet̃: sed solo: ut bestia: appetitu. At uir sapiens: & magnanimus: quũ inimicũ suũ in ptãte sua: ut docet Sene. uiderit: uindictã putabit uindicare potuisse. ⁋ Flagrãtia: æstuãtia. ⁋ Adeo: in tantũ. ⁋ Quantulacũq;: idest minima quæq;. ⁋ Occasio: oportunitatis temporis dr̃ casu ,pueniens.

Rutili9 Gallic9

Quot9

Guttu-rosi ĩ alpibus

Pyg-mæi

Chrysippus non dicet idem: nec mite thaletis
Ingenium: dulciq; senex uicinus hymeto.
Qui partem acceptæ sæua iter uincla cicutæ
Accusatori nollet dare: plurima fœlix
Paulatim uitia: atq; errores exuit omnes
Prima docens rectum sapiẽtia: quippe minuti
Semper: & ĩfirmi est animi: exiguiq; uoluptas
Vltio: continuo sic collige: quod uindicta
Nemo magis gaudet: q̃ fœmia: cur tamẽ hos tu
Euasisse putes: quos diri conscia facti
Mens habet attonitos: & surdo uerbere cædit
Occultum quatiente animo tortore flagellum?
Pœna autem uehemens: ac multo sæuior illis.
Quas & cæditius grauis iuenit: & rhadamãt9.
Nocte: dieq; suum gestare in pectore testem.

⁋ Chrysippus non dicet idemq;: hoc est uir sapiens non dicet uindictam bonam eẽ: nec ullo modo laudabit. Chrysippus stoicæ disciplinæ fuit philosophus: de quo supra & apud Persium. Illic inuentor chrysippe tui finitor acerui. Solensis fuit: uel ut alii dicitur Tarsensis Apollini filius: subtilitate disputãdi adeo acer: ut illud iactatum sit: deos: si dialectica uti uellent: non alia usuros q̃ chrysippea. ⁋ Mite ĩgenium thaletis: color est rhetoricus: qui dicitur circuitio: idest ipse thales mitis: ingenii & naturæ. Hic milesius fuit unus ex septem sapientibus: qui ut scribit Laertius: gratias triplici causa fortunæ se agere dicebat: primo q̃ non belua: deinde q̃ uir: non mulier. Tertio q̃ græcus natus esset: non barbarus. ⁋ Senex. i. Socrates atheniẽsis phylosophus: clarissimus filius Sophronisci marmorarii: & phanaretæ obstetricis: primus fuit: qui ut est autor Cic. in tusculanis: philosophiã e cœlo reuocauit: coegitq; de uita: & moribus: rebusq; bonis: & malis q̃rere: quũ ante illum philosophi oẽs rebus physicis perscrutando operam tantũmodo impẽderent. Sed hic quum aliquãdo Anytum atheniensem uirũ locupletem & factiosum rideret: ob eius ineptias Aristophanes comicus doctus quidem: sed homo parum probatus: accepta grandi pecunia ab Anyto contra Socratẽ comœdiã scripsit: cuius ĩscriptio est nephele. i. nebulæ qua quidẽ inter cæteras criminationes illud cõfixit: ab eo nebulas coli: & Atheniensiũ religiones obtrectari: & præter hæc iuuenũ mentes sic ĩbuere: ut parentibus manus inferre pie & officiose possent: quæ res accusantibus Anyto: lycone: & Melito (ut Plato in Apologia p Socrate scri.) quũ uniuersum populũ in Socratẽ cõcitasset: furore quodã: & ira morte dãnatus ẽ: q paterã cicutæ publicitus datã ĩtrepide hausit: tantũq; abfuit: ut ultionẽ q̃rere: ut cõtẽderet sp illum miseriorẽ eẽ: q faciat q̃ qui afficiat̃ iniuria. Laertius autor. ⁋ Hymeto dulci: patriã designat: mons ẽ terræ Atticæ: ubi optimũ ,puenit mel: unde dulcẽ appellauit: sic & Vale. Flac. li. i. Et ĩ dulcẽ reges dimittit hymetõ. ⁋ Cicutæ: ait Pli. cicutã eẽ: uenenũ publicã atheniẽsum pœnã iuisam: ẽ. n. herba semẽ hñs noxiũ: ei & foliis refrigeratoria uis ẽ: uino epota hoĩem pimit sine ullo remedio. ⁋ Inter uin. in carcere: nã illic (ut dixius) data ẽ ei cicuta. ⁋ Accusatori: ,p accusatoribus suis: nã tres: ut dixius: fuerunt: Anytus Lycon: & melitus. ⁋ Plurima fœ. sensus ẽ nõ est inqt migꝫ: si tales: phi cõsentiunt uindictã nõ esse q̃rendã: qa phia ea est: q̃ rectã uiuẽdi uiã docet: nã: ut scri. Ci. in tusculanis: uitiorꝫ oĩum est expultrix: uirtutũ ĩdagatrix. ⁋ Sapientia. i. phia moralis: q̃ quũ antea (ut dixius supius) sapiẽtia noiaret̃: a pythagora: ut scri. Ci. ĩ tusculanis: phia ẽ appellata: quũ se apud Leontẽ philisiorũ prĩcipẽ nõ sapientẽ: sed phum noiasset. i. sapiẽtiæ studiosum. ⁋ Exuit de. i. docet: ut deponant̃ uitia: & errores aĩ nã docet uitia eẽ exterminãda: rectũ aũt hoc ẽ uirtutẽ sequẽdã: nã rectũ dr̃: autore Ci. qđ cũ uirtute fit. Sene. li. xv. epi. ad Lucil. sic scri. Antiq̃ inqt sapiẽtia nihil aliud q̃ faciẽda & uitanda p̃cepit. ⁋ Ai minuti: ai pusilli. ⁋ Magni. n. est aĩ iniurias obliuisci: ordo aũt est. Vltio uoluptas aĩ minuti. ⁋ Sic col. sic conclude Persi. Mendose colligis. i. cõcludis. ⁋ Magis q̃ fœmina: nã sexus fœmineus quãto minus hẽt roboris & firmitatis tãto facilius ab affectibus superat̃. ⁋ Hos: periuros. ⁋ Euasisse. s. culpæ suppliciũ nõ ẽ inqt: q̃ putes eos nõ torq̃ri: nã sp autor sceleris flagello cõscientiæ castigat̃: unde supra: prĩa ẽ hæc ultio: q̃ se iudice: nemo nocẽs absoluit̃. Sene. ad Luci. Tuta scelera eẽ nõ possũt: qa prĩo illa & maxĩa peccãtiũ ẽ pœna peccasse. ⁋ Surdo uer. occulto nec ab aliis ĩtellecto: quũ interius a cõsciẽtia flagellat̃. ⁋ Aĩo tor. i. aĩo p̃stante officiũ tortoris: nã eũ punit cõscientia. ⁋ Pœna ãt ue. grauis ostẽdit poeta lõge grauiores eẽ aĩ q̃ corporis cruciatus: iuxta illud Ouid. Mens ẽ quæ sentiat ictus. Ordo est aũt & sensus: gestare suũ testẽ die & nocte in pectore. i. cõscientiã: quæ testis est sceleris pꝑpetrati: est pœna uehemẽs: & multo seuior illis. s. penis q̃s cæditius grauis inuenit. Cæditius. n. nomẽ est iudicis tpibus poetæ: de quo scrib. ẽt saty. ulti. Cæditio & fusco. Cæditii meminit & Tacitus. Dũ uitelius inqt resignare imperiũ uoluisset: postremo inqt fleto p̃pediente assistẽti cõsilii Cæditius simplex: erat exolutũ a latere pugionẽ: uelut ius necis: uitæq; ciuiũ reddebat. ⁋ Rhadamãthus: filius fuit iouis ex asia cõstitutus iudex a p̃re apud ĩferos: de quo plura dixius in. i. saty. illic. Quas torqueat umbras Aeacus. ⁋ Spartano cuidã: ostẽdit poeta fieri nõ posse: ut iis: q pecuniã abnegauerit: careat supplicio: quũ glaucus lacedæmonius tota cũ ,ple ĩterierit: nõ solũ: qa depositũ non reddiderit: sed q̃ cogitauerit aliq̃do de eo nõ reddẽdo: hãc historiã luculẽtissime scripsit Hero. in. vi. Fuit. n. glaucus uir lacedæmonius uitæ sanctitate satis celebratus: ad quẽ uir qdã milesius fluctuante Ionia assiduis bellis diuendita dimidia parte bonorꝫ uenit. apud eũ pecuniã deposuit: existimans fore: ut & salua esset: & sibi redderetur: quũ allatis symbolis reposceret: Glaucus accepta pecunia cõsuluit oraculũ Apollinis an orco. i. iureiurando pecuniã prædaretur: quã apud se depositã a quodã milesio filii eius reposcebant. Respõdit Pythia his uersibus. Glauce expedit ad breue tp̃s orco. i. iureiurãdo uicisse: ĩteruertisseq; nummos: atorci natus q caret noĩe: q manibus: q nullis ẽ pedibus: rapide aduẽit: rapide: ut pdat oẽm ,plẽ: & domũ. His auditis Glaucus ueniã sibi eorꝫ: q̃ dixisset deũ obsecrabat. Cui pythia inqt: idẽ pollere tentare deũ: & facere: tunc Glaucus accitis milesiis pecuniã reddidit. Cui nulla soboles: nec domus superfuit: q̃ illius censeretur: sed & sparta radicitus extincta est, Ita bonum est nihil aliud deposito cogitare: quã ut repetentibus reddatur.

Chry-sippus

Thales

Socra-tes

Hyme-tus

Cicuta

Rectũ

Cædi-tius

Glauc9

¶ Pythia uates.i. Apollinis uates:nam per puellam instinctu numinis furiosam apollo dabat responsa: unde Diuus Hierony.contra Iouinianū:Furiosas Apollinis uates legimus.Sta.lib.iii.Thebai.Dū pallida uirgo tremendas.Nunciet ambages.Nam constat:ut docet Stra.diuinū:illud domiciliū:unde oracula dabant: ꝓfundam & curuā fuisse spelunca:nō admodū lato ore patentē:unde spūs sacro effläre numine referret. Excelsum aūt ostio iminere tripodē:quē quū pythia uates inscenderit:hausto diuinationis spiritu dei respōsa referre & metro & soluta oratione.Phemonoē apollinis filiā primā diuinantē pythiā ferunt:pythia dicta est:qa ut græci fabulant:apollo pythius est noiatus a serpente pythone:quē ipse in prima infantia sagittis confecit:quum belua cunas:in qbus ipse cū diana sorore iacebat iuasisset:ipse autē python dictus est ἀπο τησ πηθοσ .ia putrefactione terræ:ná natus est post Deucalionis diluuiū:ut scri.Ouid.de hoc ēt Macro.¶ Depositū:ē qđ custodiendū alicui datū est dictū:ex eo ꝙ ponitur:ꝓpositio.n.deauget:depositū: ut ostēdat totū fidei eius cōmissum:qđ ad custodiā rei ptinet. Hæc Vlpia.¶ Nō moribus:nō bonitate naturæ.¶ Adyti: adytū græci locū tēpli secretioré:& penitioré appellarūt:quasi inaccessibile: ab a particula primatiua & δυω qđ est igredior.¶ Et quis.Ordo est:extinctus é cū ꝓpinquis deductis ex gente:quis longa.¶ Sola uoluntas peccandi:ut ostēdat nō mō deo displicere nefaria hoium opera: sed etiā turpes cogitatus.¶ Facti crimen habet:qaliqd inqt turpe meditatur nihilo secius peccat q̄ q turpiter aliqd perpetrat.¶ Cedo si comata peregit:subaudi quātū supplicii credis eē delinquenti quū turpi ope se cōmaculauit.q.d.illū esse insidiuo aī cruciatu:unde:sequitur ꝓpetua anxietas. Molares:sunt appellati dētes:q cibos molant:& cōficiant:sunt aūt a caninis introrsum recedentes.¶ Albani ueteris.Albanū uinū inter optima uina est celebratū.¶ Ostendas melius.i.si ēt melius albano:ostēdere uolueris.¶ Cogit in frontē uino.i.frons crispatur:ac si biberit falernū austerū.¶ Noctē bre.Sensus est:si forte inqt qti nocturnæ se tradidit: cōtinuo ꝓ somniū se uidere existimat:& templum ubi peierauit:& te ipum quem decepit.¶ Et qđ præcipu.ordo ē & sensus:& uidet te in somnis:quod.i.quæ res urget mentem.i.cruciat præcipuis sudoribus proueni entibus ex conscientia sceleris.¶ Tua sacra: ordo est tua imago sacra:& maior humana turbat pauidum ná existimat se uidere imaginem amici circūeunti:sacra quadā:& uenerabili spē:& maiore humana effigie:q̄lia sæpe solent uideri:unde Trangl.in Claudio sic scri.De druso eius patre.Hostē etiā frequēter cæsum:ac penitus in intimas solitudines actū nō prius destitit inseq:q̄ spēs barbaræ mulieris humana amplior uictorem tendere ultra sermone latino prohibuisset.¶ Fateri:se peccasse.¶ Exanimes.scilicet sut. ¶ Non quasi fortuitu:ordo est & sensus. Exanimes sunt:quasi ignis cadat non fortuitu: nec rabie uētorum:sed cadat iratus:ut uindicet.Dicendo autē fortuitu sequitur Epicuros:qui diuinam prouidētiam tollentes:omnia casu moueri putabant:rabie uentorum:rem phisicam perfequitur:nam fulmen ut autores sunt Plini.& Sene.ignis est coactus:ipulsu uentorum tactus.¶ Ignis.idest fulmen: quæ ut dixi: uis quædam est ignea.¶ Illa nihil nocuit:si prima iquit illa tempestas nihil nocuit:proxima maiore angore timetur:ueluti a diis dilata ī eius grauius exitium.¶ Dolorem lateris:morbum uidetur intelligere:quem græci pleuritida uocant.i.dolorem laterum:a quo pleuritis cus:πλευρα enim latus significat.¶ Non audent ꝓmittere:quasi qui sciant deos sibi iratos ob scelera sua: qui non facile placentur impiorum sacrificiis.¶ Cristā galli:scri.Pli.lib.x.de gallis sic:ex iis etiam fibræ sunt: quæ nō aliter q̄ optimæ uictimæ diis sunt gratæ.¶ Laribus.Lares dii erāt:quos unusqsq priuatim domi suæ colebat:de iis multa ī supiore Satyra:& illic apd Persi.laribus donata pepēdit.¶ Nō ē dignior uita.s.q̄ ipi nocētes.

Spartano cuidam respondit pythia uates.
Haud impunitū quodā fore:qđ dubitaret
Depositum retinere:& fraudem iure tueri
Iurando:quærebat enim quæ numinis esset
Mens:& an hoc illi facinus suaderet apollo.
Reddidit ergo metu nō moribus:& tamen oē
Vocē adyti dignā templo:ueramq; probauit.
Extinctus tota pariter cum prole:domoq;
Et quāuis longa deductis gente propinquis.
Has patitur pœnas peccandi sola uoluntas.
Nam scelus intra se tacitu qui cogitat ullum.
Facti crimen habet:cedo si conata peregit?
Perpetua anxietas:nec mensæ tempore cessat
Faucibus:ut morbo siccis:interq; molares
Difficili crescente cibo:sed uina mi∫ellus
Expuit:albani ueteris præciosa senectus
Displicet:ostendas melius: densissima ruga
Cogitur in frontem:uelut acri ducta falerno.
Nocte breuem:si forte indulsit cura soporem.
Et toto uerlata thoro iam membra quiescant.
Continuo templum:& uiolati numinis aras.
Et quod præcipuis mentem sudoribus urget.
Te uidet in somnis:tua sacra:& maior imago
Humana turbat pauidum:cogitq; fateri.
Hi sut qui trepidāt:& ad oia fulgura pallent
Q uū tonat:exaies quoq; prio murmure cœli.
Non quasi fortuitu:nec uentorum rabie: sed
Iratus cadat in terras:& uindicet ignis.
Illa nihil nocuit: cura grauiore timetur
Proxima tempestas:uelut hoc dilata sereno.
Præterea lateris uigili cum febre dolorem
Si cœpere pati:missum ad sua corpora morbū
Infesto credunt a numine:saxa deorum
Hæc:& tela putant: pecudē spondere sacello
Balantem:& laribus cristam promittere galli
Non audent:qđ enim sperare nocentibus ægris
Concessum:uel quæ non dignior hostia uita.

¶ Mobilis & uaria est.Hoc q̄ potissimū est ad consolationē.Caluini. Ait enim malos uariā & mobilē esse naturam:ut ad peccandū constantes sint:moxq; peracto scelere sua cognoscant male facta:sed tamen natura impellente ad pristina uitia se redire:ut ꝓ hoc colligat:improbū hominē totiens peccaturū:ut aliquādo deprehendatur:soluatq; penas.¶ Malos nocentiū:& sceleratos.¶ Supereſt cō.i.magna adest constātia in scelere cōmittendo.¶ Peractis crimi.cōmisso scelere incipiunt cognoscere errorē suū.¶ Natura re.i.ipsi scelerati:q̄si naturæ imperio redeunt ad mores dānatos.i.ad uitia:& scelera.¶ Fixa.s.natura.¶ Nescia mu. Ter. Vbi aſus mala se cupiditate semel deuinxit:necesse est eadē cōsilia conseq consimilia.¶ Nā quis peccādi.i.qs unq̄ cœpit peccare:ut postea sua spōte.i.desisteret.¶ Attrita frōte.i.pfricata:ná perfricare frontē est pudorē deponere. Quin.pfrica frontē:& dic te erubescere nō posse. Mar.Et si perfricuit frontē posuitq; pudorē:hoc aūt dicit poeta:ut speciem iniiciat caluino: periurū illū daturū pœnas:quia cōmittet alia scelera:in qbus depræhendet.¶ Dabit in laqueū.i.scelera cōmittet: & sic capiet laqueo:sumpta est metaphora a feris: q̄ cassibus capiunt.¶ Vncū:trahet.n.unco ī scalas gémonias:unde alibi Seianus ducit unco.¶ Aut rupē mariis:aut ī ſulas relegabit:unde supra.Aude aliqd breuibus gyaris:& carcere dignū.¶ Aegei: ægeū mare dictū est:ut qda uolūt:ab Aegeo neptuni filio:q̄ se in mare ꝓcipitauit:ut scrib.Ouid.Pli.uero tradit a scopulo præ se ferēte spēm capræ:q̄ ita a græcis appellat repēte in medio mari exiliens:αιγα.n.caprā noiant. ¶ Magnis.e.magnis ciuib9 exultātib9:notat tpa sua:qbus multi ob multa scelera relegabant.¶ Nois iuamici tui piuri.¶ Surdā:ut nō audiat piuria.¶ Thyresiā.i.cæcū q̄lis fuit Thyresias thebanus:cui oculos eruisse iunonē tradūt fabulæ:qa orta cōtentiōe iter Iouē & Iunonē:q̄ nā eēt maior uoluptas uiri: an mulieris ī coitu: electus iudex affirmauerit:mulieris eē maiorē:ob quā calamitatē iuppiter ei cōcessit:ut futura uaticinaretur.



Iunii Iuuenalis Aquinatis Satyra. XIIII.

Plurima sunt fuscine: ostēdat hac saty.nec sine sūma idignatiōe:parētes eē ī cā:ut filii existāt scelerati:& ad pluria uitia,pniqa eoꝝ exēplis:& ꝓceptis teneræ mentes ad uita facile formēt.Sed auaꝝ maximi ſectat:q ad auariciā exercēdā:& ꝓceptis:& exēplis filiū instituit. Itaq; monet poeta oportere parētes eē optimis moribus:& ſūma cū synceritate uitæ alēdos filios:ut boni habeāt:un Plut.recte scripsit illd de liberis educādis:añ oia op9 ē:ut pres nō solū nihil peccādo:uerū ēt hōeste singula pagēdo māifestū sese filiis exēplar exhibeāt:ut eoꝝ uitā q̄si qddā speculū ituētes:ab operū ſil & sermonū turpitudie se penitus auertāt.¶ Digna fa.ſi.i.turpi ſamia.i.digna:q̄ cōuiciis reprehēdāt. ¶ Maculā&.r.q afferāt turpitudinē uitæ nitidæ:trāslatio a uestibus:q̄ sordidāt.¶ Quæm.i.p.hīc ē illa. Quīti.idignatio i.ii.li.Vtinā liberoꝝ nroꝝ mores ſi ipi pderem 9ifantiā statī delīciis soluīt mollis illa educatio q̄ idulgētiā uocam9:neruos oīs mētis:& corpis fragit:qd nō adult9 cōcupiſcet:q̄ ī purpuris repit:lā coccū itelligit:iā cōchiliū poscit:gaudemus ſi qd licētius dixerit:uerba nec alexādrinis qdē pmittēda deliciis risu:& oſculo excipim9:nec migꝝ nos docuim9: ex nobis audierūt nras amicas:nros ꝓcubinos uidēt oē cōuiuiū obscenis cāticis ſtrepit:pudēda dictu spectāt fit ex iis ꝙsuetudo:deīde nā discūt hæc miseri añq̄ sciāt uitia eē:ide soluti ad fluētes ñ accipiūt ex scolis mala ista ſ3 ī scolis afferūt.¶ Mōſtrāt.ſe,male uiuāt.¶ Tradūt.ſ.ꝓceptis eos istruēdo.¶ Si.d.ſ.oñdit poeta exēplo pīno facile teneꝝ filiū ad oīa excitari:ná ſi pr̄ iqt alea delectat:eodē ſtati fili9 capiſ studio.¶ Alea.d.bū āt dāno ſa:ná grādi cū aceruo pecūiæ ad ludū descēdebat:uñ ī.i.saty.neq;n.loculis cōitatib9 itur. Ad casum tabulæ:posita sed ludiſ arca.De alea dixīus in.i.saty.illic alea:q̄n os aios. Bullat9 adhuc ī ꝑtexta:ná pueri usq; ad q̄rtūdecimū ætatis sue annū ꝑtextā & bullā gestabāt:erat enī bulla aurea insigne puerorū ꝑtextatoꝝ quæ dependebat a pectore:ut significaret eā ætatē alterius regēdā cōsilio:dicta a bulli:qđ est cōſiliū:aut qa eā partē corporis bulla cōtīgat.i.pectus:ī quo naturale māet cōſiliū:aut ut scri.Pediāus q̄si bullētis ſinus cōiens pectusq; puerile de bulla:& ꝑtexta mīta Mar.li.i.Sat.tit9 Li.li.i.deca.& nos apd Persi.illic:bullaq; ſuccīctis laris9 donata pepēdit. Bulla

¶ Eadem ar. eadé ludi instia. ¶ Fritillo: exponunt nonnulli fritillū esse alueolū: hoc est tabulā lusoriam: in qua discurrūt tessere. Porphy. uero enarrās illud apud Orat. i. ii. sermonū. Mitteret ī pyrgū talos: nō alueolū iterp tat: sed pyrgū. i. uasculū: quo cōiecti tali: agitatiq; mittūt ī alueolū, cuius effigies istar turriculæ ē: unde & nomé accipit: pyrgos. n. turrim significat. De quo sic ēt Sidonius Apollinaris. Altera expte frater meus Domitius hō grāe sūmæ: sūmi leporis tesseras cæpat: q tiebatq; quo uelut classyco ad pyrgū uocabat aleatores. Idē alibi. Hic pmēs teretes pilas trochoiq;. Hic talos crepitātibus fritillis. Est igit fritillus idē qđ pyrgus. De quo aliq; falso putāt Persi. itellexisse illic. Angustæ collo nō fallier orcæ. Nā ut ī cōmētariis nīis expositum est ludū itellexit nucū quo maxie pueri delectāt. Nā in terrā uasculū defiebāt: in qđ mediocri disiātes interuallo nuces iacebāt. uñ Ouid. in carmīe de nuce. Vas quoq; sæpe cauū spacio distāte locāt. In quo missa lenux cadit una manu. Sicq; poeta docet Persiū ut puerq; nō solū talis: sed & nucibus delectatū id etiam Mar. uidet sentire li. xiiii. Nec timet edilē moto spectare fritillo. ¶ Paruo: ætati cōgruo. Nullā inqt de se spem relinqt ppinqs. ¶ Nec de se. i. q; sit futurus me lioribus moribus q; fuit pr. ¶ Melius de se. s. q; de prēsuo. ¶ Radere: detrahere corticē ex tuberibus: cultello. n. radūt: quū ī cœna apponūt. ¶ Tubera te. Tubera ī gūe fungoꝝ numerāt. Mart. Rūpimus altricem sūmo de uertice terrā. Tubera boletis poma scda sumus. Ea undiq; terra circūdata nascūt: nulliq; fibris nixa: aut sāltē capillamētis: neq; terræ cohærēt: cortice ēt icludunt: ut plane: nec terrā ee possimus dicere neq; aliud q; ferræ callū. Pli. De iis ēt dixius i. v. saty. illic: post hūc radunt tubera terræ. ¶ Boletū: lautæ gulæ fuisse ostēdit alibi Iuuena. Boletus domino: sed qualē Claudius edit: in genere fungoꝝ est. Eius cibi aut dissimū fuisse claudiū docet Tranql. sic. Alii tradūt domestico cōiuio p ipam Agrippinā: q boletū medicatū auidissimo ciboꝝ taliū obtulerat. ¶ Ficedulas: auis est: q nomé accepit a fico. Mart. Quū me ficus alat: quū pascar dulcib⁹ uuis. Cur potius nomē nō dedit uua mihi. Optimi ē saporis Mar. Patulo ficedula lūbo. Quū tibi forte daf: si sapis adde piper. Hæc át p autūnū: autore Pli. mutat colorē: & formā: uocaturq; Melāchoriphus. ¶ Lautæ gu. iter alias aues ostēdit Gelius lib. xiiii. scri. n. fuisse q negarēt: ullā auem pter ficedulā tota comesse oportere superioré partē auiū: atq; altiliū qui edūt eos palatū non hēre dī autē Sycalis. Eodē iure eodē genere cōdimēti: quo pr mergebat. ¶ Natātes. i. iure cōditas. Nā obsonia triplici apud ueteres mō cōdiebant: ut eēnt: aut assa: aut frixa: aut elixa. i. iurulenta: unde & Celsus ait. Tū res eadē magis alit iurulenta q; assa: magis assa: q; frixa. Ergo iure natātes nō: assas nō frixas: sed iurulentas. i. iure conditas: ut in patina cū iure apponerent. Apuleius iusculentū appellat: q; dicimus iurulentū. ¶ Nebulone. i. nullius pcii. Nā nebulones: & tenebriones dicti sunt: q mendaciis & astutiis suis nebulā qdā: & tenebras obiiciunt: aut nebulones: q non pluris sunt q nebulæ. ¶ Patente: subaudi mōstrante ab iferiore. ¶ Cana gula. i. patre cano guloso. ¶ Monstrante. s. quū de se malū pbeat exēplū. ¶ Quū septimus annus: sensus est: ubi puer septimū ætatis annū transierit: a cōsuetudine paterna bene cœnādi non discedet: quū fuerit iam ea ætate instructus: licet adsint mille magistri: qui studeant salutaribus præceptis ad modestiā: & frugalitatē: reuocare. ¶ Nondū renato dente. Nam ut scri. Macro. lib. i. de somnio Scipionis post septē menses dentes incipiunt mandibulis emergere: & post annos septem dentes: qui primi emerserant: aliis aptioribus ad cibum solidū nascentibus cedunt: eodēq; anno. i. septimo plene absoluitur integritas loquendi. Pli. idem fere dicit libro septimo: eosdem decidere anno: alioq; suffici. ¶ Magistros barbatos: philosophos: qui barbati incedebant. Persius. Si cynico barbam petulans nonaria uellat. & alibi. Barbatum hoc crede magistrū: dicere. ¶ Non degenerare: non esse absimilis amoribus paternis: ut habeat culinam multiiugis: præciosisq; obsoniis instructam. ¶ Mitem animū: cum interrogatione & indignatione hæc legenda sunt: ut sit sensus. ¶ Docet ne pater filium suum: ut animo sit mitti: & benigno: & moribus æquis: modicis erroribus. i. ut sit æquus: & clemens modicis seruorum erroribus: & seruos cōstare eadem materia: qua nos: an potius docet uti crudelitate? Sicq; parentū sæuam: & truculentā doctrinam in liberos suos insectatur: qui eos potius sæuitiam docet: quā clementiā. ¶ Præcipit mitem aium. i. ut sit semp animo mitti? quasi dicat nō præcipit: nam præcipere aium mitem est præcipiendo docere: ut habeat animū mitem: sic dictum quemadmodum illud inferius. Nam quisquis magni census pcipit amorē. ¶ Mores æquos. erro. modicis: ne grauius puniat seruos q; eorum extitere errata: ergo mores æquos. i. æquales delictis: ut si tales mores habeat ad punidos seruos: ut p criminis qualitate adhibeatur castigatio: ne maior sit pœna quā culpa: ut si errata modica sūt: modica etiā sit castigatio: ut magis ad clementiam q; ad sæuitiam inclinetur. ¶ Eadem materia: plærisq; enim adeo inhumani sunt: ut putent seruos a bestiis non distare: & pinde in eos sunt crudeles: unde alibi Iuuena. Itacipio physici oēs homines ex anima & corpore cōstare dicunt. ¶ Paribusq; elemētis: paribus principiis: q; principa sūt ab elemētis. ¶ An sæuire docet Rutilus: ponit Rutilū pro quocūq; paréte crudeli: Nam quidā Rutilus fuit: ut diximus in satyra. xi. temporibus poetæ: qui absumptis per luxū diuitiis ad gladiaturā se contulit.

Fritillus
Pyrgus
Tuber
Ficedula
Sycalis
Iurulentum
iusculentum
Constō

Bullatus: paruoq; eadem mouet arma fritillo.
Nec de se melius cuiq; sperare propinquo
Concedit iuuenis: qui radere turba terræ.
Boletum condire: & eodem iure natantes
Mergere ficedulas didicit nebulone parente.
Et cana monstrante gula: quū septimus annus
Transierit puero nondum oi dente renato.
Barbatos licet admoueas mille inde magistros.
Hinc totidem: cupiet lauto cœnare parato
Semper: & a magna non degenerare culina.
Mite aium: & mores modicis erroribus æquos
Præcipit: atq; aios seruorū: & corpora: nostra
Materia constare putat: paribusq; elementis.
An sæuire docet rutilus: qui gaudet acerbo

Syren dolcedinē cantus
Cynedus ministris et lenonibus

QVARTADECIMA

¶ Plagarū: uerberū: nā plagas pro uerberibus dicimus: unde apud Plautū frequēs est: ubi sunt plagipati. i. plagas: & uerbera patientes. ¶ Antiphates. i. ipse pr sæuus: ut Antiphates fuit. Nā antiphates Lestrigonū fuit rex: q in cāpania formiis: ut scri. Pli. iuxta Caietā sedē suā habuere. Sylius. Et regnata lamo caieta: domusq; Antiphatæ cōpressā freto: carnibus uescebant humanis: unde Papinius prio Syluaꝝ. Littusq; cruēti Antiphatæ. Thucydides tamē li. vi. histoꝝ ubi de Sicilia loquit: Lestrigonas fabulosos ee arbitrat: scrib. Homerū in odissea Vlyssem pueniss domū Antiphatæ regis læstrigonū: quē uxore foco accersiuit: & unū ex sociis missis ab Vlysse ab eo fuisse absumptū: reliqs terrore diffugiētibus.

Antiphates

Plagarum strepitu: & nullam sirena flagellis
Comparat antiphates trepidi laris: ac polyphe
Tum fœlix quoties aliqs tortore uocato
Vritur ardenti duo propter lintea ferro.
Quid suadet iuueni lætus stridore cathenæ.
Quē mire afficiunt inscripta ergastula: carcer
Rusticus: expectes ut non sit adultera largæ
Filia: quæ nunq maternos dicere mœchos
Tam cito: nec tanto poterit contexere cursu.
Vt non fer dicies respiret: conscia matri
Virgo fuit: cæras nunc hac dictante puellas
Implet: & ad mœchos dat eisdē ferre cinædis.
Sic natura iubet: uelocius: & citius nos
Corrupunt uitioꝝ exepla domestica: magnis
Quorum subeant aios autoribus: unus: & alter
Forsitā hæc spernāt iuuenes: qbꝫ arte benigna.
Et meliore luto finxit præcordia titan.
Sed reliquos fugienda patrū uestigia ducunt.
Et monstrata diu ueteris trahit orbita culpæ.
Abstineas igitur damnis huiusce: & enim uel
Vna potens rō est: ne crimina nostra sequātur

¶ Plagarū. uerberū. Sensus est. Fieri ingt pōt benignitatē naturæ: ut unū: aut duos inuenias: qui a uestigiis paternis declinantes recte uiuant: sed reliqui per oīa mores sequuntur paternos. ¶ Ducunt: trahunt. ¶ Orbita monstrata. i. iter monstratū: metaphora sūpta a rota: cuius signū orbita dī ab orbe ipsius rotæ: unde elegāter formatū uocabulū ē a Tertuliano exorbitare: q; signat extra orbitā ire: & q; si a recto tramite discedere ¶ Veteris cul. i. ueteꝝ uitioꝝ. ¶ Abstineas: igit dānis huiusce. Quū uideas ingt fieri: ut filii exēplo tuo corrum pant: debes abstinere uitiis & dānis huiusce culpæ. i. per quā culpā tot dāna eueniunt: damnum enim est maximum filios malo parentem exemplo corrumpi. ¶ Et enim uel: sensus est: hac una etiam ratione debemus uitiis abstinere. s. ne filii nostro exemplo fiant deteriores. ¶ Potens est: efficax est: & nos mouere potest. ¶ Vel: ēt.

Exemplum
Orbita
Exorbitare

⁋ Quoniam: ratio est: quare honeste uiuendū sit: quia inquit oēs ad discenda turpia sumus ualde dociles: unde est illud Senecæ ad Lucil. Ad deteriora faciles sumus: qa nec dux pōt: nec comes deesse. ⁋ Et Catilina: ꝓbat ꝑ exēpla hoīes magis ad uicia q̃ ad uirtutē esse ꝓnos: nam ubiq; gentiū pessimos hoīes: q̃lis fuit Catilina: facile est īueniri: boni aūt q̃les fuerunt Brutus & Cato nusq̃ reperient: sicq; ostēdit malos uiros ubiq; q̃si spōte sua nasci: & fieri bonos āt non facile reperiri: unde ē illud Senecæ ad Luciliū. Oē tēpus clodios: nō oē Catones fert. Ergo ꝑ Catilinā quēcūq; ciuē malū ītelligit. ⁋ Sub axe: sub q̃cūq; cæli parte. Nā duo sūt axes septētrionalis: &

Brutus australis. ⁋ Brutus: hoc loco de Bruto ītelligit: q ī senatu Iuliū cæsarē interemit: ut patriā ī libertatē assereret: hic ex seruilia Catonis uticēsis sorore genitus fuit: in pharsalia: augusto: & Antonio urgētibus occubuit. ⁋ Auūculus Bruti. i. Cato uticēsis frater seruiliæ matris Bruti. ⁋ Nil dictu fœdū: attēde saluberrimū consiliū: ꝑ q̄ monet liberos usq; ab īfantia sanctissimis eē moribus alēdos. ⁋ Puellæ le. hoc ē scorta & īfames mulieres: q̄ sæpe in cōuiuia admittebant: ut gestibus: & saltatiōibus īdecoris delectarēt. ⁋ Albi. Vt gaditana canoro: īcipiat prurire choro. ⁋ Procul hic: subaudi sint. ⁋ Parasiti: nā parasiti: q cā gulæ mēsas potētiorum seq̄bāt: cāticis obscœnis: & ludibriis qbus ipsi afficiebant delectabant cōuiuas: unde conq̄rit sic. Quiti. i. i. Oē cōuiuiū obscenis cāticis strepit pudēda dictu spectant. De parasito plura dixius ī. i.

Pernocto saty. ⁋ Pernoctātis: pnoctare ē noctē extra domū suā agere. ⁋ Maxīa re. maximus respectus. Tranql. ī Caligula. Nihilominus reuerētior ī senatū. i. magnū hēbat respectū aduersus senatū. ⁋ Cōtēpseris an. pu. refellit eos: q possent dicere pueros per ætatē nō posse obscœna cognoscere. ⁋ Infans si. ēt uitiis abstinēdū ē ubi sit filius īfans. ⁋ Obsistat: sit tibi īpedimento: ne pecces: ne ei sis malo exēplo: unde legit apud Plutar. Catonē seniorē a uerborum turpitudine ꝑsente puero filio sic tēperasse: q̃si uestalibus uirginibus arbitris locuturus esset: nec cū eo nunq̃ lauit. Nā si qd dignū sensus ē. Qūo filiū tuū audeas corripe: & castigare: si qd fecerit: qđ dignū sit punitiōe: q̃doquidē is nō mō corpore: & uultu: sed & moribus sit tibi similis: & iā peccet exēplo tuo lōge ēt deterius te. Ordo āt ē. Cor

Ex nobis geniti: quoniam dociles imitandis
Turpibus: ac prauis oēs sumus: & catilinam
Quocunq; in populo uideas: quocuq; sub axe
Sed nec brutus erit: bruti nec auunculus usq.
Nil dictu fœdum: uisuq; hæc limina tangat
Intra quæ puer est: ꝓcul hinc: ꝓcul īde puellæ
Lenonum: & cantus pernoctantis parasiti.
Maxima debetur puero reuerentia: si quid
Turpe paras: nec tu pueri contempseris annos.
Sed peccaturo obsistat tibi filius infans.
Nam si quid dignum censoris fecerit ira.
Quādoquidē similē tibi se nō corpore tantū.
Nec uultu dederit: morum quoq; filius: & quū
Omnia deterius tua per uestigia peccet.
Corripies nimirum: & castigabis acerbo
Clamore: ac post hæc tabulas mutare parabis.
Vnde tibi frontem: libertatemq; parentis.
Quum facias peiora senex: uacuūq; cerebro
Iampridē caput hoc uētosa cucurbita quærat:
Hospite uenturo cessabit nemo tuorum.
Verre pauimentū: nitidas ostende columnas.
Arida cum tota descendat aranea tela.

ripies nimirū. s. filiū tuū: si quid fecerit dignū ira censoris: q̃doquidē filius dederit se tibi similē nō tātū corpore: nec tantū uultu: sed ēt morum: &c. ⁋ Corripies ni. cū ironia legendū: & ꝓnunciatiue. q. d. non corripies: nec castigabis: qa nō audebis: cōscius uitiorum tuorum. ⁋ Ira cē. Nā censores: ut dictū est sepius: in supioribus satyris: ꝑerant moribus ciuitatis. ⁋ Morum: ꝓ moribus. ⁋ Per tua ue. i. imitādo tanq̃ uestigia mores tuos. ⁋ Deterius. s. te. ⁋ Mutare ta. i. testm̄: solēt. n. pr̄es irati minitari filiis: se mutaturos testamēta: & scripturos alios heredes. ⁋ Vnde ti. fr. i. unde tibi sumes audaciā castigādi: & seueritudinē: cuius sedes ē ī supcilio & frōte. ⁋ Libertatēq; pa. i. q̄ libere parētes solēt filios corripe. q. d. nō audebis libertate pr̄na filiū castigare: quū tu longe deteriora facias iā se-

Cucurbita nex. ⁋ Cucurbita uē. & cū ea obscœna facias: q̄ te oīs rōnis exptē eē doceant: ut merito tibi e capite sanguis sit educēdus: ut fieri solet ī delirio: licet id ēt fiat ex brachiis: ut dixius illic. O medici mediā ptūdite uenam. ⁋ Cucurbita uē. uasculū ē uitreū: apđ ueteres uero ut ostēdit Cor. cel. æreū fuit: & corneū: quo sanguis educit: facta prius leni sacrificatiōe a medico: ꝑ diminutionē ēt dicius Cucurbitulā uētosam dixit: qm̄ ꝯcepto uēto ex flāma stupæ ītus accēsæ cuti adherescat: uñ Cor. cel. li. iii. c. xviii. scri. Phreneticis: neq; alienū eē: si neq; sanguis añ missus ē: neq; mēs cōstat: neq; sōnus accedit: occipitio īciso cucurbitulā admouere: q̄ qa leuat morbū: pōt ēt sōnū facere. ⁋ Vacuū ce. uiduū ea re q̄ mētis hūanæ ē gubernaculū: uñ illud ē Pli. li. xi. c. xxxvii. Cerebrū uni hoī in īfantia palpitare: nec roborari ante primū sermonis exordiū: hoc eē uiscerū excelsissimū ꝓximūq; cælo capitis hic hēre sensum arcem: huc uenarum oēm a corde uim tendere: hic culmen altissimū: hic mentis esse regimen. ⁋ Hospite uenturo. Tam inquit a recta uiuendi uia aberras: ut uenturo hospite scrupulosa diligentia istes: ut tota domus sit speciosa: illud aut non curas: ut filius illam aspiciat carentē oībus (quod primum esse debet) uiciis. Illud enī est boni patris curare: ut filius non pulchrā suppellectilem: non ornatā domū: sed ut sanctos mores tanq̃ speculū intueatur: unde ēt illud Senecæ ad Luci. Qui domū intrauerit: nos potius miretur q̃ supelle-

Verriculum ctilem nostrā. ⁋ Verre: munda: a quo uerriculū & ꝑ genere retis piscatorii: & instrō: quo domus uerrunt. Est āt ordo. Vox dñi instantis & tenētis uirgā fremit uerre pauimentū. i. magno fremitu īclamat uerre pauimen-

Ostracū Pauimētum tū: sic illud apud Plautū in Asinaria. Iussin scelește hac ianua hoc stercus hinc auferri. Iussin colūnis deiici opas araneaᵽ: ⁋ Pauimētū: solū īpius domus stratū: qđ alio uocabulo appellamus. Ostracū græci. n. ostracon testā appellat: unde pauimentū testaceū ostracū nuncupamus: fit. n. ex testis frutillatim contritis: dictū autem pauimentum: q̄ pauiatur. i. crebiter feriatur pauiculis. De pauimentis autem multa Pli. Victruuius: & Palladius.

⁋ Vasa aspera: quæ græci anaglypta: uel anaglypha uocant: idest super sculpta. Aspera ergo propter cælaturā: unde Persius: quid fas optare: quid asper: utile nummus habet: idest cælatus. Plinius loquens de poculis. Ea inquit excisa erant in asperitatem. Virg. Cymbiaq; argento perfecta: atq; aspera signis. ⁋ Tergeat: ab eo: quod est tergeo. Nam secundum tertiam: & secūdam coniugationem declinatur. Virg. Pars leuis clypeos: & spicula lucida tergent. ⁋ Virgamq; tenentis: qua & minetur: & uerberet. ⁋ Ergo: hinc tota est indignatio poetæ. ⁋ Perfusa: plita: & polluta. ⁋ Emēdat hæc: nitida hæc facit. ⁋ Semodio. Est enim semodius: q̃si semis modius. Mar. **Semodius**

Hic lauet argentum: uasa aspera tergeat alter.
Vox domini fremit instātis: uirgamq; tenetis.
Ergo miser trepidas: ne stercore fœda canino
Atria displiceant oculis uenientis amici.
Ne perfusa luto sit porticus: & tamen uno
Semodio scobis hæc emendat seruulus unus.
Illud non agitas: ut sanctam filius omni
Aspiciat sine labe domum: uitioq; carentem.
Gratū est quod patriæ ciuē: populoq; dedisti.
Si facis: ut patriæ sit idoneus: utilis agris.
Vtilis & bellorum: & pacis rebus agendis.
Plurimū. n. itererit qbus artib⁹: & qbus hūc tu
Moribus instituas: serpente ciconia pullos
Nutrit: & inuenta per deuia rura lacerta.
Illi eadem sumptis quærunt animalia pennis.
Vultur iumēto: & canibus: crucibusq; relictis
Ad fœtus properat: partemq; cadaueris affert
Hic est ergo cibus magni quoq; uulturis: & se
Pascentis propria quū iam facit arbore nidos.
Sed leporē: aut capā famulæ iouis: & generosæ
In saltu uenantur aues: tunc præda cubili
Ponitur: inde autem quū se matura leuabit
Progenies: stimulante fame festinat ad illam
Quam primum rupto prædā gustauerit ouo.
Aedificator erat centronius: & modo curuo
Littore caietæ: summa nunc tiburis arce.
Nunc prænestinis in montibus alta parabat

Hos fastus: animosq; dat. Sabello Farris semodius: fabæq; fræse. Et thuris piperisq; tres selibræ. ⁋ Scobis. Scobs id est: quod ab aliqua materia minutissimum decidit: dum aut per serram secatur: aut per terebram perforatur: nec non ex atritione laterū scobs habetur. Plini. libro. xvi. cap. lxiii. Arida enim latius q̃ uiridia ferris præter robur & buxum: quæ ꝑtinacius resistant serratumq; dentes replent æqualitate inerti: qua de causa alterna inclinatione egerunt scobem. Heliogabalus scobe auri: atq; argēti porticum strauit: ut autor est Lampridius. Inuēitur etiā Scobina: sed diuersa significatiōe: hoc ē pro genere limæ unde Victruuius li. iiii. Ad ipsumq; coronæ mensū incidat lima: q̃ scobina dicitur: unde eleganter Tertulianus in apologetico sic scribit. At in deos uestros per omnia mēbra ualidius incūbunt asciæ: & runcinæ: & Scorbinæ &c. ⁋ Aspiciat domum sine labæ: q̃ ante omnia maxime est quærendū. ⁋ Gratū est: placet inqt gignas liberos patriæ: modo cures: ut bonis instituantur artibus. ⁋ Serpente Ciconia: exemplis ostendit: quæ a teneris annis discuntur firmiter mētibus inhærere: nec inde facile auelli: unde illud est Oratii. Quo semel est imbuta recens seruabit odorē Testa diu. Pulli enim Ciconiæ: quia a matre educati sunt: & assuefacti: serpentibus eundem uiuendi morem per totum uitæ suæ cursum tenent: sicq; aperte docet tales esse liberos: quales a patribus instituunt. ⁋ Ciconia: auis est serpentibus inimica: cui ob exitiū serpentium tantum honoris apud ueteres tribuebatur: ut in Thessalia capitale fuerit: autore Plinio: occidisse ciconiam: eadem pœna: q̃ in homicidam. ⁋ Deuia: deorsum: & longe a uia. Ouid. Et cecinit mœstū deuia carmē auis. ⁋ Vultur. Vulturē triduo ante aut biduo uolare: ubi cadauera futura sunt: autor est Pli. lib. x. Ex cadaueribus sibi æscam quærit: interficit āt nihil: nec destruit animantium: uolucribus ob affinitatem etiam mortuis abstinet: lege Plutar. in uita romuli. Inde autem quum se matura leuabit ordo est:

Scobs **Scobia** **Vultur**

progenies festinat ad illam prædā: q̃ primū gustauerit rupto ouo quum leuabit se matura inde: idest ex cubili. ⁋ Ad fœtus: ad pullos suos. ⁋ Iumento: subaudi relicto ab inferioribus. Nam iumentum: & canes relinquit: & cruces: ex quibus aliquid tantū aufert nō totū. Appellatione iumenti ea cōiter intelligimus animalia: q̃ hominē iuuāt dorso: ut equū: asinū: mulū. Lactantius tamen firmianus ait: iumenta dicta eē magnarum uirium animalia a iuuando: q̄ in excolēda terra iuuarent: de iumentis superius dictum est abūde. ⁋ Magni quoq; uulturis: idest quū factus ē magnus: eodē se nutrit cibo: quo a parētibus est educatus pullus. Propria arbore atqui in arboribus nō nidificant uultures: sed in altissimis rupibus: ut scribit Plinius. ⁋ Famulæ Iouis: idest aquilæ: quæ Iouis armigeræ dicunt secundum fabulas: q̄ in bello giganteo Ioui aduersus gigātes fulmina ministrasse feruntur. Pli. uero ait: ideo Iouis appellari famulas: quia fulmine non tanguntur. ⁋ Ponitur cubili: idest pullis existentibus in cubili: idest nido: ut sit datiuus ut illud apud Martialis. Tota mihi ponatur anas. ⁋ Matura: adulta. ⁋ Gustaueri ouo rupto: idest quum nata est rupto putamine oui: qđ rostello a pullo perforatur: quū excluditur. ⁋ Aedificator: uariis exemplis ostendit: liberos uestigia paterna sequi solere. ⁋ Centronius: hic erigendo ædificia ingens patrimonium absumpsit: filius secutus uestigia patris: quodcunq; ab eo relictum fuerat ædificando totū attriuit. ⁋ Caietæ: oppidū littorale cāpaniæ. ⁋ Curuo littore: uerbi æthimologiā epitheto expressit. Nā ut Strabo inqt: Caietā nominauerūt ueteres: quoniā curua oīa caietas lacones appellauere. Virgi. tamē a nutricæ ænæe caietā nominatā eē cecinit. Tu quoq; littorib⁹ nostris æneia nutrix. Eternā moriēs famā caieta dedisti. Diodo. uero ait ab Argonautis ædificatā fuisse. ⁋ Tyburis arce: in mōtibus enim sitū est Tybur: nō longe ab urbe Roma. ⁋ Prænestinis. Præneste. n. ciuitas est non lōge ab urbe Roma quondā Stephane & polystephanos a copia coronarū appellata. Strabo in romæ uero cōspectu sunt Tybur: præneste: Thusculum.

Aquila Iouis armigera **Caieta** **Tybur** **Præneste**

¶ Græcis marmoribus: ex laconia petebatur marmor uiride: & pciosum cũctisq; hilarius: autor Pli. Papinius ĩ syluis de balneo ethrusci sic: uix locus eurotæ uiridi: intelligit enim marmor laronium. ¶ Lõgeq; . Nam & ex ægypto: Armenia: & numidia marmora petebantur. ¶ Aedem fortunæ: docet Pli. li. xxxvi. ædem fortunæ romæ preciosissimo marmore extructã fuisse: sed hoc loco poeta ĩtelligit de templo fortũæ prænestinæ: ut ædificia: quæ in agro prænestino: Tiburtinoq; erigebant a Centronio: recte cõparetur tẽplo fortunæ prænestinæ

Fortũæ ædes

& templo Herculis tiburtini. Tẽplũ illic fuisse fortunæ docet. Sylius. Sacrisq; dicatum. Fortunæ prænestæ iugis: inde etiã dari certa responsa ostendit Papinius in Syluis. Et prænestinæ poterant migrare sorores. De quibus & Propertius lib. ii. Nã quid prænestis dubias o cynthia sortes. Quid petis æaci mœnia Thelegoni? Strabo in. v. Habet prænestæ fortunæ templũ illustre: unde certa eduntur: oracula: de quibus ita scribit Trãquillus ĩ Tyberio. Vicina uero oracula diffidere conatus est: sed maiestate prænestinarũ sortiũ territus destitit. ¶ Herculis: ædẽ Herculis: & musas extruxit Martius Philip. Augusti uictricus: auctor ẽ Tranquillus in augusto. Romæ. Herculi etiã Domitianus tẽplũ erexit magno ĩpendio ubi se coli uoluit unde Martialis. Herculis in magni uultus descendere Cæsar: uerũ hoc loco: ut dixius: poeta intelligit de templo Herculis: q. Tibure fuit cũ bibliotheca uaria librorũ supellectile referta: de qua Gel. li. xviii. cap. v. unde & Tibur Herculeũ appellatum est: q. Herculi dicatũ fuit. Mart. Tibur in herculeũ migrauit nigra lycoris.

Culmina uillarum: græcis: longeq; petitis
Marmoribus: uincés fortunæ: ac herculis ædẽ.
Vt spado uincebat capitolia nostra posídes.
Dum sic ergo habitat cetronius imminuit rẽ.
Fregit opes: nec parua tamen mensura relictæ
Partis erat: totam hanc turbauit filius amens.
Dum meliore nouas attolit marmore uillas.
Quidam sortiti metuentem sabbata patrem
Nil præter nubes: & cœli numen adorant.

Posídes

Strabo in. v. Tibur inquit herculeum est. ¶ Posídes: hic claudii Cæsaris libertus fuit: de quo Tranquillus sic ĩ claudio. Libertorũ pcipue suspexit posidẽ spadonẽ: quẽ & Britãnico triũpho inter militares uiros hasta pura donauit. Hic in tãtas euectus est opes: ut luxu ĩsanas ædificiorũ extinctiones superaret: in littore baiano: ut tradit Pli. balneas extruxit: quæ posidianæ uocatæ fuerũt: accepto nomine ab eodẽ claudii Cæsaris liberto. ¶ Capitolia nostra: aut romana: aut nostri tẽporis: quæ antea incẽsa quum fuissent: magnificẽtius fuerũt restituta a Domitiano: aut reuera nostra dixit: hoc est romana: quia & Capuæ alia fuere capitolia: de quibus Sylius in. xi. Mostrãt capitolia celsa. Stellãtesq; docent cãpos. Trãquillus in Calig. Capitoliũ capuæ idibus martiis de cœlo tactũ est: fuit & capitoliũ Beneuẽti: de quo ita Sueto. de claris grãmaticis & Rhetoribus. Statua orbilii Beneuẽti ostenditur in capitolio ad sinistrum latus marmorea habitu sedẽtis ac palliati: appositis duobus scriniis.

Capitolium

¶ Dũ sic habitat: dũ ædificia tã luxuriosa sibi ædificat habitanda. ¶ Rem: patrimoniũ. ¶ Partis relictæ. ſ. opũ. ¶ Turbauit: dissipauit. ¶ Villas domicilia: in agris: de quibus in prima satyra. ¶ Quidã sortiti: alio exẽplo ostendit: qd' dictũ est: tales esse filios: quales a parentibus instituuntur. Nonnulli ingt sunt qui Romæ sacra iudæorum colũt: & illorũ seruãt ritus exẽplo parentum qui idem ante fecerunt. Sicq; poeta per transitũ religionẽ iudæorum: & euius cultores irredet: atq; subsan: at. Tria autem percurrit: in quibus iudaïcæ religionis sacramenta consistunt: quæ omnia a mose tradita sunt iudæis: sed alio sensu q̃ ipsi accepere: hæc autẽ fuere: ut. ſ. Sabbatis quiescerẽt uacui ab omni opere: circũciderentur: & carne suilla abstinerẽt. ¶ Sabbata. i. Iudæorum festa. Nã sabbatum lingua Iudæorũ quies dicitur. Moses enim Damascœna patria antiqua repetita mõtẽ Sinai occupauit quo septẽ dierum ieiunio per deserta arabiæ cum populo suo fatigatus: quum tandem uenisset: septimum diem more gentis sabbatũ. i. diem quietis appellatum in omne æuum ieiunio seruauit & quiete: quoniam illa dies famẽ eis: errorẽq; finierat. De eo ieiunio ita scribit Tranquillus in Augusto. Et rursus: ue iudæus quidem mi Tyberi tam diligenter sabbatis ieiunium seruat q̃ hodie ego seruaui: de Mose multa Iustinus libro. xxxvi. Strabo lib. xvi. Cor. Tacitus libro. xxi. Lactã. Firmianus li. iiii. ca. xvii. Qui scribit a ludæis iræ: atq; inuidiæ plenis Christũ accusari: q. legẽ dei per Mosem datã solueret. i. q. sabbatis nõ uacaret opans salutem hominũ: q. circuncisionem uacue faceret: q. abstinentiã suillæ carnis auferret: a sabbato igitur Sabbatarii sunt appellati: unde

Sabbatarii

referre.Nūmi ponēdi ad castora uigilē:cæcitatē auari ostēdit:q multis sudoribus:& piculis uitæ pecunias acq
rat:qs sæpe solet amittere depositas apud trapezitas irruētibus furibus.¶ Vigilē:pp custodes:q tpe noctis ex
cubarēt metu furū.¶ Ad ca.i.apud mēsarios:q erāt in foro:ubi erat ædes castoris:ibi.n.apud nūmularios de
ponebāt pecunias suas:quo tutiores eēnt:qd nris ēt tpibus fieri uidemus uenetiis hocq ēt apud priscos factita
tū docet multis ī locis Pla.tū illic in captiuis.Ibo intro:atq intus subducā ratiūculā quātillū argēti mihi apud
Aedes castorū trapezitā siet.Aedē aūt castoris & pollucis fuisse ī foro ostēdit Diony.Huius aūt inopinatæ: admirabilisq ap
paritiōis:cū signa adhuc Romæ multa:tū uero est ædes pollucis:& castoris quā sup foro extruxit ciuitas: ubi
uisa sūt illo⁊ simulacra.¶ Ex quo mars:scri.Tranql.Augustū publica opa plurima extruxisse:ex qbus pcipua
forū cū æde martis ultoris:fori extruēdi cā fuit hoīum & iudicio⁊ multitudo:q̄ uidebat nō sufficiētibus duo
Aedes Martis bus ēt tertio īdigere.Aedē marti bello philippēsi ultiōe prna suscepto uouerat.Tpibus igit poetæ:nūmularii:
q in foro residebant:spoliati oēm pecuniā apud se depositā amiserunt:adeo:ut dicat poeta:iā ex quo forū mar
tis spoliatū est pecunias ad alte⁊ fo⁊:castoris esse deponendas.¶ Galeā quoq pdidit:nam fures quū nūmula
rios diriperēt:ne ipsi quidē marti pepercerūt:nā ei insignia sua abstulerūt.¶ Ergo:oia floræ:quū ergo inqt:tā
uariis labo⁊:& periculo⁊ fluctibus auari uita agitet:potes relinquere ludos florales.Cereris:& megalesiacos
ex qbus non tantā spectandi uoluptatē capies:quantā ex negociis : & incōmodis auari.¶ Oia aulæa: oēs ludos
theatrales:in qbus aulæa tendunt:& alia uela quū ad arcendū solē:tum ad decorādos ludo⁊ apparatus.¶ Flo
ræ:flora quū opes imensas:q̄stu meretricio acquisiuisset:Populū Ro.moriēs hæredē reliquit cum magna pe
cunia:ex cuius annuo fœnore suus natalis die:celebraret editione ludo⁊:quos appellant floralia: de iis multa
Floralia Lactantius & nos apud Persiū illic.Nra ut floralia possint.Aprici meminisse senes.Ludi aūt uoluptuarii erāt:
& iocosi:& cum omni lasciuia celebrabantur conuenienti memoriæ meretricis:nam præter licentiam uerbo
rum quibus omnis obscœnitas effunditur:exuuntur etiam uestibus:populo flagitante : meretrices . De qui
bus meminit & Valerius libro secūdo cap.de maiestate.Catone ludos floriales spectante:populus : ut mimæ
nudarentur postulare erubuit.Martia.Nosses iocosæ dulce cū sacrū floræ.Cur in theat⁊ cato seuere uenisti:

Et cereris licet:& cybeles aulæa relinquas.
Tanto maiores humana negocia ludi.
An magis oblectant animum iactata petauro
Corpora: quiq solent rectu descendere funē:
Quam tu coritia semp qui puppe moraris.
Atq habitas coro semper tollendus:& austro
Perditus a siculis sacci mercator olentis:
Qui gaudes pingue antiquæ de littore cretæ
Passum:& municipes iouis aduexisse lagænas:
Hic tamen ancipiti figens uestigia planta
Victū illa mercede parat:brumaq: fameq
Illa reste cauet:tu propter mille talenta.
Et centum uillas temerarius: aspice portus.
Et plenū magnis trabib⁹ mare:plus hoium ē iā
In pelago: ueniet classis quocunq uocarit
Spes lucri:nec carpathiū:getulaq tantum

¶ Et cereris:hoc est ludos cereris:quæ cerealia dicuntur:qui in circo currentibus equis celebrabant.Cor.Ta **Cerealia**
citus.Vtq circensiū cerealiū ludicrū pluribus equitū cursibus celebraret.Ouidi.in.iiii.fasto.Circus erit pōpa
celeber:numeroq deo⁊.Primaq uentosis palma petet equis.Hic cereris ludi:nō est opus indice causæ.¶ Au **Megalesia**
lea cybeles:ludos ī honorē cybeles magnæ matris deū dictos megalæsiacos απο της μεγάλης μητρος hoc
est a magna matre:quos instituit Iunius Bru.extructa ede in palatio:autor Liui.lib.vi.de bello macedonico.
¶ Tanto maiores:licet inqt ex hmōi ludis summa capiat uoluptas:tamē eos potes relinquere:qa humana ne
gocia maiores sūt ludi:& maior delectatio spectādi:
ut sit ordo:humana negocia sunt tāto maiores ludi:
ac si dicat multo maiores ludi : & maior uoluptas.
¶ An magis oblectant : cōparatione ostēdit minorē
capi delectationē ex artibus ludicris q̄ ex uita auari:
nā quū eius negocia contēplaris hēbis quod multū
rideas:qdq te plurimū delectet:hæc aūt interroga
tio:q̄ affirmatiue fit:uim habet negādi : ut interemi
hoīem.i.non interemi:cōtra quæ negatiue ꝓfertur:
affirmat:ut nō cœpi hostē.i.cœpi:est autem sensus.
An maiorē affert uoluptatē petaurus ī theatro: quū
corpus suū iacit per circulos:uel funambulus q gra
dit per funē:q̄ tu o auare:qui nauigas pp opes maio
rem periculo uitæ q̄ petaurus:& funābulus ludāt in
theatris.¶ Iactata:īmissa p circulos:ut uī significare.
Mar.Quid si per graciles uias petauri Inuitū iubeas **Petaurus**
subire ladā.Et alibi.Quā rota trāsmisso totiens īpa
cta petauro:nā petaurū ludū esse uolunt:quū aliquis **Petauristæ**
per circulū admodū angustū agiliter transuolat:pce **Funābulus**
dentibus manibus cū reliq̄ corpis parte:ita ut circu
lū non tāgat:& in pedes ꝓsiliat:tāta est corporis agili
tas:qd aliqdo me uidisse memini:uñ petauristæ sūt
denoīati:q ludū exercerent . Nonius ait a ueteribus
appellatos petauristas:q saltibus uel scœnis leuiori
bus mouerent.Var.de Vita patrū lib.ii.Galli & Germani petauristæ.απετάζω qd est extendo:& pando:uel a
πέτω qd est uolo:& αὔρα:aura:uident.n.p aerē uolare.¶ Descēdere funē:piphrasis ē funābuli:q ꝓfunes am
bulant:idē funerepus noīat ab Apuleio a fune & repo græce Schœnobates dr.¶ Puppe cori.i.in caue errabun **Funerepus**
da:& ꝓpemodū pdatoria:quū oī contēto piculo lucra huc & illuc nauigādo sectaris quo more errāt piratæ ci
lices:sicq aua⁊ lucri studio tanq̄ piratā uult ītelligi.Cilices.n.piratæ fuerūt sæuissimi:quos Pōpeius ītra qua **Schœnobates**
dragesimū diem pœnitus sustulit.Coricios autē appellauit a Corio oppido ciliciæ eiusdem noīs est ꝓmonto
rium:& portus:& antrū:illinc optimū crocū habet:ut docet Pli.Coricū ēt antrū nympharū fuit celeberrimū:
& formosissimū:autore Stra.in monte parnaso.¶ Coro:uentus est:q ut docet Pli.li.ii.c.xlix.flat ab occasu sol
stitiali:quē græci Argestē uocant.¶ Perditus:oī ratione destitutus.¶ Mercator sic:hoc est:q a siculis mercaris.
¶ Olentis sacci:merciū olentiū quæ saccis inserciuntur:crocū aūt intelligit:nā sicilia:ut autor est Stra.frumen
tum:crocum:mel:pecora pelles:lanas ī urbē mittebat.Et siccaniū crocū appellat Papinius in Syluis:& tenues
arabū respirāt grāmine plumæ:siccanisq crocis.¶ Passum pingue:ꝓpriū ē epitheton passi.Est.n.genus uini: **Passum**
qd olim ex creta mittebat ex uua:quā stican græci:nos apiā:& sirpulā appellamus:fit pluribus modis:sed dili
gentiores uuas siccant sole:donec paulo amplius dimidiū pondus supersit:sicq a patiēdo sole passum denoīa
tur lege Pli.& Colu.Varronē:& Palladiū.¶ Cretæ antiq:aut nobilis:aut longi tpis:quū ibi natus sit ipse iuppi
ter:q totius mundi moderator habebat.Insula est in mari ægæo centū urbiū:ut tradit Pli.clarissima fama:un
de Virg.Creta iouis magni:centum digesta per urbes:nā illinc ī Ida iuppiter natus est:& nutritus a nymphis: **Creta**
& capra amalthea adhibitis Curretibus.¶ Municeps io.Ex ea patria:q̄ fuit & iuppiter: nā municipes appellāt
tam poetæ q̄ oratores eiusdē loci cultores:q̄si qui idem munus capiant.Vnde Vlpia.lib.i.digesto⁊ scri.muni
cipes dici suos cuiusq ciuitatis ciues:utputa cāpanos:puteolanos.¶ Hic tamē:ostēdit Aua⁊ īfœliciorē eē q̄ fu
nambulū:hic.n.solo labore ambulandi per funē parat sibi uictū & uestitū:nec aliud amplius q̄rit.Ille uero īsa
tiabilis p oīa maria discurrit inhonesto diuitia⁊ studio.¶ Hic.s.funābulus.¶ Illa mercede:quā cōsequit a spe
ctatoribus.¶ Cauet:uitat.¶ Talēta:qd nos talentū:græci τάλαντον uocant a pōdere & trutina: pondus uero **Talētū**
uariū fuit:nam talentū magnū atticū octoginta tres habet libras:paruū uero sexagīta:autor Priscianus.Apud
Romanos uero:talentum autore Seruio:septuaginta fuit librarum:Plinius ex auctoritate Varronis scrib.lib.
xxxiii.cap.iii.talentum ægyptium pondo octoginta patere.Erat præterea thalentum rhodium quingentorū
denarium:erat talentum euboicum quattuor milium denariorum romanorum . Neapolitanū sex denariū.
Syracusanum trium denarium.¶ Aspice portus:cum indignatione dictum satyrica.¶ Magnis tribubus:ma
gnis nauibus compactis e x trabibus.Persius.Quin trabe fracta.¶ Plus hominum in pelago : subaudi extrin
secus est:quam ī terris.Dictumq est in detestationem auariciæ:cuius impulsu homines in pericula se demit
tunt manifestissima.¶ Veniet classis:unusquisq non timet eo nauigare:unde aliqua sit sibi spes lucri.¶ Car
pathium mare:quod est inter Rhodum:& ægyptum a Carphato insula denominatum:quæ una est ex spora **Carpathus**
dibus.¶ Getula:lybica:nam getulia pars est aphricæ mauritaniæ contermina ; dicta a Getulia ; Vulcani filia.

¶ Sed longe calpe relicta: sensus est. Etiam in oceanum exibit ex gaditano freto. Nam calpe mons ē hispaniæ: qui occurrit nauigantibus in oceanum alto cacumine: ad radices habet oppidum Calpen: quod Thimosthenes: scribit conditum fuisse ab hercule: & olim appellatum Heracleam. Illud autem obseruandum: qđ & Priscianus miratus est lib. vi. Iuuena. Calpe ablatiuum corripuisse: quū sit simile hoc nomen penelope. Arachne: Calliope: quæ nomina nunquā corripiuntur: quum. η. littera græca semper in e: longam uertatur. ¶ Solem stridentem: hoc est ex sententia possidonii: qui autore Strabone ait. Solem in finitimis oceani littoribus maiorem occidere: ingenti strepitu: ac si in illo restinguēdo pelagus efferuescat: unde Statius ī genethliaco Lucani. Summis oceani: uides in nudis. Stridoremq; rotæ cadētis audis. ¶ Gurgite herculeo: oceano ethlantico: quod est extra columnas Herculis columnas autem appellant Abilam & Calpen mōtes: quibus scissis oceanus ob occasu solis irrumpes leuo latere Europam radit: aphricam dextro: atq; inter mauros funditur: & hispaniam. ¶ Grāde operæpretium est: īsultat auaro per ironiam. ¶ Operæpreciū: idest uoluptuarium & utile: sumptum ab operariis: quibus post opus suaue est præmium laboris sui accipere. ¶ Tenso folle: idest pleno marsupio. ¶ Tumida aluta: idem est: idest plena crumena ex aluta facta. Aluta enim pro omni pelle molli accipitur. ¶ Oceani monstra: & iuuenes uidisse marinos: scribit Plini. li. ix. In oceano gaditano marinum hoiem toto corpore: absoluta similitudine ascēdere nauigia nocturnis tēporibus: statimq; degrauari: quas insederit partes. Item circa littus lugdunensis ꝓuinciæ trecentas amplius bestias miræ uarietatis: & magnitudinis a reciprocante destitutas oceano: præterea legatos ulisiponensiū nūciasse Tiberio Cæsari uisum auditūq; quodā in specu concha canentē tritonē: & in littore Santonū elephātes & arietes cādore tantū cornibus assimilatis: ac nereidas multas uisas fuisse: item multa alia mōstruosa. ¶ Nō unus mētes agitat: plurima inqt sūt stultoꝶ genera: alii. n. aliis modis insaniunt: sed auarus quoq; insania uexat': quū studio acqrendi tot se exponat periculis. ¶ Ille sororis: orestē itelligit: qui post necē maternā tāto furore correptus est: ut Eumenides expauesceret. Nā sibi uidebat' uidere furias armatas serpentibus faces intētare ardētes: mox a pylade in tauricā regionē ꝓductus ab Iphigenia sorore sacerdote dianæ purificatus est: quū adhuc in eius sinu tale tericulamentū timeret. ¶ Eumenidū. i. furiaꝶ infernaliū: dictio est græca: nā ευμενησ mitē: & beniuolum: unde per contrariū dicimus īmittes: & maliuolas. ¶ Et igni. i. facibus ardentibus. ¶ Hic boue. i. Aiax thelamonius: qui supatus in armoꝶ iudicio ab Vlysse in furorē est cōuersus: ita ut sumpto flagro ī boues sæuiret: quos ꝑ insaniā putabat esse mō Vlyssem: mō Agamēnonē: cuius iudicio offensus erat. ¶ Ithacū: Vlyssem ab ithaca pria dictū. ¶ Parcat: sensus est. Qui mare cōscedit: & nauigat demēs oino ē: licet uestimēta sibi non scindat more furiosi. ¶ Curatoris eget: ac si dicat: & ille qdē furiosus ē: q nauigat: & ꝓinde curatoris eget. Nā curatores dant' nō solū pupillis: sed & furiosis & ꝓdigis: sed differētia magna. Nā pupilli curatori reꝶ oium administratio: duobus reliqs sola custodia & reꝶ: q deteriores futuræ sūt: uēditio cōmittit': hæc Vlpia. uñ est illud Oratianū de īsano. Interdicto huic oē adimat ius ꝑtor: & ad sanos erat tutela ꝓpinquos. ¶ Et tabu. di. unda: corrigēdus ē locus ut legas unda & nō uda: ut sit sensus: distinguit' unda. i. mari tabula. i. crassitudine tabulæ. ¶ Causa tāti ma. nā a nūmo pria (ut docet. Pli.) ē origo auariciæ excogitata fenore: qstuosaq; segnitia. ¶ Cōcisum argen. in titu. periphrasis est pecuniæ: quæ tota uariis est signata imaginibus: & titulis: ut pecude: uñ pecunia noiata: iano: naui: uictoria: bigis: qdrigis: & īde bigati: qdrigati: & uictoriati nūmi dicti: hi āt erāt ex argēto. Nota æris fuit ex altera pte Ianus geminus: ex altera rostrū nauis. Lege Pli. li. xxxiii. ca. iii. ¶ Occurrūt nubes: tāta ē auari cupiditas: ut licet cūcta tēpestatē minēt': tū īperat: ut nauiget: possēt inqt absterreri occurrētibus nubibus: & fulguribus: sed ille inqt nautis soluite funē. ¶ Soluite fu. i. portu exite: soluta naui. ¶ Fascia nigra. i. nubes: q instar fasciæ cœlū obnubilat. ¶ Aestiuū tonat: nō minant' inquit hæc tēpestatē: sed tonitrua sūt: qlia æstate: & noiatiuus est casus absolute positus: ut sit: æstiuū tonat. i. res æstiua: & qlis solet æstate. sic ēt dicius cœlū tonat. Virg. Cœlū tonat oē fragore. ¶ Infœlix: cum miseratione dictū. ¶ Zonāq; tenebit. i. cingulū: græca est dictio ζωνη. Nec sine rōne ait zonā teneri: nā priscis tpibus auro monetali zonæ ornabant': ita ut magni eēnt pcii: unde ē illud apud Mathe. in euāgelio cap. x. Nolite possidere auꝶ: neq; argentū: neq; pecuniā in zonis uestris. Gracchus in orone: quā habuit de parsimonia: & pudicitia sua reuersus ex Sardinia. Itaq; inqt. Quirites quū Romā ꝓfectus sum: zonas: quas plenas argēti extuli: eas ex ꝓuicia inanes rettuli. Tranql. in uitelio: zona se aureoꝶ plena circūdedit. Apule. in. vii. meta. loquens de quadā plotina sic. Et auro monetali zonis refertis incincta. Aelius Lampridius in uita Alexandri. Miles nō timet: nisi uestitus armatus: calciatus: & satur: & habēs aliqd ī zonula. ¶ Leua zonā. n. tenebit sinistra: dextra uero natabit.

Calpe — Abila — Aluta — Oceani Mōstra — Orestes — Bigati quadrigati Victoriati Nūmi — Aurum ī zonis

Aequora transiliet: sed longe calpe relicta
Audiet herculeo stridentem gurgite solem.
Grande operæprecium est: ut tēso folle reuerti
Inde domum possis: tumidaq; superbus aluta
Oceani monstra: & iuuenes uidisse marinos.
Non unus mentes agitat furor: ille sororis
In manibus uultu eumenidū terretur: & igni.
Hic boue percusso mugire agamēnona credit.
Aut ithacum: parcat tunicis licet: atq; lacertis
Curatoris eget. qui nauem mercibus implet
Ad sumū latus: & tabula distinguitur unda.
Q uū sit causa mali tanti: & discriminis huius
Concilium argentū in titulos: faciesq; minutas.
Occurrunt nubes: & fulgura: soluite funem
Frumēti dominus clamat: piperisq; coemptor.
Nil color hic cœli: nil fascia nigra minatur.
Aestiuum tonat infœlix: ac forsitan ipsa
Nocte cadet fractis trabibus: fluctuq; ꝓmetur
Obrutus: & zonam læua: morsuq; tenebit.

QVis nescit Volusi. Hac satyra Volusiū Bithinicū amicū suum alloquitur: detestas nō sine quadam miseratione odiū mutuū: & feritatē ægyptioꝶ: quos ait tāta aioꝶ dissensione iter sese seuire: ut calcata oi humanitate in mutuā ꝑniciē ruant: unguibusq; & dētibus se lacerēt: & absumāt: cāmq; tanti odii ostēdit eē ex diuersa supstitiōe: & multiplici deoꝶ cultu: simulq; ridet eoꝶ supstitionē: qui aīalia bruta colant: & hoies necent: & comedant. Satyra inscribit' de feritate ægyptioꝶ. ¶ Qualia portēta. Nā ægyptii uniuersi colunt quædā aīalia: quēadmodū ex terrestribus tria bouē: calē: felē. Ex uolatilibus accipitrē atq; ibi. Ex aqtilibus duo lepidotū piscē: & oxyrynchū. Sūt alia quæ qsq; seorsum colit: ut Saitæ & thebani ouē. Latū uero: q piscis qdā est in nilo Latopolitā. Cepū Babylonii: q sunt iuxta mēphim. Caprā & Hircū Mendesi. Murē Araneū athribitæ. Aqlā thebani. Itē alii aliud. Itaq; ægyptioꝶ mētibus adeo supstitio hæc īhæsit: ut ꝑmente aliqdo ægyptios sane plures ab humana carne ob iopiā cibi nō abstinerēt: aīalia sacra itacta relinqrent. De quo cultu sic meminit & Ci. i. v. Tus. Aegyptioꝶ morē qs ignorat: quorū imbutæ mentes prauitatis erroribus: qauis carnificinā prius subierint q ibim: aut aspidē: aut felem: aut carnē: aut crocodilū uiolent. Quoꝶ ēt si īprudētes quippiā fecerint: penā nullā recusent: unde Quū qdā etiā romanus felam ꝑ imprudentiā occidisset: ad domū eius a plebe cōcursum ē: neq; ab regiis ad id missis pricipib⁹: neq; Romanorū timore a pœna hoies abstereri potuerūt. ¶ Demēs: bene demens: ut q bruta tanq deos adoret: in hoies īpie sæuiat: & ita auget inuidiā feritatis eoꝶ: q uilissimis aīalibus sūmā religionē: & cultū diuinū exhibeant: & hoies crudelissime necent. ¶ Aegyptus: prima pars asiæ ægyptus ē inter Catabathmon & arabas æthiopiā contingit ad meridiē refugit terra expars imbriū mire tamē fertilis. ¶ Crocodilō. aīal est qdrupes spē lacertæ: & ī terra & in flumine pariter ualet: linguā nō hēt: maxillā mouet superiorē: oua simula anserinis edit: ad sexdecim cubitoꝶ longitudinē crescit: ut alii tradūt qdiu uiuit: crocodilos primus romā. M. Scaurus inuexit. De eo multa scribūt Pli. Stra. Diodo. Soli. Herodo. & Apu. ¶ Pars hæc. i. illi: q apud meridiē lacum habitant. Nā ab iis: autore Diodoro collit' Crocodilus: colit' etiā a combitis: ut paulopost dicemus. Sed quū Crocodilus hoiem interimat: edatq; mirant' multi qre colat'. Sed hæc uidetur ratio: qa toti patriæ securitatē non solū nilus afferre uidet': sed & q in eo sunt Crocodili: quos Arabiæ: libyæq; latrones ueriti nō audent flumen transire populatū. ¶ Ibim satura serpentibus: ibis auis est peculiaris ægypti circa ripas nili ea serpentiū populatur oua: gratissimāq; ex his escam nidis suis defert. Sicq; prouentus fœtuū noxioꝶ rarescunt. Serpentes deuorant: quo merito sacræ sunt: & illesæ. ¶ Cercopitheci. Cercopithecus simia caudata est: κερκοσ enī caudā significat & πιθηκοσ simiam. Nam ut scribit Plini. simiæ īter se caudis distinguunt'. Cercopithecos ait esse nigris capitibus: piloq; asini: iuxta nilū scribit Soli. multos simios nasci: & Cercopithecos adorari in arabia ad Mēnoniū. Nitet: splendet. s. illic. ¶ Vbi resonant dimidio mēnone. Thebas intelligit urbem ægypti: quæ postea dispolis appellata est: centū portaꝶ fuit. Ad quā comertia arabes undiq; gentiū subuehunt: hinc regio thebaica dicta Strabonis tēpore uicatim habitabat': ita ut pars altera in arabia esset altera pars in ulteriore ripa: ubi Mēnoniū erat. i. sepultura Mēnonis: illic duo erant: colossi ex integris lapidibus inter se propinqui: quorum alter mutilatus erat: & dimidiatus ruina superioris partis. In cuius basi exaudiebatur quottidie sonitus quidam ignota causa. Strabo ait lib. vii. se illic affuisse cum Heliogalo: & sonitum esse factum: sed se ignorare cām: & autorem: nec posse credere id ex compositione lapidū nullo impulsore fieri: de hoc etiam Plini. sic meminit lib. xxxvi. Non absimilis illi narrat' in thebis delubro serapis: ut puto Memnonis statua dicatus: quē quotidiano solis ortu contactū radiis crepare dicūt. i. crepitum facere. ¶ Dimidio memnone. i. dimidiata: & multilata statua mēnonis. ¶ Resonāt: crepant. ¶ Chordæ magicæ. i. sonitus: qui putatur fieri arte magica: nulla alia extante causa. ¶ Vetus thebe: cōtra usum more poetico numero singulari declinauit. Thebas in ægypto cōdidit Busiris: quoꝶ mœnia cōplexa erant centū qdraginta stadia cētū portas: siue: ut alii aiunt: centū anulas habēt: totidē oli principū domos: solitasq; singulas: ubi negociū exegerat dena armatoꝶ milia effundere. De qbus Pli. Stra. Diodo. Soli. Home. & Mella. ¶ Centum obruta portis. Nā euersa erat ut scribit Strabo. Centū portis: ꝑ centū portaꝶ qs: ut diximus: habuit: q in Boetia fuerunt: septē tantū habuerūt: uñ Home. Quis cētū portæ portaꝶ qq; ducēti. Sublimes in eqs hoies: & curribus errāt. ¶ Illic cæruleos: in alia inqt parte ægypti tota oppida uenerat' pisces marios: ut lepidoꝶ: & oxyrynchū. ¶ Hic piscē fluminis. i. apud Latopolitanos: q ut dixius: Latū piscē nili colūt: aut Babylonios: q cepū piscem adorant.

Aegyptus — Crocodilus — Ibis — cercopithecus — Thebæ ægyptie — Mēnonis statua



Iunii Iuuenalis Aquinatis Satyra. XV.

QVis nescit uolusi bithinice qualia demens
Aegyptus portenta colat: crocodilon adorat
Pars hæc: illa pauet saturā serpentibus ibim.
Effigies sacri nitet aurea cercopitheci.
Dimidio magicæ resonāt ubi mēnone chordæ.
Atq; uetus thebe centum iacet obruta portis.
Illic cæruleos: hic piscem fluminis: illic

¶ Oppida tota: uniuersa: ut diximus: ægyptus: canē: bouē: & felē colit: sed tāto cultu canē: ut autore Herodoto tota domus: in q̄ canis extinguat̄: acta lamētatiōe: toto corpe radat̄: q̄ idiciū ē maximi apd illos luctus. Hocq̄ id facere uidēt̄: q̄ canis cū uenatibus: tū custodiæ domesticæ aptus ē ppea deū: q apud eos anubis uocat̄: capite fingūt canino: significātes custodē corpis o siridis: atq̄ Isidis fuisse. unde Oui. li. ix. met. loq̄ns de comitibus Isidis sic inq̄t. Cū q̄ latrator Anubis. De eo multa Diodo. & Hero. ¶ Nemo dia. Hoc dictū ex stomacho colūt iurgt canē: quo utiē Diana ī uenatiōibus: ipsam uero deā negligunt. Scri. tū Hero. li. ii. Bubasti coli ab ægyptiis: q̄ apud græcos Diana appellat̄: ī urbe Bubasti tēplo oīū maxīe memorabili: & aspectu iucūdissimo: uñ Oui. li. ix. met. Sanctaq̄ bubastis: uariisq̄ coloribus apis: dicta ät Diana: autore Ci. in li. de na. deo. q̄ nocētu q̄si diē efficeret. Porrū & cepe. Tradit Diod. ægptios utilitatis cā abstinere alios fabā: lēte alios: nonnullos caseo: alios cepis & porris. Gelius ät ait eā causam ab sacerdotibus ægyptiis affirmari: cur pelusiote cepe nō cedāt: qa solū oleq̄ oīum cōtra lunæ auctā atq̄ dāna uices minuēdi & augēdi hēat cōtrarias. Pli. li. ix. c. v. Cepaq̄ iter deos iureiurādo hēt ægyptus. ¶ O sa. gē. Acclamatio p derisum ī stultā superstitionē ægyptioq̄: q olera: & bruta: ut numina colāt: & non edāt: carnibus uero humanis uescanē. ¶ Aialibus la. Ouē. n. ut dixīus. Saitæ & thebāi colunt: hac rōne: q̄ bis pariat: & lanicio uelamēta corpi: lacte uero & caseo aliměta p̄stet. ¶ Fetū ca. Capra & hircus apd Mēdesios colunt̄. ¶ Carnibus hu. hinc exit oīs poetæ īdignatio: comedūt inqt carnes humanas tanq̄ fas sit. ¶ Attonito: quū Vlysses post euersum Ilion: quū in patriā redīret: sępe annis p mare agitatus: naufragiū fecit in littore Corcireo: nudū inuenit frondibus opertū Nausica filia Alcinoi regis: quē uestē donatū ad patrē pduxit: is sup cœnā Alcinoo: & cæteris cōuiuis narrabat cursum: & errores suos: & ut primū puenisset ad Ciconas populos in thraciā: deinde ad lothophagos in aphricā: ad læstrigonas: ubi sociū absumpsit Antiphates: ad cyclopas ī Sicilia: e qbus unus fuisset polyphemus Neptuni filius: cuius fabula superius enarrauimus. Sēsus ergo ē. Vlysses quū Alcinoo regi sup cœnā narraret tale scelus. i. hoies fuisse absumptos ab Antiphate & polyphemo: q aderant: partim ut rē fabulosam ridebāt: q̄si quī ridicula censerēt: partim indignabanē: nā Vlyssem: ut mendacē aretalogū habebant. ¶ Attonito: mirabundo nouitate rei. ¶ Bilē mo. i. cholerā: & indignationē. Bilis. n. latinū est: cholera uēro græcū. ¶ Aretalogus: is dī: q fingendis mendaciis auditores mouet ab arte uerboꝝ. Nā ἀρετη significat uirtute: & λογος uerba. Et Trāq. scri. Augustū post cœnā aretalogis delectatū: & Porphyrio ait in. i. sermone Crispinū philosophū quendā loquacissimū: aretalogū appellatū fuisse: qñ carmina garrula scripserit. ¶ In mare nemo. Sensus est: & ordo. Si aliquis nondū ebrius: & qui minimū temetū duxerat ex urna corcyrea: subaudi dixit. Nemo abiicit hūc ī mare. q. d. eū dignum eē: qui abiiciatur: ut mēdacissimus: legendūq̄ est cū indignatiōe. ¶ Dignū sæua charibdi: ac si dicat dignū: qui emergat̄ atrocissimo pelago: quale est inter Scyllā: & charybdim. ¶ Veraq̄: hoc est nō fabulosa: a qua oīno deuorarēt̄. Nā fabulæ tradunt charybdim mulierē fuisse uoracissimā: quæ quū boues Herculi furata fuisset: ab eo in mare fuerit piecta: ubi nūc ēt ueteres exercet rapinas: unde nomē mari datū est: poeta ergo: quū sciat illud fabulosum esse: qđ de charybdi narrat̄: ait ulyssem dignū esse uerā non ficta charybdi: a qua absumat̄: & deuorēt̄: q̄do tā mendax sit. Constat aūt charybdim & Scyllā scopulos esse inter Siciliam & Italiā: ubi mare periculosum est nautis: q̄ cōtrarius fluctuum cursus collisionē facit: & rapta quæq̄ absorbet: & reiicit. Virg. Dextrū scylla latus leuū iplacata charybdis: obsidet Scopulos & saxa fuisse docet: idē in tertio. Et pr̄anchises: nimirū hæc illa charybdis. Hos helenus scopulos: hæc saxa horrēda canebat. Mella uero sic scribit. Scylla saxū est: charybdis mare: utrunq̄ noxiū appulsis. ¶ Fingentē: hinc ostēdit mendacē esse ulyssem: & quæ de læstrigonibus narrant: & cyclopibus esse ficta: q̄ hoies. s. comederent. ¶ Læstrigones: formiæ in agro campano iuxta caietā sedes fuit læstrigonū: autor est Pli. ¶ Cyclopes. Cyclopes sedes suas habuere in Sicilia (ut diximus in superioribus). ¶ Nā citius Scyllam: tā inqt illud a ueritate resilit: q̄ læstrigones: & cyclopes comedant hoies: ut citius credam illud esse uerū: qđ de Scylla nobis narrat: & Symplegadibus: & uentis utre: inclusis. Sicq̄ ostendit: tam hæc q̄ illa fabulosa esse: atq̄ hæc oīa p̄stat ut fabulosa: ut ostendat quæ ipse dicturus est: esse uerissima. ¶ Scyllam: fingūt Scyllā nymphā filiam Phorci & Cretheidos dilectam fuisse a Glauco: quem circe deperibat: & quum is in Scyllam pronior esset: irata Circe fontem: in quo nympha lauari solebat: uenenis infecit: in quem quum illa descendisset: pubetenus in uarias mutata est formas: quæ horrens deformitatē suam: in mare sē præcipitauit: Canes uero & lupi ob hoc ex ea nati finguntur: quia ipsa loca plena sunt monstris marinis: & saxorum asperitas illic imitatur latratus canum. Virgil. Et cæruleis canibus resonantia saxa. ¶ Concurrentia saxa: idest q̄ Symplegades inter se concurrant: & collidantur. Finxerunt enim insulas duas eē hæ paruo discretæ: interuallo: ex aduerso intrantibus gemminæ cernebantur: paulumq̄ deflexa acie coeuntium speciem præbebant. Dictæ autem græce Symplegades: q̄ latine concurrentes signata: dictæ etiam Cyaneæ. idest nigræ κυα γαρ enim nigrum significat. Cyane etiam nomen est fontis in Sicilia apud Syracusas: iuxta quem Pluto rapuit proserpinam: cui nomen a Cyane proserpine comite inditum scribit Claudianus.

Oppida tota canem uenerantur: nemo dianā.
Porrū: & cæpe nefas uiolare: ac frāgere morsu.
O sanctas gētes: q̄bus hæc nascūnt̄ in hortis
Numina: lanatis animalibus abstinet omnis
Mensa: nefas illic fœtum iugulare capellæ.
Carnibus humanis uesci licet: attonito quum
Tale super cœnam facinus narraret ulysses
Alcinoo: bilem: aut risum fortasse quibusdam
Mouerat: ut mēdax aretalogus: in mare nemo
Hunc abicit sæua dignum: ueraq̄ carybdi.
Fingentem īmanes læstrigones: & cyclopas.
Nam citius scyllam: uel concurrentia saxa

¶ Vtres: scribit Home. Aeolū regē uētorū Vlyssim tradidisse utrē: in quo ī cluso erāt oēs uenti aduersi: libenī aūt reliqsse Zephyrū: q nauigāti secūdus erat: socios q̄ suos ratos iesse thesaurū: dormiēte Vlysse: soluisse utrē: & orta tēpestate relatū ad Aeolū: quo tēpore: ut narrat Alcinoo apud Homerū: cogitauit de nece sibi cōscisceda. ¶ Helpenora: Narrat Vlysses apud Home. Helpēora una cū qbusdā aliis sociis a Circe cōuersos fuisse in sues: sumptis qbusdā poculis: ita tamē: ut mētē retinuerit humanā: & humi comedētes casus suos deflētes iacuerint. Sed oēs tamen restituti fuerūt in pristinā formā a Circe pcursu tenuis uirgæ: ipetrāte Vlysse. Cæterū Helpēor: postq̄ ipetratus fuit: dū ,pperāter seqt̄ Vlyssem scalis lōgis decidēs: collū sibi fregit: qđ ipse apud īferos ,pcūctanti Vlyssi refert: rogatq̄: ne se ī sepultū relinquat: unde Mart. ad casum eius alludit: quū dicerēt de Philostrato. Pene imitatus obit sæuis helpenora fatis. Præceps p lōgos dum ruit usq̄ gradus. Et licet Home. tradat socios ulyssis mutatos in sues. Papinius tamē in syluis dissentiēs ait in lupos cōuersos fuissæ: cedāt uitreæ iuga pfida circes. Dulichiis ululata lupis. ¶ Tā uacui capitis: existimauit inqt pheacas tā modici cerebri: qbus facile oīa psuaderet. Estq̄ dictū quū sūma indignatione: ut sint uerba ipsius Corcyrei īdignātis tā aptis figmētis deludi: potest hoc ētribui poetæ dānāti tā aperta mendacia. ¶ Pheacha: hoc ē Corcyrēsem. Nā īsula appellata ē corcyra a uirgine Corcyra rapta a neptūo: ex iis natus ē pheacus: a quo pheaces sunt denominati: ex Pheacho Alcinous: q Vlyssem ī Ithacā duxit: de hoc ēt ante in. v. saty. ¶ Temetū duxerat. i. parū biberat: emēdātus est uersus: ut legas Temetū duxerat: nō aūt deduxerat: quū prima & secūda syllaba ,pducat̄ in temeto: quod docet & Donatus in andria Terētii illic. Sane pol temulēta est mulier. Et Plau. in Aulularia. Qui qa Temeti nihil allatū ītelligo: uersus ē. n. senarius. Et Ora. ī epistolis: Pullos: oua: cadū temeti: nēpe modo īsto. ubi Porphyrio docet: primā syllabā longā eē. ¶ Temetū: ueteres: autore Pli. temetū appellauere uinū dictū ab eo: qa teneat mētē: unde & tumulētia nominata. ¶ Sub nullo teste: uerba sunt poetæ. Poterat īgt narrare Vlysses q̄ uellet: qa nullū adhibebat testē: q diceret se mōstrū uidisse: ut pote: qui solus amissis sociis naufragiū euaserat sicq̄ cū sequētibus cōiūgit: ut sit sensus. Quæ ab Vlysse dicta fuerūt testibus carēt: sed q̄ nos narraturi sumus uera sunt: & gesta cōsule uico: ut q̄ sciri possint falsa ne sint: an uera. ¶ Cōsule uinco: ut uera uideret̄ historia posuit nomē cōsulis: uinci ruffini equitis Romani mētioné facit: Cor. Taci. q lege cornelia de falsis dānatus est a Nerone. De uinco ité Tranquillus in Nerone sic meminit. Duabus cōiurationibus prouulgatis: quarum prior: maiorq̄ pisōniana Romæ. Posterior uinciana Beneuenti conflata: atq̄ detecta est. Et ita dicimus uinciana a uico: quemadmodum Brutiana a Bruto: & Luculliana a lucullo: de hocq̄ absurdū nō est ītelligi: ait. n. Nuper gesta: nam nuper de longo tempore: ut disseruimus in prima satyra: dicit̄: ut id etiam temporibus Neronis accidere potuerit: quod modo narrat factum in ægypto: legēdum igit̄ est uinco: non iunco: qđ in aliis codicibus legitur. ¶ Super mœnia. i. ultra urbem Copton: nam erant in extrema parte ægypti. ¶ Copti. Coptus cōis est ciuitas arabum & ægyptiorum: quo omne tributum īdicum: arabicum: & æthiopicum: quod arabico sinu ad uehebatur: deferebant: uelut in cōe emporium: autor est Strabo. ¶ Calidæ: ppter situm regionis calidum. ¶ Scelus uulgi: quod a uulgo: & plebe ægyptia cōmīsum ē. ¶ Et grauiora: subaudi a supiore referemus. ¶ Cunctis cothurnis: q̄ sint ea: q̄ in tragœdiis tranctantur: in qbus nō constat ab ullo populo hominem fuisse comesum: quemadmodum factum est ab hoc: de quo narraturus sum. ¶ Cothurnis: calciamenta sunt tragœdoꝝ: iis ēt utebantur mulieres: unde illud ante. Nullis adiuta cothurnis. ¶ Nam scelus a pyrrha. Sensus ē: post humanū genus reparatū a Deucalione & pyrrha: nullū apud tragicos inuenies populū: q scælus hoc commiserit: ut hoiem. s. comederit: quēadmodū fecit populus ægyptius. Nā in tragœdiis unum tantū leges aut paucos hoc scælus cōmīsisse ut. s. hoiem occiderint: appoſuerintq̄ in cœnis: ordo aūt est. Nullus populus apud tragicos facit scelus. i. cōmittit hoc scelus: ut comedat hoiem. A pyrrha. i. post pyrrhā: hoc ē post reparationē hūani generis: qđ a pyrrha: & eius marito Deucaliōe ē restauratū. ¶ Oīa sy. u. oēs tragœdias leges: & pcurras: sic. n. codices uolui dicunt̄: quū assidua lectiōe ptractant̄. Syrma gēus uestis ē tragicæ: de q̄ alibi āte. ¶ Produxerit: ptulerit: q̄si imitādū: ut sit apta scæleris uitupatio. ¶ Inter finitimos. Hic īcipit narratio facinoris. ¶ Si mul. odiū occultū: subaudi ē. ¶ Vulnus: metaphoricos: & q̄ corpis ē: ad aīum trāsfert. i. īdignatio & ira: q̄ nullo remedio potest extīgui. ¶ Ardet adhuc: ēt tēpore nīo odio flagrat: adhuc īgt ātiq̄ illa aīorū dissensio remāsit: nec adhuc extincta ē. ¶ Cōbos ciuitas egypti: in q̄ Crocodilus colit̄: ut tradit Helian⁹ timēt. n. mīg. in modū Cōbitæ hāc ferā: q̄ tētiritæ maxie puestigāt & occidūt colētes ipī accipitrē: uñ ī eoꝝ odiū Cōbitæ accipitrē crucifigūt. Hinc ait poeta utriq̄ uulgo tāti furoris & odii cām exister̄ cultū diuersoꝝ numinū. ¶ Tētira: ciuitas superioris ægypti ut scri. Stra. Pli. uero ait: īsulā eē Nilo circūdatā: ex q̄ hoies sint: q crocodilos nō timeant imo soli aduersum ire

Helpenor

Coryra unde pheaces temetū

Simultas

Cōbos tētiritæ Tentira

audeat: & insecendentes equitū modo in terrā agāt captiuos in Aphrica eandem uim aduersus serpentes habēt Psylli: lege & Strabone li. xvii. A tētira fit tētirita, Oui. syllabā pduxit. Saltus Tētira petēti, ℣ Sūmus furor. s. c. ℣ Occasio: oportunitas: est enim occasio: autore Cicero in prima rhetorica ueterum pars temporis habens in se alicuius rei idoneam faciendæ: aut non faciēdæ oportunitatem. ℣ Visa: subaudi est. ordo autem est. Occasio uisa est rapienda primoribus: ac ducibus inimicorum tempore festo alterius populi: ut sit sensus Primores: & duces inimicorum putauerunt occasionem dimicandi rapiendam tempore festo alterius populi: quum ad tē pla paratis epulis conuiuant. ℣ Peruigiliq; thoro: subaudi a superiore posito. Nā antiq in lectis epulabā tur, Virgi. Inde thoro pater æneas sic orsus ab alto. Ora. Sæpe trib⁹ uideas: lectis cænare q̄ternos. ℣ Peruigili: hoc est: in quo pugilant. ℣ Septimus sol: septimus dies. Nam hilaritatem illam cōuiuii septem diebus perpetuis celebrant. ℣ Horrida sane ægyptus. Hæc inquit pars ægypti: in qua Combos est & Tentira: nimirū est incultis moribus: & icompta: sed tamen non minus iu lasciuiam profusa: q̄ quæ est ad Canopum: nam Canopi Serapidis est tēplum: quo nauigatur per fossam quæ die ac nocte plena est nauiculis mulierum & uirorum impudenter canentiū ac saltantium cum omni dissolutione. Cuius rei meminit & Oui. in primo tristium sic. Non ut alexandri claram delatus i urbem. Delicias uideam nile iocose tuas. Statius item in syluis. Curue terapnei lasciuiat ora canopi. Canopus autē ciuitas est ægypti centum ac uiginti stadiis distans ab Alexādria pedestri itinere uadentibus: dicta de nomine: ut diximus: in prima satyra. Canopi: qui Menelai classem gubernabat: & imi mortuus est. ℣ Barbara ripa: alii codices habent Barbara turba: idest immittis: & aspera. ℣ Famoso: infami: propter impudicas: ut diximus uiroq; & mulierum saltationes: & cātus. ℣ Facilis uictoria: subaudi ē. ℣ Madidis: ebriis: unde superius: madidis cantat: quæ sostratus alis. ℣ Blesis: balbutiētibus: & in sermone titubantibus. Hoc enim efficit temulentia: ut lingua oberret: & uacillet: quot multis rationibus accidere docet Aristo. in problematis. ℣ Inde: ab altera parte dissidentium sequitur enim. Hinc ieiunum odium: idest ex altera parte. Aut quod magis placet. Inde: hoc est ex ebrietate est saltatus ut sit sensus. Saltat quia ebrii sunt: unde est illud Ciceronis. Nemo saltat sobrius: nisi idem isanus. ℣ Saltatus uirorum: subaudi est. ℣ Nigro tibicine: æthiope: scilicet. ℣ Vnguenta: subaudi sunt. ℣ Qualiacū q̄. Innuit unguenta ægyptiorum non esse ea bonitate: qua fieri solēt: quia rudes: & agrestes sint. ℣ Hinc: ex ista lætitia: & saltatione: aut ex altera parte. ℣ Ieiunum odium: rabidum: atrox: & insaciabile: quasi quod nullo modo possit expleri sumptum a ieiunantibus: qui quodammodo sunt insaciabiles contracta nimia fame. ℣ Iurgia prima: idest uerborum contentiones. Sensus est: antequam mutuo se adoriantur: iurgiis se lacessunt: sicque exasperati pugnam ineunt ut exponas: prima pro primum: ut si nomen positum pro aduerbio. ℣ Animis ardentibus: animis ira æstuantibus. ℣ Hæc tuba: subaudi sunt: idest hæc iurgia sunt tuba: & tā quam excitamentum. ℣ Rixæ: rixa: ut diximus superius illic. Si rixa est: ubi tu pulsas: ego uapulo: tantum est in factis. Altercatio in uerbis. ℣ Vice: loco. ℣ Paucæ: subaudi sunt. ℣ Alias facies: a pristinis. ℣ Hiantia: detecta. ℣ Ludere se credunt ipsi: licet inquit acerrime inter se sæuiant: nisi tamen aliquem interimunt: putant rem iocularem agi. ℣ Et sanæ: ordo est. Et q̄ omnes sic uiuant: apositiue tot milia turbæ sane rixantis. Ideſt q̄ nullus rixantium interficiatur: sed omnes sint sani. Ergo acrior impetus: subaudi est: aut fit. Tela domestica: contorquet inquit saxa: quæ domi solent esse in promptu agentibus seditionem: est autem appositio. ℣ Nec hunc lapidem: ideſt nec talem lapidem torquent. ℣ Qualis: accusatiuus est pluralis. ℣ Turnus. s. torsit. nam turnus: ut scribit Virgilius in duodecimo in æneam singulari certamine secum pugnantem ingens saxum iecit. Tale est carmē, Vix illud lecti bis sex ceruice subirent. Qualia nunc hominū producit corpora tellus. ℣ Et aiax: nam & aiax: autore Homero in septimo Iliados ingens saxum contorsit in Hectorem. ℣ Quo. i. quali. ℣ Tytides: ideſt diomedes filius Tydei & Argiæ Adrasti: qui ut autor ē idem in quinto Iliados: in Aeneam misit saxum quantum septem boues tollerent: eo: nisi uenus mater affuisset: interemptus fuisset. ℣ Sed quem: pro qualem.

Occasio

Alterius populi rapienda occasio cunctis
Visa inimicorum primoribus: ac ducibus: ne
Lætu: hilaremq; die: ne magnæ gaudia cœnæ
Sentirent positus ad templa: & compita mensis.
Peruigiliq; thoro: quæ nocte ac luce iacentem.
Septimus interea sol inuenit: horrida sane
Aægyptus: sed luxuria quantum ipse notaui
Barbara famoso non cædit turba canopo.
Adde quod & facilis uictoria de madidis: &
Blæsis: atq; mero titubantibus: inde uirorum
Saltatus nigro tibicine: qualiacunq;
Vnguenta: & flores: multæq; in fronte coronæ.
Hinc ieiunum odium: sed iurgia prima sonare
Incipiunt animis ardentibus: hæc tuba rixæ
De hinc clamore pari concurritur: & uice teli
Sæuit nuda manus: paucæ sine uulnere malæ
Vix cuiquam: aut nulli toto certamine nasus
Integer: aspiceres ia cuncta per agmina uultus
Dimidios: alias facies: & hiantia ruptis
Ossa genis: plenos oculoru sanguine pugnos.
Ludere se credunt ipsi tamen: & pueriles
Exercere acies: quod nulla cadauera calcent
Et sane quod tot rixantis milia turbæ
Sic uiuunt omnes: ergo acrior impetus: & iam
Saxa inclinatis per humum quæsita lacertis
Incipiunt torquere: domestica seditione
Tæla: nec hunc lapidem: qli & turnus: & aiax.
Et quo tydides percussit pondere coxam
Aeneæ: sed quem ualeant emittere dextræ

℣ Dissimiles illis: scilicet dextris Turni: Aiacis: & Diomedis. ℣ Nostro tēpore: q̄si quo iam omnia sunt deteriora. ℣ Nā genus: non est inquit mirum homines in dies fieri imbecilliores. Nā usq; ab ætate Homeri genus humanū decrescebat. Hoc autem ait: quia Homerus sæpe in iliade conqueritur: corpora mortaliū fieri minora. Cuius autoritatem secutus Plini. in. vii. ait. Cuncto mortalium generi minorem staturā in dies fieri: Rarosq; esse parentibus proceriores. ℣ Aspexit: tam malos: & pusillos. ℣ Ridet: q; pusilli sint. ℣ Odit: qđ mali. ℣ A diuerticulo: a digressione: quam feci cōmemorando hæc de Turno: Aiace: & Diomede: ut sit sensus: a digressiōe discedamus: ideſt digressioné omittamus: & fabulam ceptā repetamus: ut. s. mutuum inter ægyptios odiū narremus. Est autē diuerticulum: ubi iter deuia flectitur. Terentius in Eunucho. Vbi ad ipsum ueni diuerticulū. Est. n. uocabulum deductum a diuerto: quod a uia diuertamus. Diuertere etiam capitur p hospitari: unde & diuersoriū pro quolibet hospitio: quo significato accipitur etiā diuerticulū. Valerius libro quarto capite de abstinētia. Fertilissime delicia rū totius græciæ urbes necessaria totius nauigatiōis diuerticula erāt. ℣ Altera pars. i. cōbitæ: sensus ē: ubi a cōbitis præliū istauratū est: tētiritæ insequunt oēs cōuersos in fugā: in q̄ trepidatione qđā lapsus iterfecit. ℣ Qui uicina: ordo est: illi qui colūt tētira uicina umbrosæ palmæ istāt. i. urgent: & p̄mūt. ℣ Palmæ: nā illic plurima palma puenit: unde Pli. loquens de palma ita scribit. Quædā in Syria: & ægypto in binos diuidūt se truncos. ℣ Ast illū in plurima sectum frusta: ordo ē. Ast uictrix turba cedit illū sectū i plurima frusta: & particulas ita sectū: ut unus mortuus sufficeret multis. ℣ Hinc gaudere libet: scelus poeta his uerbis aggraua: est. n. sensus: tam crudele inquit fuit hoiem crudū comedere: ut mihi ēt letari libeat: q; sceleri scelus non addiderunt. i. quod ignem rem tam sacrā coquēdo mortuum nō polluerunt. ℣ Prometheus: filius fuit lapeti ex Asia nympha: quē miræ prudētiæ fuisse constat: unde & prometheus dictus est ἀπο τῆσ προμηθειάσ. i. a prouidentia: eum antiquitas finxit: quum Iuppiter mortalibus ignem eripuisset: indigne ferens: se deceptū a prometho in portione carnis immolatæ: consuetū insidiari sua causa ereptum mortalibus ignem restituere cogitasse. Itaq; cæteris remotis deueniſſe ad louis ignem: eoq; suprepto: & ferulam coniecto currētem iactātemq; ferulā: ne spiritus intercluſus uaporis extingueretur: ad homines detuliſſe. Quare deorum indignatione pandoram immiſſam terris pœnæ causa. Nam per eam mulierem patefacto dolio eripuisse omniū pestiū genera: qbus homines laborarēt. ℣ Elemēto i. igni: quē elemētū appellat: q; ex cœlesti elemēto raptus fuerit: ideſt igne illo cœlesti. ℣ Et te. s. o Voluſi. ℣ Qui sustiuit: q tolerauit. Nam rationē reddit: q̄ re tā libēter comederit. Est āt ordo & sensus. Nā ille: q stetit ultimus: absumpto iam toto corpore: gustat aliquid de sanguine ductis digitis per terram: hoc dico: ne quæras: & ne dubites in tanto scelere: an prima gula senserit uoluptatem: sicq; ostendit talem cibum suauē omnibus illis fuisse. ℣ Vascones: uascones populi sunt ulterioris hiſpaniæ: quæ in gallicum & Britannicum uergit oceanum: qui olim a Sertorio obsessi: cæteris deficiētibus alimentis morsu in cadauera suorum iniecerunt: ne scilicet fidem suam in populum romanum uiolarent: quo tempore Pompeius: & Qui. Metellus aduersus Sertorium bella gerebant. De his Apianus. L. Florus & Plutarchus. ℣ Fama est: omnes codices: quos uiderim habent: ut fama est: sed ut tollendum est: uersus alter non staret: & ita corrigēdus ē. ℣ Sed res diuersa: ideſt dissimilis est. Nam uascones id urgente necessitate fecerunt: quod omnino ueniam meretur: at ægyptii solo quodam detestabili odio: & feritate. Sed illic fortunæ inuidia est. Sensus est: id totum: quod uascones crudele fecerunt: fortunæ omnino est imputandum: quæ piis inuidere consueuit: unde Statius. Inuida fata piis: & sors ingentibus ausis. ℣ Bellorum que ultima: ideſt extrema necessitas: qualis sæpe est in rebus bellicis: ut ultima accipias, numero plurali: & subaudi sunt. ℣ Dira: magna. Virgilius. An sua cuique deus fit dira cupido? ℣ Casus extremi: scilicet sunt: ideſt extrema: & superabilis calamitas: quæ omnia: factum excusant. ℣ Longæ obsidionis: qua oppresi sunt a sertorio. ℣ Huius enim: rationem affert uascones omnino excusandos esse: exemplum inquit huius cibi: quod nunc

Illis dissimiles: & nostro tempore natæ.
Nam genus hoc uiuo iā decrescebat homero.
Terra malos hoies nūc educat: atq; pusillos.
Ergo deus quicunq; aspexit: ridet: & odit.
A diuerticulo repetatur fabula: postquam
Sublidiis aucti pars altera promere ferrum
Auder: & infestis pugnam instaurare sagittis.
Terga fugæ celeri præstantibus omnibus istāt
Q ui uicina colunt umbrosæ tentura palmæ.
Labitur hic quidam nimia formidine cursum
Præcipitās: capiturq; ast illū in plurima sectū
Frusta: ac particulas: ut multis mortuus unus
Sufficeret: totum corrosis ossibus edit
Victrix turba: nec ardenti decoxit aheno.
Aut uerubus: longu usq; adeo: tarduq; putauit
Expectare focos: contenta cadauere crudo.
Hinc gaudere libet: quod non uiolauerit ignē.
Q uē summa cœli raptum de parte pmetheus
Donauit terris: elemento gratulor: & te
Exultare reor: sed qui mordere cadauer
Sustinuit: nihil unquā hac carne libētius edit.
Nam scelere in tanto ne quæras: & dubites an
Prima uoluptatem gula senserit: ultimus autē
Q ui stetit absumpto iam toto corpore: ductis
Per terram digitis aliquid de sanguine gustat.
Vascones (fama est) alimentis talibus usi
Produxere animas: sed res diuersa: sed illic
Fortune inuidia est: bellorumq; ultima: casus
Extremi: longæ dira obsidionis egestas.
Huius enim: quod nūc agitur: miserabile debet

Occasio
Diuerticulum
Diuertere
Diuersorium
Prometheus
Vascones

